

URBANVS VIII.
 PONT. CCXXXIX.
 ANNO DOMINI MDCXXIII.



URBANUS OCTAVUS Florentinus, Maphæus antea dictus, Antonii Barberini filius, S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, Romæ die 6. Augusti Summus Pontifex pronuntiatus, anno Dom. 1623. & die 29. Sept. ejusdem anni coronatus. Creavit usque ad præsentem diem Cardinales 42.

Privilegia, Gratiæ & Indulta concessa Conclavistis, qui inservierunt in Conclavi, in quo S.D.N. Urbanus VIII. Divina inspirante Providentia ad summi Apostolatus apicem fuit evehctus.

Non dissimiles gratias concesserunt Conclavistis suorum temporum Clem. VIII. const. 16. Equitati, sup. tom. 3. Et Paul. V. const. 3. Romanum, ubi sup. ac Greg. XV. ut in sua const. 1. Romanus, hic sup.

Edita An. D. 1623. **URBANVS EPISCOPVS**, Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.

Præmium.

CIRCUMSPECTA in omnibus Romani Pontificis providentia, singulorum merita æqua lance considerans, illos potioribus gratiis, & favoribus prosequitur, quos erga se & Sedem Apostolicam benemeritos, & in laboribus, & vigiliis pro Sede ipsa sufferendis indefessos, & pluribus cognoscit meritis adjuvari.

§. 1. Hinc est quod Nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo Nos, divina favente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, uti familiares, & continui commensales inserviendo, interfuerunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hu-

Bullar. Mag. Tom. I V.

iusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis, pro eujusque meritis exornare volentes, ipsosque Conclavistas, & quemlibet eorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum Conclavitarum, vel alicujus eorum, vel acrius pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex vestra mera liberalitate, ipsos Conclavistas, & eorum singulos, quibus etiam hodie summam decem millium scutorum auri in auro, in tot locis Montium vacabilium de Urbe, cum primùm illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclavistis, inter eosdem Conclavistas, & per singula eorum capita solitum præscriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuendum, gratiosè, & irrevocabiliter Apostolica auctoritate donavimus.

§. 2. In veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu nulli Clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales singulatim, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium recipimus, & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singu-

in tot locis Montium vacabilium de Urbe, cum primùm illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclavistis, inter eosdem Conclavistas, & per singula eorum capita solitum præscriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuendum, gratiosè, & irrevocabiliter Apostolica auctoritate donavimus.

in tot locis Montium vacabilium de Urbe, cum primùm illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclavistis, inter eosdem Conclavistas, & per singula eorum capita solitum præscriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuendum, gratiosè, & irrevocabiliter Apostolica auctoritate donavimus.

URBANUS OCTAVUS.

latum ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Laurentinis Comitibus, & Militibus, ac tantillo, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Urbis, vel allicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio ejusdem Romane Ecclesie mediata vel immediata subjectis, Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam sigillatim quique eorum elegerit, & ad quos ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti poterit, veros cives ad instar, & nulla prorsus differentia, inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel civitatis, ita ut ipsum jus civitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inservientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, ac Sedis prædictæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Militibus, Nobilibus, & Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, ac mandamus.

Notariis
privilegiis
gratis, & in
dignitate, etiam
sunt habitus
non defraus
gaudere de-
clarat.

§. 3. Eisque ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus & literis, tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se familiares, & continuos Commensales nostros, Comitibus, Nobilibus, & Civibus, etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & literæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac a nunc deinceps in perpetuum omnibus & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, iudicis, ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comitibus, Nobilibus, etiam originariis, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente verè nobili, & cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ quomodolibet, etiam quoad affectuionem quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per quascumque literas, seu constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extra, sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de verè nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionibus, indulgentiis, & jura quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Notariis à se
licentia, quo-
rumcumque
morum ad
instar & R. E.
Cordi.

§. 4. Singulosque Conclavistas prædictos à solutione, & exactione Decimarum & cujuscumque Pedagogii, Subsidii, Gabellæ, & cujuscumque oneris, tam ordinarii, quam extraordinarii, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & incogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetarum, ac aliorum quorumcumque Principum impositarum, & impositorum pro

tempore et nunc, prout ex tunc, & contra, & postquam eisdem hujusmodi impositionis, & solutionis evanescit, liberamus, & extingimus, liberamus, & exemptos fore, & esse ad instar Sacre Romane Ecclesie Cardinalium decernimus.

§. 5. Ac à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel aliis quomodolibet incurrerunt, in foro conscientie tantum absolvimus, & liberamus.

Absolutio
censuris for-
san incursis
ob contraven-
tionem Const.
super creatio-
ne Romani
Pontificis
Supplet, &
revalidamus
omnes defectus
in provisionibus
Beneficiorum,
pensionum, pen-
sionum, & pro-
visionum.

§. 6. Ac omnes, & quoscumque defectus, si qui fortè sint, omnium provisionum, Beneficiorum, Dignitatum, ac Pensionum eorundem Conclavistarum, tam ex multiplicitate titularum, & ob incursum quarumcumque censurarum, & irregularitatis, quam aliâ ex quavis causa provenientes sanamus, ac hujusmodi provisiones, vigore eorum privilegiorum, in foro conscientie tantum, perinde ac si novas provisiones obtinuissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura beneficiis Ecclesiasticis, quomodolibet qualificatis, & nuncupatis, etiam cujusvis ordinis regularibus, per eos respectivè obtentis, de novo etiam respectivè providemus, & omnes & singulas pensiones eis, & eorum singulis, super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis & nuncupatis, etiam alicujus ordinis regularibus respectivè reservatis, similiter de novo reservamus.

Remittit fru-
ctus male per-
ceptos, tam ob
antedictos,
quàm alios de-
fectus, etiam
ob non recita-
tionem hona-
rium Canoni-
carum.

§. 7. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, canonicatum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsius, vel eorum cuilibet collatorum, & reservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus, etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus.

Dispensat su-
per inhabilitate
ad Sacros
etiam ordines.
De promovendi
ad Or-
dines quali-
tatis vide
Cone. Tri-
dent. c. 11.
& 12.

§. 8. Ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod Censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium, celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, quodque illa, & aliis præmissis non obstantibus, ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aliâ ritè, & dummodo nullum alicui eorum obstat canonicum impedimentum, promoveri, & in illis & in susceptis per eos aliâ ritè Ordinibus, etiam in Altaris Ministerio ministrare, etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Illegitimos
genitimos Natu-
ralibus resti-
tuimus.

§. 9. Ac eisdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiuntur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & viribus legitimis forsan procreati sint, etiam si legitimi existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus.

Habilitat quo-
ad successio-
nes bonorum
omnium, præ-
ter Ecclesia-
sticæ.
De restitutio-
ne ad favorem
illegitimorum
habet Pii V.
const. 117. c. 2.

§. 10. Et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione, & præterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas, successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates restituendo realiter, & cum effectu.

Ac etiam ad
dignitates,
honores, &
officia.

§. 11. Ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publicæ, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat, ut Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sint, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum

Et generaliter
prohibetur
Greg. XI.
modum

Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de Reformat.

Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de Reformat.

Indulget ut possint nominare personas ad pensiones summas 100. Ducatorum aut non excedentes.

Hanc facultatem cumulatam & ampliatam esse dicimus.

Disposui cum eis super datione habitus Clericalis & super pensione pensionum 100. Ducatorum annuorum excedentium, ut supra.

modum caractere, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quocumque & qualicumque, cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiva, in Cathedralibus & Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, seu parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetuae Vicariis, ac Canonici, & Praebendae, Dignitates, non tamen majores post Pontificalem, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si tibi alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa & instituantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quae a Concilio Tridentino permittuntur, retinere liberè, & licite valeant.

§. 12. Ac eisdem Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanorum vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiarum Ecclesiarum, aut personarum aliarum quocumque Ecclesiasticarum in dignitate Ecclesiastica constitutarum, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendae, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventus quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per S.R.E. Card. obtentorum, & in posterum obtinendorum, cum cura & sine cura, saecularium & quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si aliis semel, aut pluries translatae, seu translati fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similibus, in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatae, & extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi, usque ad summam praedictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam si clericali caractere tunc temporis nondum insigniti sint, cum clausula tamen extunc, prout postquam dicto caractere rite insigniti fuerint, per eisdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis, etiam quocumque, quocumque, & qualicumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatae, seu reservati fuerint, etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & servandas reservare, constituere, concedere & assignare valeant, atque in quavis possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavistae tempore translationis per eos praesentium vigore faciendae existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus.

§. 13. Etiam si similem gratiam à Praedecessoribus nostris aliis forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impediri nolumus, sed cumulativè concessam, vel concessas esse volumus; ita ut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè praedictis facultatibus praesentibus, ac praeteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, & potiri possit. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi, ut praefertur, faciendas, ex nunc prout postquam factae fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus redditibus, & proventus reservatae fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

§. 14. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quoruncumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Eccl. etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam à praedictis S.R.E. Card. obtinendis, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum, habitam, & consuetam clericales gestant.

re, & in illis, dummodo aliis ipsi habitum decentem & honestum deserant, incedere minime debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquam sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cassationis ipsarum pensionum poenas occasione praemissorum incurere possint, sed easdem pensiones ad praedictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & referatas, ut praefertur, etiam si matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & liberè retinere.

§. 15. Postremo quod bona quocumque ad dictos Conclavistas & eorum quocumque spectantia, & per eos etiam ratione quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatum, & praebendarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, etiam specialiter nota, & expressione dignarum quoruncumque, per eos aliis obtentorum, & obtinendorum, aut aliis quomodolibet & quovis quovis colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, ac aliis licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentium spoliis minime subjaceant, sed Conclavistae praedicti, etiam si Religioni alicujus Militiae, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quoruncumque personarum, etiam si Curiales esse deserint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam religionem eos decedere contigerit, testari, & aliis disponere, iisque ab intestato decedentibus, illegitimi eorum heredes quocumque succedere liberè & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

§. 16. Praecipientes, ac mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, & Thesaurario, Praesidentibus, Clericis Camerae nostrae Apostolicae, & quibusvis aliis spoliis hujusmodi Collectoriis, & Subcollectoriis, ac Militiarum praedictarum Officialibus, aut Prioribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque heredes praedictorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu praesumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas, semper, & perpetuè validas, & efficaces fore.

§. 17. Nec eosdem Conclavistas, eorumve aliquem ad praesentes literas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si illae intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§. 18. Ac easdem praesentes literas, & in eis contenta quocumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, constitutionibus Apost. similibus gratiarum revocatoriiis, vel quae eas limitarent, seu moderarentur, quae à Nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehensas esse, sed quoties illae emanabunt, toties easdem praesentes in pristinum statum restitutas, repetitas & reintegratas esse, & censeri.

§. 19. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ubique iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 20. Et insuper dilectis filiis nostris Ludovico tituli S. Laurentii in Damaso Presbytero Cardinali Ludovico nuncupato, S.R.E. Vicecancellario, & literarum Apostolicarum Summatori, ac Secretariis Apostolicis, & Praesidenti Plumbi, aliisque Officialibus ad quos literarum earundem expeditio per viam secretam spectat, in virtute Sanctae obedientiae, & sub pena indignationis nostrae, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine etiam mandamus, ut easdem praesentes literas super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim, ac pro singulis quibus

Conclavistis. De bono non nulla habet in Conc. 92. Sixti V. sup. 10. c. 1. Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & sess. 23. c. 6. & 170.

Spolium bona spolis subiacere prohibet, sed in illis heredes succedere concedit. De spolis habet plurimam notam ad Const. 18. Pauli V. sup. c. 10. §.

Conclavistis in hac Const. observantiam mandatur.

Nec ad registrationem & insinuationem teneri.

Clavistas praesentibus addit.

Sublata vilitate iudicandi facultatis.

Litterarum praedictarum expeditio gratis fieri jubet.

quibus concessa fuerunt, ac seorsum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratias etiam quoad compositionem in Dataria, & per viam secretam, absque alio mandato expediant, & expediri faciant.

Confirmat omnia Privilegia eisdem Conclavistis commissa.

§. 21. Et insuper omnia, & singula privilegia, gratias, & concessionem eisdem Conclavistis, & eorum cuiuslibet à diversis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris hucusque concessa, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissimè concedimus.

Constitutio Notariorum.

§. 22. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorundem Notariorum numero, etiam si ad illud nondum sit devenit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac nostra & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pii V. de similibus vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres Menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pii Avienensis Concilii, ac nostris, & Cancellariæ prædictæ Regulis, etiam in crastinum assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, & etiam in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romanæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & terrarum Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, utibus, naturis, decretis, etiam novis reformationibus, & legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Comistorialiter, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si quibusvis communiter, aut divitiis ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nomina autem Conclavistarum qui in Conclavi huiusmodi interfuerunt, sunt hæc, videlicet.

Venerabilis Frater noster Fulgentius Gallutius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Episcopus Tagasten. Sacrarii Pontificii Sacrista, & dilecti filii Paulus Alaleo Canonicus, Joannes Baptista etiam Alaleo, & Carolus Antonius Vaccarius Clerici respectivè, perpetui Beneficiati, Beneficiatus, & Clericus respectivè nuncupati Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Petrus Ciaramaticonus perpetuus Beneficiatus Ecclesie Lateranensis, Magistri Cæremoniarum, Mutius Ricciarius Cameranus, Canonicus Ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium, collegii Sancte Romanæ Ecclesie Cardinalium Secretarius, Franciscus Adrianus Ceva Montis regalis, & Antonius Crysolinus à Sancta Sofia Clerici, nostri etiam dum Cardinalatus honore fulgebamus. Julius Piccininus Mutin. Albertus Danesius Clerici Narnien. Diocesis, Antonii Officinis Saulii. Marcus Antonius Dognasius Mediola-

nen. Sebastianus Brusattus Clerici Casalen. Joannes Baptista Batus laicus Natnien. Diocesis, Francisci Tuscubini Sfortie. Alphonsus Carandinus clericus conjugatus Mutinen. & Miles Militie Jesu Christi, Petrus de Castro Toletan. & Tobias Aldinus Cæsenaten. Clerici Odoardi Sabinen. Farnesii. Franciscus Cavaleates perpetuus Commendatarius Monasterii S. Petri de Laderchia, aliis de Riolo Imolen. Diocesis, Soterus Tardettus clericus Sabinen. Diocesis, Octavii Prænestin. Bandini. Joseph Buccellas Presbyter Politianen. Fabius Tabianus Pistorien. Nicolaus Acorsinus de Sancta Flora Clerici, Jo. Baptista Albanen. Deti, Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum. Joan. Ambrosius Villa presbyter Mediolanen. Hieronymus Ponzonus laicus etiam Mediolanen. Federici Borromæi. Petrus Franciscus Bonjoannes presbyter Firman. Ecclesie S. Mariæ Majoris de Urbe Præpositus, & Franciscus Fracassinus clericus Urbevetanus, Andreæ S. Laurentii in Lucina Peretti. Galeottus Oddus Laicus Perusin. & Miles Militie S. Stephani, Paul. Emilius Andrutius Laicus Romanus, Miles Militie Jesu Christi, Pelegrinus Trevesanus clericus Ferrariæ. Bonifacii S. Mariæ in Trâhyberim Brevilacuar. Emilius Sperellus Laicus Aninen. Franciscus Thedeschius Ferrarien. Guglielmus Valleta Avenionen. Clerici Domini SS. Duodecim Apostolorum Gymnasii. Bernardinus Machanus presbyter Senogallien. Caroli S. Cæfarei Madruzzi, Franciscus Ghettus Faventin. Thomas Pastor Vellenen. Clerici, Scipionis S. Chrylogoni Burghesii. Petrus Roncius clericus Nepesin. Diocesis, Joan. Garziæ Sanctorum Quatuor Coronatorum Millini. Jo. Baptista Laurus Perusin. Franciscus Baruffaldus Cremonen. Clerici, Marcelli Sancti-tum Quirici, & Julitte Lantis. Alexander Biffius Florentin. & Joannes Criscentus Corrigien. Laici, Fabritii S. Augustini Veralli. Alexander Barbantes Laicus, sive clericus Urbinaten. Joan. Baptista Sanctæ Cæciliæ Lenii. Joannes Rictus Ragusin. & Vitalis Touanus Ravennaten. Laici, Aloyfii S. Petri ad Vincula Capponii. Alexander Villa presbyter Aquilan. & Joannes Paulus Leonardus Teiræ Camataræ clericus, seu Laicus Beneventanæ Diocesis, Decii SS. Joannis, & Pauli Caraffæ. Ludovicus de Horatii Bononien. Galpar Morellus Romanus Laici, Domini Sancti Martini in Montibus Rivarolæ. Cornelius Henricus Mormannus Clericus Leodien. & Armonius Mancinellus, Laicus Urbevetanus, Petri Pauli Sanctorum Nerei, & Achillei Cresceti. Joannes presbyter Januen. & Joannes Antonius Passadescus Laicus Albinganen. Diocesis, Jacobi Sanctæ Mariæ de Pace Serræ. Raynaldus Magnanus Sarsinaten. canonicus Ecclesie Sancti Laurentii in Damaso, Petrus Antonius Pugliolus presbyter. Mutin. Augustini S. Mariæ in Araceli de Araceli. Joseph de Heredia Clericus Illerden. Gasparis Sanctæ Crucis in Hierusalem Borgiæ. Franciscus Maria Costagutus canonicus Ecclesie S. Mariæ de Via lata Januen. Petrus Settimius Cestarius Narnien. presbyteri, Felici S. Anastasie de Ascolo. Andronicus Spinellus Clericus Paravip. Roberti S. Alexii Ubaldini. Aurelius Martignonus Mediolanen. & Julius Lavorius de Laurino Caputaquen. Diocesis Clerici, Tiberii S. Priscæ Muti. Philippus de Escobar, & Benavides Clericus Vallisoletan. Petrus Muñoz de Castro Laicus Claurien. Gabrielis S. Bartholomæi in Insula Tressii. Petrus Palla presbyter Reatin. Diocesis, & Vincentius Benignus Clericus Camerinen. Julii S. Sabinæ Sabellii. Jacobus Vveiskircher Viennen. Marcus Antonius Guardanilla Romanus Laici, Melchioris S. Sylvestri Kleselii. Michael Angelus Anichianus Clericus Lucen. Petri S. Thomæ in Parione Camporei. Joan. Dominicus Cera Vicentin. & Simon Brunus Nonantulanus presbyteri, Antonius Apastorellius clericus Nursiæ, Matthæi Sancti Marci Prioli. Delius conversus clericus Narnien. Dioc. Scipionis S. Sufannæ Cobellintii. Albertus Mamianus presbyter Parmen. Joannes Baptista Mangilius clericus Romanus, Francisci Sancti Marcelli Cenini. Alderanus Bellaates clericus Lunen. Sarzanen. Dioc. Joannes Doupye laicus Leodien. Guidonis Sanctæ Mariæ de Populo Bentivoli. Joan. Thomas Guglielmus laicus, seu clericus Pisaren. Antonius Benedellus Nonantulanus presbyter nullius Diocesis, ac Annibal Paulinus

URBANUS OCTAVUS

Paulinus clericus Firman. Petri S. Salvatoris in Lauro Valerii, Alexander Simon Antuerpien. Carolus Scas Constantien. & Franciscus Antonius Rentius Tiburtin. clerici, Itellii Friderici S. Laurentii in Pane, & Perina Zoleren. Didacus Busca presbyter Papien. Sextilius Baldacius de Volsinio clericus Urbevetanus, Julii S. Marie supra Minervam Romae, Antonius Grassellus Nucerin. Germanicus de Leonibus Perusin. clerici, Laurentius Sclarra clericus Firmanus, Cæsaris S. Petri in monte aureo Gherardi. Adrianus Tanus presbyter Nucerin. Ditec. Joan. Baptista Moranus Parmen. Andreas Motellus Florentin. Clerici, Albertus Burius Laicus Urbinaten. Ditec. Desiderii S. Clementis Scalie. Hieronymus Lanfrancus clericus Neapolitanus, Vincentius Jacobellus Romanus clericus, Joan. Baptista Belardus de Monte Castello Tuderin. Laicus, Stephani S. Marie in Via Pignatelli, Joannes Nicolaus Tighettus presbyter Senogallien. Basilice S. Petri de Urbe canonicus, Epiphanius Rosa clericus Spoletan. Vincentius Crucius Januen. & Joseph de Burgonsonis Bononien. Laici, Ludovici S. Laurentii in Damasco Ludovisii, Franciscus Petrillus presbyter Capuan. Antonii S. Pudentiane Caetan. Ludovicus Paulucius clericus Maceraten. Francisci S. Matthæi in Merulana Sacra. Anellus Deamatus, & Matthæus Deamatus Clerici Campanien. Dominicus Brindolus de Mancinis clericus Romanus, Lucii S. Stephani in Monte Cælio Sanseverini. Octavius Placidus presbyter Firman. Canonici S. Marie in Cosmedin nuncupate de Urbe, & Aurelius Sclaticus laicus Bononien. Marci Antonii S. Eusebii Gozadini, Georgius Cedolius Jadren. Commendatarius S. Ambrosii Nonen. Ricciardus Silla Placentin. clerici, Cosmi S. Pancratii de Torres. Monaldus de Monaldis de Aspello Fulginaten. Diocesis, Petrus Franciscus Rinuccinus Florentinus clericus, Octavii S. Agnetis in Agone titularum presbyterorum Rodulphi nuncupatorum. Joseph Fontanella Regien. Miles militiae S. Jacobi de Spatha, Tiberius Rubens Ariminen. & Petrus Paulus Mecis Anignin. clerici, Alex. andri S. Marie in Via lata Estensis. Ambrosius del Pueyo clericus Tiraforon. Franciscus Rizzius Clericus, seu laicus Januen. Joannetini S. Adriani de Auria. Petrus de Nores clericus Papien. Lucas Massarentes laicus Reatin. Caroli Emanuëlis S. Nicolai in Carcere Tulliano Pii. Angelus Magnesus Polignanen. perpetuus commendatarius Monasterii S. Marie della Grotella Hidruntinæ Diocesis, & Claudius Amadeus Vibo Gratianopolitan. clerici, Mauritiu Emanuëlis S. Eustachii de Sabaudia. Octavianus de Lotto Florentin. Miles militiae ejusdem S. Stephani. & Franciscus Acursius Bombaglinus laicus, Caroli S. Marie in Dominica Medices. Fabius Leonidas de Sancta Flora, & Ulysses Severinus Clerici Auximan. Diocesis, Francisci S. Angeli in Foro Piscium Boncompagni. Laurentius Bernardinus presbyter Lucen. & Hieronymus Adimarius clericus Florentinus, Hippolyti S. Marie novæ Aldobrandini, Diaconorum S. R. E. Cardinalium, etiam nuncupatorum. Frater Marcus Antonius Vianus Bononien. cum dicto Fulgentio Episcopo, Stephanus de Bubalo Romanus presbyter Societatis Jesu commissarius, Gabriel Fonseca laicus Physicus, Prosper Cecchinius Chirurgus, Franciscus Ampelius Clericus Romanus Adjutor dicti Secretarii Collegii, Fabius Novellus cum dictis Magistris Ceremoniarum, Apollonius de Apollemis Senen. Aromatarius, Antonius Fernacutus clericus Romanus, Tarquinius Galardus laicus ejus adjutores, Linus Blasius de S. Oresto, nullius Dioc. custos Fontis, Franciscus Anna, & Joan. Baptista Carpana Barbitonfores, Jacobus Philippus Tanus, & Secundus Taffonus eorum Adjutores, Franciscus Soria Faber lignarius, Joan. Antonius Bernafconus Cæmentarius, Jo. Scorcius Dominicus Tognardellus, Jo. Augustinus, Simon Petricciolus, Basilii Colatellus, Jo. Augustinus Laurentii, Petrus Pomol, Andreas Palumbus, Hieronymus Tamansinus, Petrus Fumarettus, & Julianus Fulginaten. Scopatores Conclavis.

Nunc autem de gratia specialis omnia Privilegia Conclavis

§. 23. Et insuper cum dilectus filius Franciscus Viarius laicus Burgi S. Sepulchri, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis sedulam pro ipsius operam, ut accepimus, navaverit, propterea & aliorum

Bullar. Mag. Tom. I V.

metitorum suorum, ac obsequiorum Nostrorum, & sedulo studio impensorum intuitu, volentes ipsam specialiter favoribus, & gratiis prosequi, eisdem Franciscus Viarius quod licet in Conclavi prædicto non interfuerit, nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præminentibus, indulgentiis, exemptionibus, & ceterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scut. hujusmodi, per Nos ut supra dictis Conclavistis donatorum, & inter ipsos, ut præfertur, distribuendorum, tanquam Conclavista, & unus ipsorum frui, & gaudere libere, & licite possit & valeat, prout ac si Conclavi hujusmodi verè, & realiter interfuerit, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, Motu, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgetur.

§. 24. Volumus autem quod præsentium transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis, eadem fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, decorationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, dispensationis, legitimationis, abstentionis, abolitionis, restitutionis, decretorum, concessionum, indulgentiarum, præceptorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini 1613. octavo Idus Augusti, Pont. nostri anno 1.

Canonizatio Sancti Philippi Neri Congregationis Clericorum Sæcularium Orationis Fundatoris.

Hunc Philippum Gregor. XV. retulerat in Sanctorum Confessorum numerum, unâ cum Sanctis Isidoro, Ignatio, & Francisco Confessoribus, ac Theresia Virgine; sed morte prævenit, Bulla de super expediri non potuit, & ideo hic Pontificatus illam expedivit.

Iste Sanctus, dum viveret, crexit Congregationem eucharistiam in prima rubr. quam postea approbavit Gregor. XIII. ut videre est in sua Const. 11. Copiosus, in Append. tom. 3. ubi omnia ad eam spectantia adnotavi.

URBANUS EPISCOPUS, edita An. 1624. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu, literæ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

§. 1. Dudum si quidem fel. rec. Gregor. Papa XV. Prædecessor noster piè præmeditatus, quod supremus ille, & diligens Paterfamilias, qui ab origine mundi plantavit vineam suam, universalem scilicet Ecclesiam, in eam quotidie non desinat mittere operarios, quorum assiduitate cultura illa vepribus expurgata fructum afferat, vel centesimum, vel sexagesimum, vel trigesimalum, quodque ante Incarnationem Verbi misit in eam Patriarchas, & Prophetas, virosque sanctissimos, qui portaverunt pondus diei, & ætus, post assumptam verò humanitatis nostræ substantiam, verè vocare novissimos, sanctos videlicet Apostolos, qui vineam hanc, & fidei fervore, & prædicationis verbo, per universum propagarunt orbem, si quis adjunxit non solum fortissimorum Martyrum exercitus, qui effuso sanguine illam irrigarunt uberrimè, sed etiam Confessorum laudabilem numerum, quorum sanctitatis

A 3 exemplo

exemplo hinc vinea ubique terrarum odorem afflat suavissimum.

§.2. Inter quos paucis ante annis sanctimoniam redolere satis constiterat Beatum Philippum Nerium Congregationis Oratorii Fundatorem, cujus & vite puritas, & omnium virtutum congeries, & miraculorum gloria plurimum elucebat, ipsius B. Philippi Catalogo Sanctorum adscriptioni decrevit iuxta dero.

§.3. Cumque jam ab ipso die, quo dictus B. Philippus obdormiverat in Domino, fama sanctitatis, & miraculorum ejus adeo crevisset, ut statim dignus Canonizatione proclamaretur, & multi viri graves de illa promovenda cogitassent, & apud pie memorie Clementem VII. etiam Prædecessorem nostrum desuper egissent, & ejusdem Clementis Prædecessoris auctoritate vive vocis oraculo concessa, statim eodem ipsius B. Philippi obitus anno, in Urbe, & extra eam fuissent receptæ informationes, & facti processus super illius virtutibus, sanctitate, & miraculis.

§.4. Et successivè coram summis recordationis Paulo Quinto pariter Prædecessore nostro, pro eadem canonizatione charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francie, & Navaræ Rex Christianissimus, & charissima etiam in Christo filia nostra Maria, ejusdem Ludovici Regis mater, ac dilecti filii nobiles viri Senatus Populiq;æ Romanus, & Maximilianus utriusque Bavarie, necnon Carolus Gonzaga Niverniensium, & dum in humanis agerent, Ferdinandus Primus, & post ejus obitum Cosmus Secundus Magni Hetrurie eis subiectæ Ducis, & dilectæ in Christo filie nobiles mulieres Christina Cosmi mater, & Catharina Caroli præfati uxori, ac etiam dilecti filii Presbyteri dicte Congregationis institissent.

§.5. Et Paulus prædecessor prædictus Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, S. R. E. Cardinalibus super Sacris Ritibus deputatis per suas in forma Brevis sub annulo Piscatoris desuper expeditas literas commisit, ut inquirerent in genere prius, ac deinde in specie super fama Sanctitatis, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi, ac formarent juris ordine servato processum.

§.6. Eoque diligentissimè peracto, & facta per bonam mem. Dominicum ejusdem S. R. E. Cardinalem Pinellum nuncupatum, relatione, ex processu videlicet in genere facta, plenè constare de fama sanctitatis, & miraculorum dicti Beati Philippi, ac deveniri merito posse ad inquisitionem in specie.

§.7. Dictus Paulus Prædecessor bonæ memoriæ Francisco Penix Rotæ Decano, & Horatio Lancelloto, ipsoque Horatio promoti ad Cardinalatus honorem, Alexandro Ludovico tunc in minoribus constituto, qui deinde ad Summi Apostolatus apicem assumptus, Gregorius XV. prædictus fuit nuncupatus, ac Venerabili fratri nostro Dionyio de Marquemont Ecclesie Lugdunensium postmodum præfecto, omnibus causarum Palatii Apostolici tunc Auditoribus, ut conjunctim, vel saltem duo eorum procedentes, inquisitiones, & probationes hujusmodi facerent, factasq; referrent, demandasset.

§.8. Dictique Auditores Commissarii injuncto sibi officio diligenter perfuncti, totius negotii seriem in scriptis eidem Paulo Prædecessori retulissent.

§.9. Et dictus Paulus Prædecessor relationem, ut præfertur, factam unâ cum iteratis instantiis, ac precibus dictorum Principum, & presbyterorum dicte Congregationis Oratorii, ad prædictos Cardinales, ut præfertur, deputatos remisisset, ac omnibus per bonam mem. Robertum dicte S. R. E. Cardinalem Bellarminum nuncupatum, ad id specialiter electum examinatis, & relatis in octo Congregationibus, diversis temporibus habitis, de validitate processuum in specie factorum, tam in dicta Urbe, quam extra eam, & de Fide, Spe, Charitate, Virginitate, de Prophetia, aliisque donis, & virtutibus, de fama sanctitatis, & miraculis quamplurimis, tum in vita, tum post obitum dicti Beati Philippi plenè constare, servatis servandis conclusum, & decretum extitisset.

§.10. Idem Paulus prædecessor, ut in illius honorem tanquam de Confessore non Pontifice Missa celebrari, & officium recitari in Ecclesia Beati. Virginis Mariæ, &

S. Gregorii in Vallicella de Urbe licetè posset, indulgè, & successivè indulgè hujusmodi ad alias ejusdem Instituti Congregationes in aliis Ecclesiis extra Urbem canonicè erectas extendit.

§.11. Dictoque Paulo Prædecessore viam universæ carnis ingresso, prædictus Gregorius Prædecessor, qui illi in Apostolatus ministerio successit, Beati viri sanctitatem (quippe qui virtutum illius excellentiam in minoribus, ut præfertur, constitutus, benè noverat) veneratus, & Christi fidelium devotione, precibusq; dictorum Principum instantius quàm unquam repetitis peremptus, negotium Canonizationis illius perficiendum constituit.

§.12. Et ad hunc effectum prædictis Cardinalibus dicte Congregationis Sacrorum Rituum mandavit, ut prædictos processus omni qua decebat diligentia, rursus inspicerent, & universam causam sibi referrent.

§.13. Qui quidem Cardinales dictum Robertum Cardinalem denuo elegerunt, eoque ab humanis exempto, dilectum filium nostrum, tunc ejusdem Gregorii Prædecessoris, Petrum Paulum ejusdem S. R. E. Card. Crescentium nuncupatum, in ejus locum subrogarunt, & negotium exactissimè discussio, ac diligentissimè examinatio, servatis servandis, unanimiter congregati censuerunt plenissimè constare, tam de validitate processuum, quam de vite sanctitate, virtutibus, & miraculis, tum in vita, tum post mortem dicti B. Philippi, itaut si dicto Gregorio Prædecessori videretur, posset dictum B. Philippum in Sanctorum numerum adscribi.

§.14. Cumque nihil jam superesset, ulterius idem Gregorius Prædecessor voluit in Consistorio suo secreto de his omnibus relationem fieri, & Venerabilis frater noster, tunc suus, Franciscus Maria Episcopus Ostiensis, tunc Portuenus, & Cardinalis à Monte nuncupatus, suo, & aliorum dicte Sacrorum Rituum Congregationis Card. nomine summam processuum exposuit, & ex rebus ab ipso B. Philippo præclarè gestis selegit nonnullas, quas disertis planè verbis enarravit, ac se, cæterosq; dicte Congregationis Sacrorum Rituum Card. censuisse asseruit, dictum B. Philippum, si ipsi Gregorio Prædecessori visum foret, Sanctorum Catalogo aggregari posse, in quorum sententiam reliqui omnes Cardinales in dicto Consistorio tunc assistentes, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, suo quisque suffragio ex ordine devenerunt.

§.15. Et successivè idem Gregorius Prædecessor ex antiquo Romanorum Pontificum Prædecessorum nostro, tunc suorum, instituto publico Consistorio, in quo præter dictos Card. etiam Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiep. Episcopi, ac alii Romanæ Curie Prælati, & dicti Gregorii Prædecessoris familiares dilecti filii convenerunt, convocato, dilectus filius Magister Joannes Baptista Spada junior, Aula Consistorialis Advocatus, de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi dixit, & nomine prædictorum Principum illius Canonizationem suppliciter petiit. Quibus auditis, dictus Gregorius Prædecessor respondit, se precibus libenter assentire.

§.16. Sed quoniam non audebat Sancta Sedes librum æternæ vite perferuari, nisi Spiritu sancto aperiente, velle se diutius immorari, ac maturius procedere, & propterea omnes in Domino rogavit, ut secum unâ orationibus, jejuniis, ac elemosynis divine voluntatis arbitrium explorarent.

§.17. Demùm verò Consistorio, quod semipublicum vocant, indidit, in quo prædicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Notarii, & causarum dicti Palatii Auditores dilecti filii interfuerunt, omnes Beatum Virum canonizandum esse publicis suffragiis judicatum, quorum unanimi consensu audito, ipse Gregorius Prædecessor aperiens os suum in benedictiones, gratias egit divine clementiæ, quod tamam contulisset gratiam servo suo.

§.18. Statuitque illum inter Sanctos referre unâ cum Beatis Isidoro Agricola, & Ignatio Loyola, ac Francisco Xaverio, necnon Theresia: de cujus quidem Beati Viri Philippi origine, vita, virtutum donis, & miraculis aliqua ex multis in processu deductis recensenda duxit.

De processu Pauli Prædecessoris ad B. Philippum Nerium Congregationis Oratorii Fundatorem, cujus & vite puritas, & omnium virtutum congeries, & miraculorum gloria plurimum elucebat, ipsius B. Philippi Catalogo Sanctorum adscriptioni decrevit iuxta dero.

Qui Card. Camp. Sacerdos Rituum processum in genere, & in specie ad servandum servavit.

Facto processu in genere, & in specie ad servandum servavit.

Quo in factis vel copiam, vel duo eorum, qui deinde ad Summi Apostolatus apicem assumptus, Gregorius XV. prædictus fuit nuncupatus, ac Venerabili fratri nostro Dionyio de Marquemont Ecclesie Lugdunensium postmodum præfecto, omnibus causarum Palatii Apostolici tunc Auditoribus, ut conjunctim, vel saltem duo eorum procedentes, inquisitiones, & probationes hujusmodi facerent, factasq; referrent, demandasset.

Qui canonizandum esse retulissent.

Per processum ad prædictos Cardinales, ut præfertur, deputatos remisisset, ac omnibus per bonam mem. Robertum dicte S. R. E. Cardinalem Bellarminum nuncupatum, ad id specialiter electum examinatis, & relatis in octo Congregationibus, diversis temporibus habitis, de validitate processuum in specie factorum, tam in dicta Urbe, quam extra eam, & de Fide, Spe, Charitate, Virginitate, de Prophetia, aliisque donis, & virtutibus, de fama sanctitatis, & miraculis quamplurimis, tum in vita, tum post obitum dicti Beati Philippi plenè constare, servatis servandis conclusum, & decretum extitisset.

Idem Paulus prædecessor, ut in illius honorem tanquam de Confessore non Pontifice Missa celebrari, & officium recitari in Ecclesia Beati. Virginis Mariæ, &

Et mortuo factis suis in Sanctis Canonizationis apud Greg. XV. per processum.

Qui commisit processum prædicti Card. Camp. Sacerdos Rituum.

Qui Card. processum ad prædictos Card. Crescentium nuncupatum, in ejus locum subrogarunt, & negotium exactissimè discussio, ac diligentissimè examinatio, servatis servandis, unanimiter congregati censuerunt plenissimè constare, tam de validitate processuum, quam de vite sanctitate, virtutibus, & miraculis, tum in vita, tum post mortem dicti B. Philippi, itaut si dicto Gregorio Prædecessori videretur, posset dictum B. Philippum in Sanctorum numerum adscribi.

Relationemque omnium factis in Consistorio secreto.

Quo in Consistorio publico confirmatum.

Dictus Gregorius prædictus fuit noster, tunc suus, Franciscus Maria Episcopus Ostiensis, tunc Portuenus, & Cardinalis à Monte nuncupatus, suo, & aliorum dicte Sacrorum Rituum Congregationis Card. nomine summam processuum exposuit, & ex rebus ab ipso B. Philippo præclarè gestis selegit nonnullas, quas disertis planè verbis enarravit, ac se, cæterosq; dicte Congregationis Sacrorum Rituum Card. censuisse asseruit, dictum B. Philippum, si ipsi Gregorio Prædecessori visum foret, Sanctorum Catalogo aggregari posse, in quorum sententiam reliqui omnes Cardinales in dicto Consistorio tunc assistentes, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, suo quisque suffragio ex ordine devenerunt.

Et tandem in Consistorio publico confirmatum.

De processu illius canonizandum esse retulissent.

URBANUS OCTAVUS.

Rome nomen
la de eius ori
gine, eius &
miraculis re
omnes.

O 80 annos
natum oppre
sum aere asil
li cum quo ca
siderat in col
lam vinarum,
incolumis ex
traivit suis.
Anno decimo
oiliavo sua
aere a Pare
missus ad Pa
trium, ut mor
tuo aere exer
ceret, valde
ab ipso dili
gabatur.

Hu omnibus
suis Philip
pum Romam
se contulit, ut
virtutum offi
cia, ac Philo
sophia, &
Theologia stu
dia adipsu
rum.

Humi cuba
bat, assiduo
jejunio dele
ctabat, adia
qua pia mul
ta exercebat.

Circa 20.
annu sua a
tu mirabiliter
labebat pal
pitatione com
du, ac costaru
fracturam.

Ideoque scru
tium ad ani
marum susci
piendum se vo
cari, multo
labore quam
plurimos Chri
sto homines
publico ad
hortationibus
lucrabatur.

Sodalitas San
ctissima Tri
nitatem insti
tuit.

Sapd ante
Sanctissimum
Eucharistia
Sacramentum
orans noctes
deducebat in
somnia.

Anno sua
aere 36 passu
sus Confessa
rii Sacerdos,
ac Confessor
se in adibus
S. Hieronymi
de Charitate.

Ibique multos
divina calli
tatione, scru
tium salutis
docuit.

Indiam adedi
di desiderio
speravit, ac
Martyrio pro
fide Christi
lamaratur.

Sed admoni
tus Deo rever
lans a Ma
rtino Cister
ciensi, eius do
d ac Roma fa
turus, consili
mu: 1911.

§. 9. Est igitur natus Beatus Philippus Florentia, millesimo quingentesimo decimoquinto salutis anno, sedente Leone Decimo Pontifice Maximo, & in Ecclesia Sancti Joannis Baptistae baptismali fonte ablutus. Franciscum Martum, & Lucretiam Soldiam honestissima vi...

§. 10. Non octo annos natus, unâ cum aello, quem conscenderat, in cellam vinarum præceps delapsus, atque jumenti onere oppressus, ingenti admiratione, qui mortuus credebatur, extractus est vivus, & incolumis.

§. 11. Ubi verò ad annum pervenit ætatis decimum octavam, missus est à Patre ad Oppidum S. Germani, ut ibi apud Patrum opibus abundantem mercaturam exerceret, qui adolescentis optimi lætificatus adventu, ipsum brevi propter ejus probitatem in hæreditatem vocare constituit.

§. 12. At verò Philippus cœlestium desiderio in dies ardentior, à Patru gratia, & benevolentia sibi timere cepit, donec duobus annis transactis, mercaturæ nobilioris avidus, contempta viginti millium aureorum hæreditate ab illo oblata, Romam inde se contulit, ubi opportunum, & aptum ad solida virtutum officia nactus locum, pietatis operibus Philosophiæ, ac Theologiæ studium adjunxit.

§. 13. Et interim arctam vitæ viam ingressus, humi plerumque cubare, tenui victu, atque assiduo jejunio delectari, & aliquando per triduum ab omni cibo abstinere, septem præcipuas Urbis Ecclesias obire, & in Cœmeterio Callisti nuncupato, in oratione pernoctare sæpe consuevit.

§. 14. Ac vix annum ætatis suæ vigesimum nonum attingerat, cum inter alia divinitus accepta dona, planè mirabilis cordis palpitatio fuit ac fracturæ costarum, quæ publico medicorum testimonio præter naturæ ordinem obtigit, quasi mentis dilatato sinu, etiam caro dilataretur, & exultaret in Deum vivum.

§. 15. Et ad animarum propterea subsidium se multò magis vocari sentiens, de solitaria vitæ severitate divino nutu remittere cepit, atque inter eujusque conditionis homines ea mente versari, ut publicis adhortationibus, & privatis colloquiis Christo Domino quamplurimos lucraretur, nullo incommodo, nullo penitus devitaret labore.

§. 16. Eodemque ferè tempore, quo Sanctissimæ Trinitatis Confraternitas ad Peregrinorum, & Convalescentium commoditatem ipsius consilio, atque opera fuit instituta, cum unoquoque mense quadraginta horarum supplicatio decreta esset, ipse totas penè noctes deducebat insomnes, & confratres ad orationem hortabatur, & exemplo mirificè incitabat.

§. 17. Cum verò ad trigessimum sextum annum pervenisset, Confessarii jussu Sacerdos factus, & audiendis fidelium confessionibus præfectus, in ædibus S. Hieronymi de Charitate nuncupati habitavit.

§. 18. In cujus Ecclesia ad Sacramentorum frequentiam, & ad dandam scientiam salutis semper intentus, in proprio etiam cubiculo pia de divinis collocautione illos erudiebat, qui ejus sese disciplinæ tradiderant.

§. 19. Et in hoc ipso suorum progressu accendit animum Indias adeundi desiderium, ad vineam Domini excolendam, & fructus uberiores etiam profuso sanguine reportandos.

§. 20. Ut autem ea de re supernum consilium exploraret, viram Cisterciensis ordinis pietate insignem consulit, à quo revelante Deo admonitus est, ejus Indias Romæ futuras.

§. 21. Quamobrem majori succensus ardore, non solum durissima peccatorum servitute pressos, ad Christi Domini obsequium traducere studuit, verum etiam sedens in tenebris & umbra mortis infideles ad clarissi...

...mum fidei lumen adduxit, quo illustrati demum Hebraei Christum recipere, & Hæretici ad Catholicam veritatem redire non dubitarunt.

§. 22. Certè de novatoribus revincendis, vel ad Romanam Ecclesiam reducendis, maxime visus est fuisse sollicitus, cum bonæ memoriæ Cæsarem Presb. Cardinalem Barontium nuncupatum, adhuc in minoribus constitutum, ad opus Annalium per tot annos urgere non destitit, ut ipsemet postea Cardinalis scripserit, non se Annalium Ecclesiasticorum, sed Philippum auctorem extitisse.

§. 23. Jamque in Ecclesia S. Hieronymi p[re]s[bi]t[er]i, ac familiaribus colloquiis diu ad virtutes erudierat confluentes, cum ad majorem fructum ex verbi Dei semine percipiendum, ex filiis, quos Christo genuerat, delectis nonnullis recol. mem. Gregorii XIII. etiam Prædecessoris nostri auctoritate, apud d. Ecclesiam Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sancti Gregorii, Congregationem prædictam Oratorii fundavit.

§. 24. Et congruentibus institutis à prædicto Paulo Prædecessore postea confirmatis, in Presbyterorum secularium statu absque voti ullius, vel promissionis vinculo, ad quatuor familiares sermones singulis in hebdomada feriis, excepta die Sabbati, divinis de rebus habendos, ad quotidianam sub vesperam in Oratorio publico Orationem, ad Sacramentorum frequentiam, & ad alias complures Christianæ pietatis exercitationes retinendas munivit, ac stabilivit.

§. 25. Ut autem speciatim tantæ viri virtutes agnosceretur, & per viam salutis incedentibus subsidio esse valeant, non est omittendum quod is fuit in primis charitate in Deum admirabili, ut internus ille ignis nonnunquam dum attenderet ad divina, redundaret in corpus, & facies, atque oculi scintillis micarent, atque etiam ex improvviso illa Apostoli verba sæpius usurparet: Cupio, sed mox animadvertens, suæ in Deum devotionis occultandæ gratia, reliquum sententiæ retinebat, nimirum, dissolvi, & esse cum Christo.

§. 26. Perpetuo atque ardenti studio venerandum Eucharistiæ colebat Sacramentum, vel enim laicus, vel Sacerdos celebrans, vel ægotans in lectulo, illius quotidiana susceptione reficiebatur. Verùm inter celebrandum fervidus lignum altaris gradum quodam exultationis tremore concutiebat.

§. 27. In ipsa Dominicæ passionis memoria, atque iniquorum hominum ingratitude gemitus fundebat uberissimos, & miraculo tribuebatur, quod præ assidua lacrymandi consuetudine vim oculorum non amisisset.

§. 28. Inter cætera quibus ad hujusmodi charitatis gradum pervenit Philippus, summum fuit orationis studium, cui inexplicabili desiderio semper addictus, omnia Congregationis exercitia in eam quodammodo tendere curavit, ut inde meritò Oratorii Congregatio fuerit appellata.

§. 29. Hæc ipsa Beati viri charitas miris modis redundabat in singulos eujusque conditionis homines, nam omnium utilitati, ac necessitati expolitus, nullum sibi tempus certum esse voluit, in quo suæ parceret valetudini, & quod habitabat cubiculum, non pateret aliorum commoditati, summa lenitate excipiens ad se venientes, factus omnibus omnia, ut omnes Christo lucrificeret.

§. 30. Singulati præsertim industria per Christianæ lætitiæ semitas deduxit adolescentes, qua vel septem Urbis Ecclesiis, vel Xenodochiis, vel alla pia exercitia frequentantes labore, ac molestia ex parte levarentur.

§. 31. Summa item assiduitate viscebat ægotantes, præsertim è suis, nec eos deserebat, dum nosset mortis periculum instare.

§. 32. Tentationes diaboli repellebat mirabiliter, atque à plurimis laborantibus in extremis, cum ipse accedisset, proferretque verba: Quis isthic? Dæmones ad vocem perterriti, sese in fugam visi sunt conicere.

§. 33. Curabat autem hominum salutem non solum interno, sed etiam externo subvenire subsidio, & numerosis plerumque familiis necessaria suppeditare, dotem indigentibus Virginibus elargiri, egenis Religiosorum domibus opem ferre, vinculis in carcere electoribus...

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

Et sic quæ
ad Christum
redierunt
sua nonnulla
in Congreg
one d. S. Greg
orii in Rom.
S. Gregor. ad
p. h. p. h. p.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

Modò p[re]s[bi]t[er]i
de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

de quibus
p[re]s[bi]t[er]i ad
Christum
dixit: &
p[re]cipuo
bravo & Ma
retum.

URBANUS OCTAVUS.

abundantia appetiti, ut merito Pater animarum diceretur, & corporum, quem charitatis affectum etiam miraculis Dominus comprobavit.
§. 44. Intempesta enim nocte panem deferens ad familiam in egestate multa constitutam, in profunda foveam incidens ab Angelo incolumis ereptus est, qui etiam alias Angelo sub specie pauperis elemosynam tibi petenti omnem pecuniam, quam apud se habebat, proptero, atque hilari obtulit animo.
§. 45. Charitati Virginitatis donum adjunctum habuit, quo multi, qui cum ipso versabantur, vel vultu, atque oculorum intuitu, vel suavi fragrantia, qua illius corpus redolere consueverat, recreabantur.
§. 46. Solitus ipse pudicitiam ex odore, impudicitiam ex foetore dignoscere, soloque manu contactu impuris tentationibus esse remedio.
§. 47. Huic integerrimae puritati saepe humani generis hostis per impudicas mulieres tendit insidias: ipse vero ad orationem semper confugiens victor gloriosus evasit.
§. 48. Eam ob causam perpetuae deditus abstinentiae, loco prandii tenui utebatur jentaculo, cui saepe succedebat non absimilis. Abstiniuit semper à cujusvis generis lactiniis, raro pisces, carnes vero rarissime degustavit, potu fuit admodum tenui, aqua magis usus, quam vino. Ea dignum erat potus, cibique parcitas, ut sustentari medicorum attestante naturae viribus non valeret. Crederetur tamen (praesertim à suis) Eucharistiae virtute vitam ad senectutem traduxisse.
§. 49. Cum huiusmodi abstinentia conjunxit etiam rerum omnium mundanarum contemptum, non modò enim hereditatem, ac patrimonium respuit, & quam multas sibi testamentò relictas facultates summa animi constantia repudiavit, sed etiam dum in aedibus S. Hieronymi habitaret, nudis contentus cellulis, consueta litpandia recusavit.
§. 50. Ab honoribus, atque Ecclesiasticis dignitatibus alienus, adduci nunquam potuit, ut pensiones, atque beneficia reciperet. Canonicatus in Urbe primos, Episcopatum, & Cardinalitiam dignitatem à patre etiam memoritae Gregorio Decimoquarto, & praedicto Clem. Praedecessoribus nostris sibi oblatam omnino recusavit.
§. 51. Humillimus fuit, atque Beati Francisci exemplò se maximum ex peccatoribus constanter affirmabat, ideoque comestari quotidie solitus Deum his fere verbis: A me tibi caveas Domine, te enim hodie traditurus sum, & omnia perpetraturus mundi peccata, nisi tua me gratia benigne protezeris.
§. 52. Cumque aegrotaret aliquando atque ipsum obsecrarent adstantes, ut suorum saltem beneficio, illam Sancti Martini dirigeret ad Deum orationem: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; summa animi demissione respondit: Non sum ego Sanctus Martinus, nec me talem unquam existimavi: quod si me vobis necessarium reputarem, perditum crederem.
§. 53. Atque hinc est, quod se Rectoris, & Praepositi, necnon Congregationis à se erectae Fundatoris titulo aegre admodum tulerit appellari. Quinimò biennio ante obitum, Congregationis administrandae munus deposuit.
§. 54. Tantae ejus humilitati patientia non defuit, tranquillo semper animo excitas tam adversum se, quam Oratorii sui exercitia persecutiones tolerans, in quibus etiam pro persecutoribus versus Christi imitator assidue deprecabatur, isque fuit precationum fructus, ut ex eis plurimos sola patientia ad Deum converterit; qui vero ab inceptis non desistere, divinam ultionem sint experti.
§. 55. Magnae insuper patientiae exitit in perferendis diuturnis corporis infirmitatibus, quibus singulis fere annis divexabatur, ita ut ad extremam vitae perducus, oleo sancto quater inunctus fuerit, quo autem tempore aegrotabat, nulla unquam de doloribus habita querimonia, sed hilaris facie incredibilem animi letitiam indicabat, ab ipsa vero infirmitate, quantumvis gravi, convalescere saepe solebat repente profusus, ac mirabiliter.

§. 56. In Christiana mortificatione adeo praecebat, ut merito habitus fuerit ejusdem virtutis singularis magister, & in primis mentis discursum quem ipse rationalem nominare consueverat, assidue comprimere & captivare intellectum in obsequium Christi studuerit, ideoque ea ipse plerumque faciebat & facienda proponebat aliis quae intuentibus animi potius levitatem, atque stultitiam saperent.
§. 57. Jam vero nonnulla etiam dona recensenda sunt, quibus B. Viri virtutes immensa Dei bonitas illustravit. Frequenter enim ecclasiis raptusque divinos patiens, è terra sursum totus undique splendore circumfusis elevabatur.
§. 58. Caesibus item visionibus dignabatur assidue, Dominicae enim Nativitatis nocte Christum in altari pueri specie intutus est, & aliquando in sacratissima Hostia Paradisi gloriam conspexit. Vidit etiam Beatissimam Virginem veteris Ecclesiae Sanctae Mariae In Valli-cellula testum manibus sustententem, donec imminenti casus ademptum est periculum. Eandem iterum vidit, cum anno ante obitum aegrotaret, quem ipsa sibi obviam sublatum in aera mirifice recreatum repente sanavit.
§. 59. Quamplurimum insuper confitentium atque amorum animas evolantes in caelum intueri, atque Angelorum concinentes interim audire solitus erat, quin etiam interiorum eorum pulchritudinem qui essent in statu gratiae divinitus agnoscebat.
§. 60. Sanctorum Caroli Borromaei, & Ignatii Loyolae facies miris splendoribus vidit conspicientes.
§. 61. Ea erat prudentia praeditus, & discretione spirituum ita exercebat, ut propterea cujusque conditionis homines ad ipsum, tanquam ad oraculum consulendi gratia confluerent, & ipsimet Summi Pontifices praedecessores nostri, ejus consilium magni semper facerent.
§. 62. Veras à falsis visiones discernere, & licet saepissime antiquus nostri generis hostis horribili se forma videndum offerens, deterrere ipsum conaretur, semper tamen fortis, & invictus de eodem gloriose triumphans pacem, veramque tranquillitatem, qua fruebatur interioris, retinuit.
§. 63. In prophetiae dono, & absentium rerum, ac si praesentes essent praevisione, occultisque cordis humani divinitus dignoscendis talis erat, ut de ipso verè affirmari possit, Non est inventus similis illi.
§. 64. Illud etiam Philippo collatum à Deo fuit, ut dum uno esset in loco, in alio longè distante, uno eodemque profusus tempore nonnullis apparuerit.
§. 65. Quapropter cum in aedibus Sancti Hieronymi commoraretur, eisdem è suis apud dictam Ecclesiam Beatissimae Virginis Mariae, & Sancti Gregorii degenti, se praesentem ostendens, subsidio quo indigebat adfuit.
§. 66. Et Romae aliàs existens, quendam ex numero sibi confitentium, in mare penè submersum, mediis è fluctibus capillis apprehensum liberavit.
§. 67. Iterumque cum in Urbe maneret, tunc in humanis agentem Catharinam Ricciam, sub regula S. Augustini monialem, Prati in Hetruria commorantem, longo temporis spatio est allocutus.
§. 68. Inter haec miram ad patranda miracula à praepositi Domino consecutus gratiam, quamplurimos liberavit à quacumque detinerentur infirmitate.
§. 69. Nonnullos enim solo Sanctissimae Crucis adhibito signo; alios salutari manu contactu, inter quos Clemens Octavus praedecessor noster gravissimis chira-grae doloribus oppressus, sanus illico factus est, & nobilis quidam Romanus à pestifera corporis contagione curatus. Alios praeterea pristinae sanitati restituit sola orationis virtute.
§. 70. Alios morbis quibus tenebantur, tantum impetrando, quod praecipue contigit Mariae Felici à Castro in monasterio Turris Speculorum montali, quae continua febris correpta, Philippo jubente, statim convalluit.
§. 71. Alios remediis omnino contrariis curavit, quod dictus Caesar Card. est expertus, cui stomachi, & capitis debilitate ita laboranti, ut retinere vix cibum, atque

Nonnulla alio- rum similia... Et maxime... Humillimus... Et maxime... Et maxime...

sensu mor- tificatione, & maxime rati- onalis dis- cursus prae- ceptis... Estas, & rapus fre- quenter pa- tiens... Visionibus, & singulariter Christi, ac Beatissima Virgine di- gnabatur af- fectus, qua etiam illius ab agnitione sanavit... Mithorum amplexu ani- mas euntes in caelum pulit. S. Caroli Borromaei, & Ignatii Loyolae facies specie- bus a peccatis spiritus dis- cretionis excel- lebat. Veras à falsis visionibus dis- cernens, nam- que in quibus apparere non sinitur. Propheciae ac- rimum praevi- sione dicitur. Abiis pluri- bus a. para- bat. Manens in Ecclesia S. Hieronymi, cuius in Be- ctia S. Greg. d. g. sub- stitio adfuit. Alii sibi con- sistent in ma- re penè sub- mersis, cap- tis apprehen- su liberavit. Romae existens Catharinam Ricciam Prati in Hetruria manentem lon- go spatio fuit allocutus. Miraculis in- viti suis illu- stris, quorum aliqua hie referuntur. Nonnullos Cru- cis signo, vel manu manu con- tactu sanavit ab infirmita- tib. liberavit. Monialem Turris specu- lorum à continua febre solo ju- su sanavit. Card. Sioma- chi, accipitis debilitate la- borantem es- trariis reme- diis praesina- rianis resti- tuit.

orare nulla ratione posset, imperavit ut coram se panem integrum cum malo citreo comederet, qui statim atque Servi Dei mandatum executus est, stomachi, atque capitis molestiis sensit se omnino liberatum.

Mulier narium ulcere infesta, linteoli parte Servi Dei adhuc viventis sanguine resperfa, ulceri summa fide apposta, confestim curata est.

Mortuum ad vitam revocatus.

Hu miracula facta, tam fama illustri apud omnes, et usque in comarum habebantur.

Anno Dom. 1495. die 24. Iun. mane sacra celebrata. Missa sacrificio celebrata, ac post operibus per totam diem de more expletis, post mediam noctem obdormit in Domino.

Ad ejus corpus in Ecclesia super feretrum expositum immensa multitudo concurrerat, et corpus, vel feretrum de oculis.

Miracula nonnulla eo tempore edita hic referuntur.

Puer ac Surae fratris laborantes subito curati sunt. Mulier a difficultate respirandi convaluit.

Corpus apertum loco repositum, ad illud populi concursus fuit, et ubi Petrus de feretris tabellam.

Post septem annos in agrum repositum, in sacello a suo haereditario filio

§.72. Alii vero, rebus quibus utebatur Philippus, morbo admotis, sanitatem pristinam recipere: inter quos Eugenia Mansueta de Colle Scipionis, naribus ulcere quodam decem & octo mensum spatio horrendum in modum infectis, linteoli parte Servi Dei adhuc viventis sanguine resperfa, ulceri summa fide apposta, confestim curata est.

§.73. Quin etiam constat, mortuos fuisse ejus voce vitæ restitutos: quod Paulo Fabricii de Maximis filio contigit, qui mortuus, nomen illius inclamante Philippo, illico ad vitam rediit, & confessione peracta, ab eodem interrogatus, an libens iterum è vita decederet, annuens in pace quievit.

§.74. His virtutibus, ac donis, quibus à Deo tam liberaliter auctus est Philippus, tantæ exitit mortalibus admirationi, ut qui Servum Dei nossent, ejus sanctitatem ubique prædicarent, & prædicti prædecessores nostri summo honore, ac veneratione prosequerentur. Clemens prædecessor prædictus ejus manus etiam osculans, & Gabriel Paleottus in libro quem scripsit de bono senectutis, Philippum adhuc viventem, tanquam verum exemplar sanctitatis, atque virtutum omnium exemplar proposuerit: & Augustinus dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Veronen. libellum quem composuit, Beato Viro itidem vivente, Philippum, seu de lætitia Christiana inscripserit. Summæ etiam venerationi habitus est à Sancto Carolo, qui quotiescumque eum adibat, ponere genua, & manus ejus osculo petere consuevit.

§.75. Verum ingravescente jam ætate, cum incitato semper cursu susceptam salutis vitæ rationem feliciter profectus esset, die mortis suæ atque hora multatam prædictis, plenus diei, & octavo Kalendas Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, qua die Domini corporis celebritas contigit, cum mane vehementi devotionis spiritu, quasi præ lætiti concinens, sacrosanctum Missæ sacrificium celebrasset, & nonnullis adstantium, quorum confessiones audierat, Euchariæ Sacramentum ministrasset, consuetis exercitationibus de more expletis, post mediam noctem, ea qua prædixerat hora, omnipotenti Deo, cui fideliter servierit spiritum placidissime reddidit, & post obitum quamplurimis tam Romæ, quam alibi gloriæ claritate illustris apparuit.

§.76. Et summo manè Servi Dei corpore in Ecclesia super feretrum exposito, mortis felicissimæ fama jam divulgata, innumerabilis cujusque conditionis hominum illuc multitudo convenit: inter quos multi ex viris Principibus, Præsulibus, atque Cardinalibus confluerunt: & toto bidui spatio, quo corpus antequam conduceretur in Ecclesia, pie reservatum est, ingenti populi frequentia, absque intermissione, manus, pedesque exosculari, coronas, atque rosaria venerando corpori admove-re non desistit: & ii, quibus præ multitudine ad corpus non dabatur accessus, feretrum in quo jacebat osculabantur.

§.77. Eo interim tempore multa sunt, ejus suffragantibus meritis, edita miracula.

§.78. Inter cæteros enim adolescens unâ cum sorore strumis diu laborantes, Servi Dei manu loco admota, ubi morbus residebat, extemplo curati sunt.

§.79. Quemadmodum & mulier quædam à diutina difficultate respirandi, & alii quamplures à variis infirmitatum generibus convaluere.

§.80. Post hæc, ubi selectiore in loco corpus reconditum est, ad ipsum venerandum populi concursus fieri, votivæ deferri tabellæ, donaria permulta appendi, ac suavissimus quidam odor à multis inde percipi cœpit.

§.81. Septem autem post annos, integrum repositum, summa omnium lætitia transitum est in sacellum erectum, atque ornatum à quondam Nerio de Nigris, nobili Florentino, & Domicello Romano: cui Deus

Sancti hujus intercessione filium concessit, Philippum propterea à parentibus nominatum: quem post menses decem & octo, gravi morbo correptum, mortique jam proximum Beatus vir sibi commendatum pristinae statim sanitati restituit.

§.82. Sed ne videamur singula recensere miracula, quibus servum suum mirificavit Altissimus, nosse satis erit, alios præcordiis ejusdem sanatos, ut Theodosiam Monialem Monasterii S. Lucie in Silice de Urbe, quæ splenis morbo decem & quinque annos afflictâ, extemplo curata fuit.

§.83. Alios verò capillis, ut puerulum natum mortuum, qui ut baptismo ablui posset, est revocatus ad vitam.

§.84. Alios quibusdam Servi Dei coronis, ut Felicem Sebastianam, quæ à diuturnis crurium ulceribus statim convaluit.

§.85. Alios linteolis, ut Septimiam Neria, quæ interiori oculi parte ignito ferro incautè à sorore percussa illata omnino remansit.

§.86. Et Josephum Sermejum, qui cum ob gravem infirmitatem eò devenisset, ut omnium judicio mox efflaturus animam crederetur, sanus repente factus è lectulo, in quo jacebat, incredibili omnium admiratione surrexit.

§.87. Alios aliis ejusdem Reliquiis, gravissimis tentationibus ereptos, ut Stephanum Calcinarium, qui ab impunitissima quadam scemina sollicitatus, Sancti Viri Reliquiis, quas devotionis ergò secum deferrebat, sibi pectus occulta quadam vi percussit, & vocem ejus audiens increpans se, ut à peccato caveret, atque inde festinus abiit, dicto obtemperans, continuo aufugit.

§.88. Nonnullos sola ejus vitæ lectione, ut Vincen-tium Valchiam, qui vehementi vexatus tentatione supra-dictum exemplum perlegens, ex animo Philippum compellans, his verbis affatus est, Cur modò non id ipsum mihi abs te Pater? eodem temporis instanti discidit omnis illa per molesta mentis agitatio.

§.89. Quamplures miris apparitionibus, ut Druisillam Pantanam, quæ præcipiti casu prostrata, ac horribili capitis, oculorum, & totius corporis collisione sensu viva jacens, tribus Servi Dei apparitionibus mirabiliter liberatur. Non ablimile accidit Leonardo Rovello, cui sanitatem à medicis desperatam petenti, Philippus in sui festi pervigilio noctu apparet, pronuntiansque verba illa: Fili vade in pace, confestim præbuit: & adveniente die Leonardus accepti beneficii memor ad audiendam in ejus sacello Missam, pro gratiarum actione, Ecclesiam adivit.

§.90. Multos sepulchrum ejus visitantes, veluti Claudiam Grignanam, quæ post longam sexenni infirmitatem, non valens in ipsa summa dolorum acerbitate loco se penitus movere, ad Philippi sepulchrum aliorum auxilio perducta, vovens de servando singulis annis in vigilia festivitatis ejus panis & aquæ jejunio, statim doloribus quibus tenebatur, liberata est, & omnino sana per Ecclesiam nullius adminiculo incessit.

§.91. Denique ferè innumerabiles editis votis, ut fratrem Joannem Baptistam Massiam de Valentia, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, qui Neapoli cum esset, annumque ageret supra septuagennium, vovens se Dei Servo, eadem prorsus hora, qua Romæ in ejusdem Sacello sacrum votivum peragebatur, tribus desperatis infirmitatibus, quibus toto biennii spatio laboraverat, & ita consumptus fuerat, ut de facie vix amplius agnosceretur, repente curatus est.

§.92. Præscripto itaque Canonizationis die in festo Sancti Gregorii Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Martii, Pontificatus ipsius Gregorii prædecessoris anno secundo, iterum dictus Gregorius prædecessor est hortatus ad iteratas preces, jejunia, & elemosinas, ut in tanto opere exequendo lumen ejus qui lucem habitat inaccessiblelem, implorarent ad ea peragenda, quibus divinæ gratiæ honor, & Catholicæ Ecclesiæ fides auge-retur.

§.93. Omnibus verò juxta Sanctorum Patrum traditiones, Sacrorumque Canonum instituta, & Romanæ Ecclesiæ

venio emanatum, cui locus & intercessio filii non coarctat, sed quæ à morte liberaverat, translatum fuit.

Ejusdem præcordiis blemis morbo afflictâ curata fuit. Puerum natum mortuum ut baptizaretur, sibi capillis ad vitam revocatur.

Ejus coronis interiori oculi parte percussa illata omnino remansit.

Ab incerta percussione oculi alia linteolis liberata est.

Alter à debilitate corporis ex infirmitate veneratione juvenatur.

A scemina sollicitatus S. reliquiarum in qua se à peccato caveret.

Ipsius vitam legens, à tentatione liberatur.

Quamplures apparitionibus à corporum periculis liberavit.

Alios sepulchrum ejus visitantes, veluti Claudiam Grignanam, quæ post longam sexenni infirmitatem, non valens in ipsa summa dolorum acerbitate loco se penitus movere, ad Philippi sepulchrum aliorum auxilio perducta, vovens de servando singulis annis in vigilia festivitatis ejus panis & aquæ jejunio, statim doloribus quibus tenebatur, liberata est, & omnino sana per Ecclesiam nullius adminiculo incessit.

Frater quidam Non alii dominis, totius fuit s. edem. post tempore quo Romæ in ejusdem sacello sacrum votivum peragebatur, tribus desperatis infirmitatibus, quibus toto biennii spatio laboraverat, & ita consumptus fuerat, ut de facie vix amplius agnosceretur, repente curatus est.

Præscripto itaque Canonizationis die in festo Sancti Gregorii Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Martii, Pontificatus ipsius Gregorii prædecessoris anno secundo, iterum dictus Gregorius prædecessor est hortatus ad iteratas preces, jejunia, & elemosinas, ut in tanto opere exequendo lumen ejus qui lucem habitat inaccessiblelem, implorarent ad ea peragenda, quibus divinæ gratiæ honor, & Catholicæ Ecclesiæ fides auge-retur.

Omnibus verò juxta Sanctorum Patrum traditiones, Sacrorumque Canonum instituta, & Romanæ Ecclesiæ

*ritu, & recte
omnibus ser-
uatis Grego-
rii. Philippum
cum EB. Ipho-
doro, Ignatio,
Francisco, ac
Theresa San-
ctum decla-
rati. & SS.
Cassiano
Catalogo ad-
scribitur.*

*Et in eisdem
nomine Grego-
rii & Thera-
sia constituti
di. sanctum
concedit.
Eiusdem festi
di. SS. Martii
epi. subter
officii conser-
uati.
Eodem die
eius festi-
vum vif-
tantibus su-
culguntur
e. arg. tur.*

*Post hanc pra-
viam debita
ceremonia
ad Altare S.
M. f. Missa
solemniter cele-
bravit, rem-
otandum SS.
temanor
tione.*

*Et quia con-
n. carioni
Bulla expedi-
ri non potuit
et impor-
tationem ob-
tinet. Grego-
rii hic P. de-
n. expediri
tione. si expo-
si a fuisse a
C. et. et. suum
eff. et. et. d.
et. Canoni-
zatione orati-
delicta man-
data.*

*Exemplum bo-
rum Bullarum
di. pubet.*

*Sanctissimus
que per litteras
tam, etc.*

clesiae consuetudinem ritè & rectè peractis, dicta die, quarto Idus Martii, idem Gregorius prædecessor, ad Prin- cipia Apostolorum Basilicam, cum Cardinalibus, Patriar- chis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælati, & ipsius Grego- rii prædecessoris familiaribus, necnon dilectis filiis Ciego- saculari, & regulari, ac maxima populi frequentia conve- nit, & post iteratas primo, secundo, ac tertio pro Canoniz- ationis decreto petitiones, & per dilectum filium no- strum, tunc suum, Ludovicum Tituli Sanctæ Mariæ Tran- sponthinæ Presbyterum Cardinalem Ludovicum nuncu- patum, nomine prædictorum, qui pro ea institerant, post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces, & post implo- ratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem Sanctissimæ, & individue Trinitatis, & Fidei Catholicæ exaltationem & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate ejus- dem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum decrevit, & de- finivit, dictum Philippum Nerium Florentinum, dictæ Congregationis Oratorii Fundatorem, unà cum Beatis Isidoro, & Ignatio, ac Francisco, necnon Theresia prædi- ctis, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adscribendum esse, prout adscripsit, & aggregavit.

§. 94. Statuens, ut ab universis Christi fidelibus, in eius honorem Ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, edificentur.

§. 95. Et quolibet anno dicta die illius obitus, septimo videlicet Kalendas Junii, festum ipsius, & officium tan- quam de Confessore non Pontifice, ad formam in rubricis Romani Breviarii præscriptam, solemniter celebrari possint.

§. 96. Insuper eadem auctoritate omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè penitentibus, & confessis, quæannis singulis in ipsius festo ad sepulchrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum accesserint, unum an- num & quadraginta dies, iis verd qui in eisdem festi octava id fecerint, etiam quadraginta dies de injuriis eis, aut aliis quemodolibet debitis penitentis misericorditer in Domino relaxavit.

§. 97. Et decantato solemniter Hymno, Te Deum lau- damus, & divina ope implorata S. Philippi, & aliorum Sanctorum prædictorum meritis, per peculiarem ad id orationem, quam dictus Gregorius prædecessor piè & so- lemniiter recitavit, sacrosanctum Missæ sacrificium so- lemni pompa, & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemo- ratione, ad Altare Principis Apostolorum celebravit, & omnibus Christi fidelibus tunc presentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissio- nem ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum ejus impertitus fuit.

§. 98. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione, aggregatione, statuto, relaxatione, aliisque præmissis, pro eo quod super illis ipse Gregorius prædecessor litteræ, ejus superveniente obitu, conficere non fuerunt, valeat quemodolibet hæsitari: Volumus, & Apostolica aucto- ritate decernimus, quod decretum, definitio, adscriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impartitio, aliaque præ- missa à dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum sor- tiantur effectum, ac si super illis ipse Gregorius præde- cessor litteræ, sub Datum ejusdem diei conficere fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentis litteræ ad probandum planè decretum, definitionem, adscriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, aliaque præmissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius admini- culum requiratur.

§. 99. Cæterum quia difficile foret, præsentis nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Nota- rii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides ha- beatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 100. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa- ginam nostrarum voluntatum, & decreti ipsius, etc. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Bea- torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur- surum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dñi. P. An. 1. Dominicæ 1623. 8. Idus Augusti, Pontificatus nostri an- no primo.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Maria Episcopus Portuen. Cardinalis à Monte.

† Ego Odoardus Episcopus Tusculan. Cardinalis Farnesius.

† Ego Odo. Episc. Prænestin. Card. Bandinus.

† Ego Jo. Baptista Episc. Albanen. Card. Detus.

† Ego Federicus tit. S. Mariæ Angelorum presb. Card. Borromæus.

† Ego And. tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Card. Perettus.

† Ego B. tit. S. Mariæ in Transtiberim presbyter Card. Bevilacqua.

† Ego Dominicus tit. SS. Apostolorum presbyter Card. Gymnasius.

† Ego Carolus tit. Sancti Cæsarii presbyter Cardinalis Madrutius.

† Ego S. Card. Burghesius tit. S. Chrylogoni, Major Pæ- nitentiarius.

† Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum presbyt. Card. Millinus.

† Ego M. tituli SS. Quirici, & Julitæ presbyter Car- din. Lantes.

† Ego Joani Baptista tit. Sanctæ Cæcilie presb. Card. Lenius.

† Ego A. tituli S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis Capponius.

† Ego D. tit. Sancti Martini in Montibus Cardinalis Ri- varola.

† Ego Petrus Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei presby- ter Cardinalis Crescentius, ejusdem Sancti Philippi Discipulus.

† Ego Fr. Aug. tit. S. Mariæ de Araceli presb. Card. S. Rom. Eccl.

† Ego G. tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Cardinalis Borgia.

† Ego Felix tit. Sanctæ Anastasie, presbyter Cardinalis Asculanus.

† Ego Robertus tit. Sancti Alexii presbyter Cardinalis Ubaldinus.

† Ego Tib. tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabr. tit. S. Bartholomæi in Insula Cardinalis de Trejo.

† Ego Julius tit. Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis Sabellus.

† Ego Melchior tituli S. Mariæ de Pace presbyter Card. Klefelius.

† Ego P. tit. Sancti Thomæ in Parione Cardinalis Cam- poreus.

† S. presb. Card. S. Susannæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius.

† Ego Franciscus Cennius, Card. S. Marcelli.

† Ego Guido tit. S. M. de Populo presb. Card. Bentivolus.

† Ego Julius S. M. supra Minervam presb. Card. Roma.

URBANUS OCTAVUS.

† Fr. Desiderius tit. Sancti Clementis presb. Cardinalis de Cremona.

† Ego Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card. Ludovicus, S. R. E. Vicecancellarius, & Summator Sanctus.

† Ego Cosmus tit. S. Pancratii presbyter Cardinalis de Torres.

† Ego C. Sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Pius.

† Ego M. Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

† Ego Carolus S. Mariz in Dominica Diaconus Card. Medices.

† Ego Alexander S. Mariz in Cosmedin Diacon. Card. Ursinus.

† Ego Fr. S. Angeli in Foro Piscium Diacon. Card. Boncompagnus.

† Ego Hippolytus Sancte Mariz Novae Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, Sancte Romanae Ecclesiae Camerarius.

Canonizatio S. Ignatii Loiolae Societatis Jesu Fundatoris, ejusque relatio in Sanctorum Confessorum numerum, ac institutio suae festivitatis pro die 3. Julii.

Adversus lectos, quod (licet hanc Bullam expedieris iste S. D. N. Urbanus VIII.) istum Sanctum, unam cum S. Isidoro Agricola, Francisco Xaverio, & Philippo Nerio Confessoribus, ac Theresia Virgine canonizaverat Gregorius XV. qui morte occupatus literas desuper expedire non valuit.

De tota vero Societatis, quam vivens iste Sanctus instituit, materia plenissime habes indicata in 2. & 3. rubr. ad Constitut. 25. Pauli III. incip. Regimini, supra tom. 1.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium: Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu, literae Apostolicae desuper confectae non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

§. 1. Dudum siquidem felicitis recordationis Gregorius Papa XV. praedecessor noster, pie attendens, quod ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quae miro consilio suis quaeque temporibus apte disponit, & praeteritis saeculis, sive ad disseminandum Evangelium inter gentes, sive contra subnascentes haeresiarchas, destinavit plures sanctitate, ac doctrina illustres viros, novissimis temporibus, cum pii Lusitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotissimas insulas late patentem vineae Domini propagandae aditum aperuissent, nec non minorem Catholici Castellae Reges novum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent, veterem autem Religionem, omnemque illius sanctitatem, ac perfectioris vitae professionem Lutherus, monitum teterrimum, aliaque detestabiles pestes blasphemis eorum linguis in Septentrionis partibus corrumpere, & depravare, ac Sedis Apostolicae auctoritati detrahere conarentur, excitavit

spiritum Ignatii Loiolae, qui ex medio honorum cursu, & a saeculari, & terrena militia admirabili quadam ratione vocatus, ita se divino imperio regendum, & formandum tradidit, ut demum nova Societatis Jesu, quae inter alia pietatis, & charitatis opera Gentilibus convertendis, haereticis ad fidei veritatem revocandis, & Romani Pontificis potestati tuenda ex instituto se totam impendit, religione fundata, vitam admirabili sanctitate traditam sanctissimo pariter concluderet exitu, ac plurimis sit miraculis illustratus, ejusdem Ignatii Catalogo Sanctorum adscripti, de qua dudum agebatur, decrevit intendere.

§. 2. Quippe increbrescente in dies in diversis mundi partibus ipsius Ignatii sanctitatis fama, & miraculorum gloria, cum clarae memoriae Philippus Secundus, & Philippus Tertius, Hispaniarum Reges Catholici, & Mariae similis memoriae, Maximiliani Secundi Romanorum Regis Illustris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti Philippi Tertii Regis conjuges, necnon plures Ecclesiarum Praefules, & Populi, una cum dilectis filiis Praeposito, & aliis dictae Societatis Religiosis, apud praesentem Clementem Papam VIII. etiam praedecessorem nostrum, oblati illi processibus, per diversos locorum Ordinarios, etiam auctoritate tunc existentis Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum Nuntii, super praedicta sanctitate, & miraculis fabricatis, pro literarum remissorialium, & compulsorialium, ad faciendos pro canonizatione progressus, concessione institissent.

§. 3. Ipseque Clemens praedecessor oblatos processus, & petitionem ad dilectos filios nostros, tunc suos, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales super sacris Ritibus deputatos discutiendos commississet, dictique Cardinales petitioni praedictae satisfaciendum esse censuissent, si ita eisdem Clementi praedecessori placuisset, & dictus Clemens praedecessor morte praeventus nihil desuper constituturum potuisset.

§. 4. Similis record. Paulus Papa V. similiter praedecessor noster, repetitis per dictos Principes, ac Praepositum, & Religiosos, ac novis per clarae etiam memoriae Henricum Quartum Francorum, & Navarrae Regem Christianissimum, porrectis instantiis permotus, praedicto Gregorio praedecessori tunc in minoribus constituto, & officio Auditoris causarum Palatii Apostolici fungenti, ac dilectis filiis Alphonso Manzanedo, & Joanni Baptista Pamphilio, etiam causarum eorundem Auditoribus delegavit in mandatis, ut causam hujusmodi in statu, & terminis, quibus reperiebatur, reassumentes, conjunctimque procedentes, acta omnia, & probationes perpenderent, & si opus esset, alios testes super vita, & miraculis ejusdem Ignatii per se, & alios ab eis subdelegandos, de novo in genere reciperent, & super his suum ipsorum interponerent iudicium: ut si ex iis constaret inquisitiones, probationes, ac processus hujusmodi esse legitime factos, causamque sufficienter esse instructam, ea posset ipse Paulus praedecessor exequi, quae Sanctorum dogmata, & factorum Canonum postularent instituta.

§. 5. Unde dicti Auditores vitis, & diligenter discussis processibus coram eis exhibitis, censuerunt cum illis debere conjungi processus auctoritate Apostolica constitucendos: & ad hunc effectum per se ipsos in Romana Curia, & per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos extraeam in diversis mundi partibus ab eis subdelegatos, juridicos processus super praemissis confici curarunt, quibus jussu ejusdem Pauli praedecessoris ad eisdem Card. super Sacris Ritibus, ut praefertur, deputatos transmissis, & per eos vitis, & perpenis, idem Paulus praedecessor, ex sententia eorundem Card. quod dictus Ignatius Beatus nuncupari, & de eo Missa, & Officium de Communi Confessoris non Pont. celebrari posset, benignè concessit, & indulxit.

§. 6. Et deinde cum preces eorum, qui pro canonizatione ejusdem Beati Ignatii institerant, fierent in dies auctiores, volens idem Paulus praedecessor in hujusmodi causa secundum consuetudinem sanctae Sedis Apostolicae procedere, eisdem Auditoribus per speciale rescriptum mandavit, ut processus factos etiam de novo perpenderent, & alios testes super veritate praemissorum in specie diligentissime examinarent, & ipsi Paulo praedecessori referrent.

Pro qua causa Reges, & Principes, ac ipsius Societatis Religiosi, alique apud Clem. VIII. in Hispaniam.

Ipsi Pont. non solum discutiendum commississet Card. super Sacris Ritibus deputatis, qui postea consensu eorum, si Pont. placuisset, sed moro praevius nihil desuper constituit.

Similiter Paul. V. ad instantiam praedictorum, & Henrici IV. Regis Christianissimi commisit Roma Auditoribus hunc causam hujusmodi in statu, quo tunc reperiebatur, reassumentes procedere.

Dictique Auditores omnibus hinc consideratis, ac alios desuper firmis processibus, in ad Card. sup. Sac. Ritibus transmissis, de qua sententia ipse Paul. eum Beatus nuncupari, ac officium de eodem posse celebrari indulxit.

Deinde cum preces pro Canonizatione in dies fierent auctiores, & diligentissime examinarentur, & ipsi Paul. praedecessori referrent.

Qui postea etiam Paulo...

§.7. Quod quidem mandatum Auditores praedicti...

§.8. Cumque ipso Paulo praedecessore...

§.8. Cumque ipso Paulo praedecessore...

Et ad ulteriora...

§.9. Cumque, pendente dictae relationis...

Pa-pi non...

§.10. Quare idem Gregorius praedecessor...

§.11. Natus est B. Ignatius in ea Hispaniarum...

§.12. Adolescens ille factus, cum esset eximia...

ceps militaturus, ad Monasterium Beatae Mariae...

§.14. Minoreffam inde vicinum Oppidum...

§.15. Post aliquod verò tempus Almam Urbem...

§.16. Verum cum ex studiorum laboribus...

§.17. Quo transacto, cum convalesceret...

§.18. Et elapso anno inter eos conflictò...

§.19. Quam causam quò uberius, & cumulatius...

§.20. Ac post multos labores, Jasum appellans...

propheta, ac alia facta...

revocaret, sui que in terris Vicarii auctoritate defenderet.

§. 21. Ornavit enim illum Dominus magnitudine, & excellentia Fidei, & maxima Spe communit, ut satis superque ejus testantur actiones.

§. 22. Assiduum autem obsequium quod pauperibus, & aegrotis exhibuit in hospitalibus, & eleemosynarum distributio, quas à piis personis suo ipsius studio corrogabat, maxima etiam cura & studium, quod jam inde à principio suae conversionis in eo posuit, ut rudes, & pueri doctrinam Christianam perdiscerent, & detentorum in carcere visitatio, ac sublevatio, quam instituit, & exercuit accurate, necnon per universum terrarum orbem Missiones, quas fecit, & domus, Ecclesiae, & Collegia, quae erexit, & in dicta Urbe, praeter scholas Grammaticae, & Humanarum literarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Catechumenorum domus, & S. Marthae, ac S. Catharinae monasteria, aliaque loca pia, quae excitari curavit, & dissidentium reconciliatio, salubria consilia data, & spiritualia exercitia ab eo composita, Sacramentorum frequentationes procuratae, injuriarum denique remissio, & pro inimicis oratio, quam ardentem amaret proximum propter Deum, planè demonstrant.

§. 23. Deum autem ipsum quantopere diligeret, patet ex illa summa cura, & diligentia, qua studuit propter Deum proximo in spiritualibus, & temporalibus semper benefacere, & maxima vigilantia, qua curavit cor suum mundum custodire. A sua conversione nullum in eo deprehensum est dictum, factumve, quod censeri posset esse peccatum mortale, omnes suas cogitationes, verba, & opera in Deum tanquam in finem referebat, & ad Deum, & Dei gloriam, & honorem destinabat, atque haec verba videlicet, Ad majorem Dei gloriam, uti symbolum in ore semper habebat.

§. 24. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotiis enim ad Dei honorem peragendis prius quidem omnia Deo commendabat, deinde solerti habita consultatione, & rationibus ad examen vocatis, congruentia ad optatum finem adhibebat praesidia, & eo pacto contingentia mala facile declinabat.

§. 25. Ejus erga Deum, & homines justitiam aspera vita, & voluntariae poenitentiae quibus offenso jam Deo satisfacere se putabat, spiritus devotio & religio, qua Deo reddidit debitum cultum, & honorem, & gratitudo quoque, quam erga suos, & Societatis benefactores continuo ostendit, & pura veritas quae ex ejus ore sine ulla fallacia, fisco, fictione, aut obscuritate procedebat, cum cordis puritate, & simplicitate satis commendant. Animi praecleara magnitudo ex poenitentia, obsequio erga aegrotos, & operibus charitatis à quibus propter labores, & difficultates, irrationes, injurias, & contumelias non recessit, sed in illis constanter usque ad optatum finem perseveravit.

§. 26. Patientia verò admirabilis, & mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus, ex propriis confusionibus & persecutionibus, libenter, & alacriter pro Dei amore perpassis, ex gratiarum actione in maledicentis relata, & beneficiis in injuriantes collatis apparent.

§. 27. Jejunium ipse adeo coluit, ut eo tempore, quo fuit Minorcae, & Barchinonae, per totam jejunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, solo pane vesceretur, & aquam biberet, & propter continuatas orationes, & abstinentias semel, & iterum debilis, ac ferè sine viribus est inventus.

§. 28. Castitatis fuit adeo diligens custos in se, & in aliis, ut in Constitutionibus Societatis voluerit illam suis effectam perfecte servandam, ut eniti debeant, corporis, mentisque munditia Angelicam puritatem imitari.

§. 29. Profundae etiam humilitatis non obcura dedit indicia, dum se ad novae vitae genus accingens, noluit suum audire germanum, sibi familiae nobilitatem, opes, & in militia strenuitatem, ac futuram inde gloriam representantem, sed statim atque ex morbo, & vulnere convaluit, sculo nuntium remisit. Idem etiam denotatur, quia in patriam valetudinis causa rediens, cum se à quodam jam cognitum esse animadvertisset, timens honorem, quem & germanum, & incolas Asperithae sibi exhibituros esse intelligebat, noluit cum eo, à quo cognitus fuerat, via recta Asperithiam proficisci, sed per montes, & semitas obliquas solus illuc accessit, & nobile palatium cum vilitate habitavit.

milis hospitalis libentissime commutavit, nullusque precibus adduci potuit, ut domum paternam ingrederetur.

§. 30. Denique non solum vanam mundi gloriam, sed se etiam ipsum egregia magnanimitate contempnit, renuntiatus enim Praepositus Generalis Societatis, tandem id munus subire recusavit, quoad ejus Confessarius ei, ut demandatum reciperet officium, imperavit, & post receptum munus, ut eos, quos in Constitutionibus ad humilitatem hortabatur verbo, firmaret exemplo, primum quidem in coquina ministerii aliquot versatus est dies, tum docere aggressus est pueros, & rudes doctrinam Christianam.

§. 31. Excellentem verò famuli sui sanctitatem comprobavit etiam Altissimum supernaturali splendore vultus, quem dum viveret aliquando viderunt B. Philippus Neri, & quondam Oliverius Manareus Flander ejusdem Societatis religiosus.

§. 32. Ac testimonio miraculorum, quorum plura, etiam ab eo vivente facta in processibus recensentur, insigniora tamen post ejus felicem dormitionem edita probantur.

§. 33. Isabella enim Rebelles monialis, ordinem S. Clarae in monasterio S. Elisabethae Barchinonensi ejusdem Ordinis expressè professæ, annos nata sexaginta septem, dum aliquod operis alto in loco molitur, repente tam gravi casu ad terram est collapsa, ut coxendicis seu femoris os, quod maximum est in humano corpore, totum fuerit contractum, & per quadraginta dies, & ultra adhibitis per medicum, & chirurgum, eventum planè irritum, medicamentis, ac dolore, & febris quae ex contractione supervenerant, non cessantibus, aegrotæ a judicibus erat citra ullam salutis opem, quae saltem naturalibus parari possent remediis, ut eadem die mortura crederetur, petita tamen pia cum religione, & impetrata reliquia B. Ignatii, & super coxendicem applicata, statim sana est reddita, & coxendicem, ac tibiam prius tumentem atque immobilem expeditè, ac sine dolore movere cepit, & die proxima surrexit, ac liberè, & perfectè ambulavit.

§. 34. Joannes Leida Majoricentis in valde acutam, & periculosam febrem inciderat: augebat periculum maxima stomachi nausea, post duodecimum, vel tertiumdecimum diem aucto periculo, cum Deo sese per merita B. Ignatii impensè commendasset, sequenti nocte somno excitatus, magno splendore circumfusum cubiculum vidit, & uxorem inclamans: Nonne inquit, vides me à B. Ignatio sanatum? & illucescente die sanus, & valens sine alicujus auxilio è lecto surrexit, & vestibus se induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expeditè adit.

§. 35. Hieronymus Honuphrus Hetruscus, incola Oppidi Candiae Valentinae diceces, puer decennis, cum lethale in supercilio prope tempora vulnus accepisset, propter quod totius oculi tumor, & vehemens febris accesserant, & post adhibita per mensem integrum per chirurgum, ex artis praescripto medicamenta, vulnus non solum non solidaretur, sed adeo latè, & profundum esset, ut linamentum digitale inferendum esset, ac tanta sanies, & putredo flueret, ut chirurgus ipse miraretur, & crederet os aliquod intus contractum, & alterum chirurgum etiam vocari jussisset, & ambo coram infirmo convenissent, remotis fasciis quibus vulnus erat opertum, & obligatum, praeter omnem expectationem, meritis B. Ignatii, cui mater pueri, voto jam facto, illum commendaverat, vulnus illud penitus obductum, clausum, & solidatum invenerunt.

§. 36. Magdalena Talavera, in eodem Oppido Gandiae commorans, cum per tres annos gravibus laborasset obstructionsibus, quae in hydropsim, quam confirmatam appellat, terminaverant, ejusque ventrem adeo tumentem, & inflatum reddiderant, ut se de loco ad locum movere non posset, nisi permolestè, videns remedia per duos medicos adhibita sibi nihil profuisse, ad divina confugit subsidia: & voto Deo facto, ac Imagine dicti Beati ventri adnota, statim melius se habuit, depulsisque est morbus obstructionis, & hydropsis ita profusus, ut intra tres vel quatuor dies detumerit venter, & exinde illa se bene habuerit.

§. 37. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cum in febrem incidisset tertianam, quae mox in duplicem, deinde in pestilentem, unà cum mentis stupore, & extraordinariis horribus,

lit parafismam.
Qua ut abotium tractare possit d. Socia.
à se infirmam, cum tri- bus vitiis, quarto adju- bo, per quod Rom. Pene. pe- culierem obe- dientiam in- diffinitè ad- infirmos, non- puto viciis- eo praesentat- conjungendū ab ipso Paulo curavit.
An. D. 1556, die 31. Jul.
Roma Jesum appellat ob- dormivis in- Domino.
Fida, & Spa- excellentis, mi- litaria in pro- ximum desi- derio adeo exarfit, ut multa loca pia ipsius cur- ra fuerint ex- citata.
Dilectione or- ga Deum emicuit.
Prudentia fuit admira- bilis.
Justitiam co- lum, & in ea usque ad fi- nem constan- ter perseque- ravit.
Patientia emicuit.
Jejunium se- ravit ut per hebdoma- dam solo pane, & aqua contentum.
Castitatem custodivit.
Profunda etiam fuit humilitatis.

Mundi gloria ac scriptum committit.
Adhuc vivens, vultum ejus splendore circundat, vidit B. Philippus Neri.
Miraculis quoque cla- ruit.
potenti ad- varam collar- pta, cui venter- dix confirmatam fuerat, & de- leriis, ac fe- bri superven- tis cum solis- naturalibus remediis san- tari non pos- set, sanissem restituit.
Periculosam febrem cum stomachi nau- sea sanus.
Puro lethale vulnus, quod in supercilio prope tempora accepisset, solidavit.
Obstructiones in hydropi- sim confirmatam, venter- adnotat, ima- gine beati- Sanis cupu- lit.
Pestilentem febrem, cum mentis stupore, & extraor- dinariis horribis, horribus,

horroribus ex humorum abundantia, & virium natura-
lium defectu accidentibus degeneraverat, & ex multis
purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeo aucta
esset, ut à medicis destitutus, in supremo jam mortis dif-
fimine versaretur, ritè confessus, & communione instru-
ctus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens imaginem
Beati Ignatii, quam collo pendentem gestabat, & ex toto
corde illi se commendans, convalescere cepit, & morbo
est liberatus.

*Fumia se-
negmaria
paralyti, ac
apoplexia
morbis exor-
ta, & huma-
ni remediis
desperata ve-
ludum re-
ddidit.*

§.38. Anna Barcellona fere sexagenaria, cum toto
biennij spatio morbo paralyti graviter vexata immo-
bilis esset ad omne opus laboris, & gradus ascendere non
posset, nisi scipionibus innixa, & insuper novus apople-
xia in altero latere morbus accessisset, humanis reme-
diis omnino destituta se intelligens, voto nuncupato
melius se habere cepit, & toto illo die, ac nocte inse-
quenti inchoata valetudo ita est aucta, ut jam illucescen-
te mane sana omnino ad Ecclesiam Collegii dictæ Socie-
tatis accederet expeditissime, gratias Deo, ac Beato Igna-
tio redditura.

*Caritate la-
boranti usum
volunt.*

§.39. Joannes quoque Clara, & Noquera, mulieri Ma-
joricensi, anno natæ 56. cæcitate laboranti, videndi fa-
cultatem reddidit Beatus Ignatius.

*Capitis dolo-
ribus, & ocu-
lorum inflam-
matione op-
pressus sanita-
tem, & vitam
reparavit.*

§.40. Bartholomæus Contesti chirurgus aded acer-
bis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, ut præ-
nimio dolore sæpe ad terram allideretur, accessit in oculo-
rum altero tam gravis inflammatio, ut alterum etiam
divexaret, ita ut ne tenuissimum quidem lucis radium per-
ferre, aut aliquantulum quiescere posset: ob idque in te-
nebroso conditus cubiculo, inde non egrediebatur, & ed
eventum est, ut ex intolerando dolore non dubitaret af-
firmare, quod si quidam chirurgus jam defunctus in hu-
manis ageret, oculum sibi erui jussurus esset. Religione de-
mum eximia erga Beatum istum incensus, illius Reli-
quiam ad se afferri jussit, & in puncto, quo fuit illa de-
lata, benè se habuit, capitis, & oculorum cessavit dolor,
visum recuperavit, & lucis splendorem sine ulla offensio-
ne sustinuit, utque intelligeretur, subitam curationem di-
vine virtuti atque intercessioni Beati Ignatii tribuendam
esse, bis, terve sacra Reliquia e cubilo exportata, dolor re-
didit: eaque in cubiculum reducta, illic morbus discessit,
quo factò admonitus Bartholomæus, sacra Reliquiam
penes se retinuit, atque ita intra tres, vel quatuor dies ita
perfectè sanatus est, quasi nunquam ægrotasset. Quo audi-
to Columna Cortei, & Vich, quæ capitis dolore ita ve-
xabatur, ut neque noctu quiescere, & superveniente in uno
oculorum tanto cruciatus, ut palpebram attollere non pos-
set, & cæca denique remansisset, misit qui eandem Reli-
quiam ad se deferret, qua allata, & super oculos, prævia
invocatione ejusdem Beati imposta, palpebra, quæ prius
per chirurgos aperiri non poterat, confestim ultro, ac per
se cepit aperiri, cessavit dolor, lucis splendorem colum-
na pertulit, & intra tres dies paulatim visum omnino re-
cuperavit, & perfectè convaluit.

*Dolorum ex
tumore, &
duritie mam-
illæ evanidit
sem sanas.*

§.41. Joanna quoque de Aragona, & Pignatella, Ducif-
sa Terræ novæ, quæ quatuor jam menses vehementissimo
dolore cruciatur ex tumore, & duritie alterius mamil-
læ, eæque reducta erat, ut neque pedes, neque brachia
movere posset, quin sibi viscera transigi quodammodo
viderentur, ad opem ejusdem Beati confugiens, & illius
Imaginem religiosè de mane venerata, & illi se commen-
dans, vesperè ejusdem diei sana sine tumore, sine duritie,
& sine ullo doloris sensu reperta est.

*Dr. cum hinc
& alius mira-
culis verum
tam d. Greg.
paulo Con-
fiteri per
Constitutionis
Aula Alve-
gotum mirum
ipsum Beati,
& Principis,
ac Populorum
vota retulit.*

§.42. Demum his, & quamplurimis aliis permotus
idem Gregorius prædecessor, ex antiquo Romanorum
Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum in-
stitutum, publico prius, in quo præter prædictos Cardina-
les, etiam venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiepi-
scopi, & Episcopi, ac alii Romanæ Curie Prælati, & dicti
Gregorii prædecessoris familiares dilecti filii convene-
runt, & dilectus filius Zambeccarius, Aula Pontificæ
consistorialis Advocatus, dicti Beati Ignatii merita, &
Principum, ac Populorum super hujusmodi Canoniza-
tione vota retulit.

*Et successivè
in semivabili
in Consistorio*

§.43. Et successivè altero, quod semipublicum vocavit,
in quo prædicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Nota-
rii, & causarum dicti Palatii Auditores dilecti filii inter-

fuerunt, & omnes, quod dictus B. Ignatius canonizandus
esset, publicis suffragiis judicant, convocatis Consisto-
riis, toto cordis affectu exultans in Domino, eundem B.
Ignatium, unà cum Beatis Isidoro, Agricola, & Francisco
Xaverio inter Sanctos referendum duxit.

*omnes d. B.
Ignatium ca-
nonizandum
judicant.*

§.44. Præscripto itaque Canonizationis die festo S. Gre-
gorii Magni nuncupati, 4. videlicet Idus Martii, Pontifi-
catus ipsius Gregorii prædecessoris anno 2. iterum d. Gre-
gorius prædecessor est hortatus ad iteratas preces, jeju-
nia, & elemosynas, ut in tanto opere exequendo lumen
ejus, qui lucem habitat inaccessibilem, implorarent ad ea
peragenda, quibus divinæ gloriæ honor, & Catholicæ Ec-
clesiæ fides augetur. Omnibus verò juxta Sanctorum
Patrum traditiones, sacrorumque Canonum instituta, &
Romanæ Ecclesiæ consuetudinem ritè, & ritè peractis,
dicta die 4. Idus Martii, idem Gregorius prædecessor ad
Principis Apostolorum Basilicam, cum Cardinalibus, Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælati, & ipsius
Gregorii prædecessoris familiaribus prædictis, necnon di-
lectis filiis Clero sæculari & regulari, ac maxima populi
frequentia convenit, & post iteratas primò, secundò, ac
tertiò pro Canonizationis decreto petitiones, per dile-
ctum filium nostrum, tunc suum, Ludovicum Tituli S.
Mariæ Transpontinæ Presbyterum Cardinalem Ludovi-
cium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea insti-
terant, post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces, &
post imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem
Sanctissimæ, & individue Trinitatis, & Fidei Catholicæ
exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, au-
thoritate ejusdem Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spi-
ritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de-
crevit, & definivit, dictum Ignatium Loiolam, prædictæ
Societatis fundatorem, unà cum Isidoro, & Francisco
præfatis, ac Beatis Philippo, necnon Theresia Sanctum,
& Sanctorum Catalogo adscribendum & aggregandum
esse, prout adscripsit, & aggregavit.

*Omnibus san-
dem ritè, &
restitit, &
die 22. Mart.
1622. d. Greg.
gor. B. Ignatii
sanctum esse
definit, ac
ss. Confessorii
catalogo, unà
cum BB. Isi-
doro, Francis-
co, Philippo,
ac Theresia
adscripsit.*

§.45. Statuens, ut ab universis Christi fidelibus, ejus
in honorem Ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo
offerantur, & edificari, & quolibet anno dicta die illius
obitus, pridie Kalendas Augusti, festum ipsius, & officium
tanquam de Confessore non Pontifice, ad formam
in rubricis Romani Breviarii præscriptam solemniter ce-
lebrari possint.

*Ecclesiæ quo-
que, & altaria
in i. festo
honori, & of-
ficio ejusdem
die 31. ubi
celebrari posse
statuit.*

§.46. Insuper eadem auctoritate omnibus utriusque
sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis,
qui annis singulis ipsius festo ad sepulchrum, in quo cor-
pus ejus quiescit, visitandum accesserint, unum annum,
& quadraginta dies, iis verò qui in ejusdem Festi octava
id fecerint, etiam quadraginta dies de injunctis eis, aut
aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, misericorditer
in Domino relaxavit.

*epulchrum
eius d. festo,
vel octava
visitandum
indulgentiam
largitus est.*

§.47. Et decantato solemniter Hymno, Te Deum lau-
damus, & divina ope implorata, S. Ignatii, & aliorum
Sanctorum prædictorum meritis, per peculiarem ad id
orationem, quam dictus Gregorius prædecessor piè, & so-
lemniter recitavit, sacrosanctum Missæ sacrificium so-
lemnè pompa & ritu, cum eorundem Sanctorum comme-
moratione, ad Altare Principis Apostolorum celebravit:
& omnibus Christi fidelibus tunc presentibus plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem,
ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum ejus impertitus
fuit.

*Aliamque
plenariam im-
pensis factis
presentibus d.
Canonizatio-
ni.*

§.48. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione,
aggregatione, statuto, relaxatione, impertitione, aliisque
præmissis, pro eo quod super illis ipsius Gregorii præde-
cessoris literæ, ejus superveniente obitu, confectæ non
fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari: Volumus, & Apo-
stolica auctoritate decernimus, quod decretum, definitio,
adscriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impertitio,
aliaque præmissa à dicta die 4. Idus Martii, suum debitum
sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorii præ-
decessoris literæ, sub Datum ejusdem diei confectæ fuisset,
prout superius enarratur. Quodque præfentes nostræ
literæ ad probandum plenè decretum, definitionem, ad-
scriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, im-
pertitionem, & alia præmissa ubique sufficiant, nec ad id
approbationis alterius adminiculum requiratur.

*Modò ista
Sanctiss. Præ-
sulis d. Greg.
literæ Canoni-
zationis,
superveniente
obitu expedi-
tæ non pœnitentis
tam expediri
ac suum effectum
ab ipsa
die 22. Martii
1622. conser-
vari debere dor-
tuimus.*

Transumptio- que huius confusio, si dem dari unde.

§. 49. Ceterum quia difficile foret, presentes nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus ut eorum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem ubique fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostense.

Decretum fanale super addis.

§. 50. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam utriusque nostrarum voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romae apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicae die 6. Aug.

1623. 8. Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Papa subscriptio.

✠ Ego Urbanus Catholicae Eccl. Episc.

Card. subscriptiones.

† Ego Franciscus Maria Episc. Portuen. Card. à Monte.

† Ego O& Episc. Praenest. Card. Bandinus.

† Ego Jo. Baptista Episc. Albanen. Card. Detus.

† Ego And. tit. Sancti Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis Perettus.

† Ego B. tit. S. Mariae in Transtiberim presbyter Card. Bevilacqua.

† Ego Dominicus tit. SS. Apostolorum Card. Gymnasium.

† Ego Carolus Card. tit. S. Caesarii Madrutius.

† Ego S. tit. S. Chrysogoni presb. Cardin. Burghesius, Major Penitentarius.

† Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum presbyter Card. Millinus.

† Ego M. tit. SS. Quirici, & Julitae presb. Card. Lantes.

† Ego Jo. B. tit. S. Caeciliae presb. Card. Lenius.

† Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola.

† Ego G. tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia.

† F. Felix tit. S. Anastasiae presb. Card. Alculanus.

† Ego Tib. tit. S. Priscae presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabr. tit. S. Bartholomaei in Insula presb. Cardinalis de Trejo.

† Ego Julius tit. S. Sabinae presbyter Card. Sabellus.

† Ego Melchior tituli S. Mariae de Pace presbyter Card. Klefelius.

† Ego S. presb. Card. S. Susanna, S. R. E. Bibliothecarius.

† Ego Guido tituli Sanctae Mariae de Populo presbyter Cardinalis Bentivolus.

† Fr. Desiderius tit. S. Clementis presb. Card. de Cremona.

† Ego Ludovicus presb. Card. Ludovicius, tit. S. Laurentii in Damaso, S. R. E. Vicecancellarius.

Bullar. Mag. Tom. IV.

† Ego Cosmus tit. S. Pancratii presb. Card. de Torres.

† Ego C. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. Plus.

† Ego M. S. Eustachii Diac. Card. de Sabaudia.

† Ego Alexander Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis Ursinus.

† Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.

† Ego Hippolytus Sanctae Mariae Novae Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.

IV. Canonizatio S. Francisci Xaverii & Societate Jesu Indiarum Apostoli, ejusque in Sanctorum Confessorum numerum adscriptio, cum institutione ejus festivitatis die 1. mensis Decembris.

Hunc S. Franciscum canonizavit Greg. XV. die 12. Martii, anno 1622. cum BB. Isidoro Agricola, Ignatio Loyola, Philippo Nerio Confessoribus, ac Theresia Virgine, sed morte praeventus const. Canonizationis non potuit expedire.

Constitutiones autem pro Societate Jesu editas à diversis Pontificibus lege sup. in Pauli I I. I. const. 25. Regimini, tom. 1. & Canonizationem S. Ignatii Societatis fundatoris habes in S. D. N. Urb. VIII. constitutionibus, const. 3. Ratio, sup. tom. 4.

URBANVS EPISCOPVS, Edita An. D. 1623. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu, literae Apostolicae desuper confectae non fuerint, suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem felicitis recordationis Gregorius Papa XV. praedecessor noster, pie praemeditans, quod unigenitus, & coaeternus aeterni Patri Filius, cum de regalibus sedibus in hunc mundum, ut salutem humani generis operaretur, descendisset, semen bonum verbi sui in agro Orbis terrarum seminaverat, ut omnium caelestium virtutum, & ad extremum aeternae vitae fructum credentibus germinaret: quodque, cum pro divinae hujus segetis incremento, pretiosissimum sanguinem suum, ignominiam Crucis voluntarie subiens, effudisset, ac perfecto demum opere, ad quod missus fuerat, super omnibus Caelorum sublimitatibus ad dexteram Patris in saeculorum aeternitate confessorus ascendisset, plurimos servos, & amicos suos in terris reliquerat, qui laboribus, vigiliis, atque ad ipsius exemplum proprii sanguinis effusione, divinam hanc excolentes sementem, mellem quam uberrimam in horreum ejus congregarent, ejusque fines eò usque dilatarent, donec juxta promissionem Patris omnes gentes, & termini terrae darentur ei in hereditatem, & possessionem. Et quamvis verbum ejus semper à generatione in generationem prosperatum esset; attamen quando ab aeternis temporibus praedestinatum beneplaciti ejus tempus advenerat, ut abundare faceret, quasi imbrem inundantem, misericordiam suam magnam super universum semen filiorum Adam, gloriamque Crucis suae usque ad ultimum terrae, & in mari longè propagaret, verè admirabilis facta erat potentia ipsius, cum revelatis incognitis antea Tribubus, & linguis, ac populis, & nationibus, mellem magnam atque uberrimam aperuerat,

apererat, atque in ea operatibus multiplicaverat; tantæque fructuum abundantia labores eorum compleverat, ut ipsis annuantiis, Evangelicæ prædicationis sonus usque ad extremos Orbis terrarum fines penetrasset; & à Solis ortu usque ad occasum, ab Aquilone & mari, magnum nomen Domini Dei nostri in universis gentibus redditum esset. Inter ceteros vero, quos ad perficiendum voluntatis suæ sacramentum in tantarum gentium vocatione Dominus præordinaverat, egregius Servus ejus Franciscus Xaverius, novus Indiarum Apostolus, gloria Sanctitatis, & meritorum splendore præcipue emicuerat. Qui cum à juventute sua perfecte coram Deo ambulasset, spretoque, ac conculcato divitiis, ac sæculi dignitatibus, ac semetipso juxta verbum Domini abnegato, animam suam pro nomine Domini nostri Jesu Christi tradidisset, dignus inventus erat, qui à Spiritu Sancto in tam insigni opus assumere: ac tanquam aliorum Dux divina providentia constitutus, Apostolicis charismatibus affluenter decoraretur: etiam ab signa Apostolatus, quæ in eo in omni patientia, in signis, & prodigiis, ac virtutibus manifesta facta erant, novarum gentium Apostolus unanimi totius Christiani Orbis consensu meruerat appellari: Ac propterea decebat, ut tantum Dei famulum, qui pro gloria ejus, & animarum Domini nostri Jesu Christi sanguine redemptarum salute innumeros, maximosque labores, atque ærumnas perpessus erat, ingentiaque terra marique subiverat pericula, quem Deus adeo magnificaverat, ut nomen ejus honorabile esset apud omnes gentes.

Remota eximius & præclarus virtutes & membra S. Francisci Xaverii, quibus per ipsum Greg. XI. cum in Sacerdotium Confessione numerus retulit.

§. 1. Idem Gregorius prædecessor, pro suo Pastoralis munere, ut verè Sanctum, & Electum Dei in militanti Ecclesia declararet, ejusque virtutes, tanquam eximias, & præcellentes, universis Christi fidelibus imitandas proponeret, ut populus Christianus actiones suas ad honorem Dei, ipsius exemplo, dirigens, cum apud Deum, & Dominum Jesum Christum in ejus necessitatibus habere mereretur intercessorem: atque ut omnes Christi fideles promptius ad laudandum Deum Omnipotentem secundum multitudinem magnitudinis ejus excitarentur, devotionisque ardor erga tantum Dei famulum augetur, dum ejus in terris cælestem, & laudabiliter actam vitam Orbi terrarum explicaret & patefaceret, in primis & ante omnia præmitteret, quod natus erat insignis hic Dei Servus Navarra in Oppido Xaverio Pampilonen. Diocesis, maternæ ditionis loco, nobilibus ac piis progenitoribus. Qui cum ipsum ab infantia timere Deum, ac ab omni peccato abstinere docuissent, ubi ætas demum adoleverat, Lutetiam Parisiorum studiorum gratia eundem miserant. Quibus cum alacriter operam daret, post haud multum temporis de eo domum revocando pater cogitare ceperat. Quod cum tunc in humanis agens Maria Magdalena ejus soror, quæ Monasterium Monialium Oppidi Civitatis nuncupati Gandiæ, Ordinis S. Claræ, Discalceatarum nuncupatarum, Valentiniæ dioc. non sine ingenti sanctitatis fama tunc regebat, pensasset, Fratris vocationem divinitus edocita, per literas cum patre vehementius egerat, ut Francisci studia omni ope, etiam cum rei domesticæ detrimento, foveret; eum enim incognitarum gentium Apostolum divina providentia præordinatum esse prævidebat. Cùmque Lutetia commoraretur, in familiaritatem S. Ignatii insinuatus, ac postmodum in socium ipsius, qui id ardentibus precibus à Deo ad ingentem Ecclesiæ utilitatem præstandam postulaverat, adscriptus, eoque duce ingressus erat arctam viam, quæ ad vitam ducebat, ut enim spiritu vivificaretur, carnem suam, ad antiquorum Sanctorum Patrum exemplum, severissime mortificaverat. Interdicto enim sibi, non solum carnis, & vini, sed panis etiam triticeo usu, vilibus tantummodo ac insulsis cibis, iisque quàm parcissime usus erat: Quin etiam frequenter integro biduo triduoque ab omni cibo profusa abstinuerat, aliquando verò omnes majoris hebdomadae dies usque ad Sabbatum Paschatis jejunus transiegerat, somnoque brevissimo vires reficere consueverat: humi, vel lectulo vilissimis stragulis contexto jacens. Corpus suum ferreis flagellis adeo diverberabat, ut sæpe copiosus sanguis efflueret: aliquando autem,

funiculis ardentissime constrictis lacertis, coardatisque iter aggressus erat, cùmque plures dies in eo cruciatu perseverasset, vincula adeo corpori ejus infixæ erant, ut præ doloris magnitudine viribus deficiente, in via concideret, ac nisi præcipuo Dei beneficio, absque ulla humana ope, disrupta fuissent, de ejus vita omnino desperatum fuisset. Quàm præclare verò in ejus animo reliquæ Christianæ virtutes effulserat, quàm potenter sancto fidei protectus omnia nequissimi ignea tela extinxisset, & quàm firmiter in Deo sperasset, & Sacramentorum frequentia, quibus non solum semetipsum, sed & alios etiam summa cum devotione; ac indefessa assiduitate pascebat: & verbi Dei assidua prædicatio, qua tam ingentem Orbis terrarum partem illuminaverat, insigniter attestabantur. Sed inter ceteras ejus virtutes, quasi sidus matutinum, præcipue resplendebat Charitas: quæ in omnibus quidem ejus actionibus, præsertim tamen cùm ægrotis inserviret, manifestabatur. Eo etenim dilectionis ardore erga inopes infirmos, qui in domibus hospitalibus morabantur, se gerebat, ut rard ab eis discederet, tantaque sensuum mortificatione quantumvis sordidissima ministeria peragebat, ut aquam sæpius, qua horribilia, & incurabilia ulcera laverat, ebibisset. Cùm verò vita periclitarentur, tunc cibi somnique profusus oblitus, & præter proprias vires à Deo confortatus, veluti à commissa custodia nec die, nec nocte discedebat: illisque sanctissima Ecclesiæ Sacramenta, ceteraque spirituales alimonias præbebat. Quæ adeo libenter atque hilariter exquebatur, ut delicia ejus deservire ægrotis ac morientibus esse dicerentur, & quasi aliquod talentum sibi divinæ benignitatis munificentia creditum negotiaretur, assiduamque hanc erga ægrotos curam ac vigilantiam toto vitæ suæ tempore ubicumque moraretur, exercuerat. Sed & per eandem Charitatem, quæ per Spiritum Sanctum diffusa erat in corde ipsius, adeo ad Deum accedebat, tantoque spiritus fervore in oratione perseverabat, ut hujusmodi cibo intentus, quo interiorem hominem reficiebat, noctes integras transigeret: nec cùm in navi esset, atque in aperto vitæ discrimine in summis tempestatibus versaretur, desisteret, aut quidquam animo commoveretur, fieretque aliquando talis super eum mentis excessus, ut oculis in cælum defixis, divina vi à terra elevaretur, vultu adeo inflammatus, ut angelicam profusus claritatem repræsentaret, nec divini amoris perferre valens incendium, sæpius exclamaret: *Satis est Domine, satis est.* Cùm verò Sacrosanctum Missæ celebraret sacrificium, sæpenumero à sensibus usque adeo abalienabatur, ut nec ministri vestem succutientes, nisi post diuturnam moram, excitare possent. Quin etiam aliquoties altius cubito à terra elatus, ab universa adstantium multitudine, miraculi magnitudinem obstupescere, ac Servi Dei sanctitatem suspicente, conspectus fuerat. Nec solum vigilans vir Sanctus Deum in corde, & ore habebat; sed & dormiens in ipso quiescebat. Frequenter enim in somnis sanctissimum nomen J E S U cum summa mentis dulcedine proferre audiebatur. Cùmque tam singularibus floreret virtutibus, atque in dies à Deo potioribus augetur muneribus, non modò non extollebatur, sed crescebat in eo semper virtus Humilitatis: adeo ut infima quæque domus officia semper, tanquam omnium postremus, obiret. Vestibus verò adeo pannosis ac vilibus utebatur, ut pueris quandoque deridiculo esset. Venerabatur autem maxime vir Dei non Episcopos modò, sed Sacerdotes quoscumque: Sancto verò Ignatio, tunc Præposito suo, non nisi flexis genibus scribebat. Honores verò ac laudes hominum adeo horrebat, ut amplissimam Apostolici Nuntii dignitatem, qua instructus in Indias à Summo Pontifice missus fuerat, quàm studiosissime occultaret: nec nisi semel ea potestate, necessitate coactus, usus fuerat. Cæterum tantus vir insigni stadium à Deo consequutus erat, in quo gloriose usque ad consummationem cursus, & coronam justitiæ decertaret.

§. 2. Cùm etenim claræ memoriæ Joannes Lusitanæ Rex à pia memoriæ Paulo Papa III. tunc dicti Gregorii, nunc etiam nostro respectivè prædecessore, nonnullos

Ad Indias Orientales missus tempore Pauli P. III. varia persequens incommoda, multoque in reprofus ad animarum salutem.

nonnullos ex Ignatii Sociis postulasset, quos ad Orientales Indias, ut in vastissimis illis regionibus Verbum Dei disseminarent, transmitteret, idem Pontifex Sancti Ignatii hortatu, ad tantum opus peragendum Franciscum Xaverium elegerat, quem etiam Apostolici Nuntii dignitate, & amplissima potestate decoraverat. Cumque viatici nomine plurima ei à Prætoribus Regio pararentur, homo qui pro viatico ac pera de Dei benignitate, in cuius Evangelii opus segregabatur, præsumebat, nunquam adduci potuerat, ut quidquam, præter viliissimum centonem acciperet, & in navi super funem nauticam dormiebat, ac emendicatus vivebat: ægrotis in viliissimis ministeriis indefessa charitate noctu diuque serviebat. In Indiam ut pervenerat, statim, ac modico quidem tempore ad quietem post longissimam, ac difficillimam navigationem sumpto, ad prædicandum illis gentibus Evangelium se accinxerat, & indutus virtute ex alto, Apostolici spiritus fervore ministerium, quod fortitus erat, tanto cum fructu exequabatur, ut gratia Dei efficaciter verbo cooperante, non solum Christianorum mores depravatos ad meliorem frugem passim toto Oriente revocaret, sed multa centena hominum millia, qui in tenebris, & in regione umbræ mortis ambulabant, ad agnitionem veræ lucis ducti, regenerationis lavacro mundarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Malabares, in quorum Regnis Apostolica prædicatio, quæ antiquis temporibus illic viguerat, sed hostis humani generis fraude ex omnium memoria prorsus abolita erat, Xaverii prædicatione revixerat. Ipse primus Paravis, Malais, Jais, Aenis, Mirjanais, Malacensibus, & Japonibus Evangelium Christi annuntiaverat, multique illarum nationum Reges, & magni Principes, agenti cum fidei nostræ emolumento, suavi Christi jugo colla subdiderant. Incredibilia autem videbantur, quæ propter nomen Domini nostri Jesu Christi toleraverat. Per diversa etenim Regna, in vastis illis Orbis terrarum spatiis, semper pedibus, & sæpius nudis, per arenas calidas pergebat: per spinas longissima itinera conficiebat, contumeliis sæpe numero, probris, & illusionibus, quin etiam verberibus, & lapidibus oppetitus, in periculis hostium, & in periculis itinerum versatus, sæpe naufragus, vigiliis, frigus, & nuditatem, sitim, famemque perpessus erat, contractis, ob assiduos ac intolerabiles labores, gravissimis morbis: nec enim, Apostoli exemplo, animam suam faciebat pretiosior quam se, dummodo consummaret cursum suum, & ministerium verbi, quod acceperat, testificari Evangelium gratiæ Dei.

Multa signa
ac miracula
prædicationis
servi sui
Francisci, dum
in vita fuit,
Dominus confirmavit, quæ
hic enarrantur.

§. 3. Signa verò, & prodigia quibus Dominus Apostolorum suorum sermonem in nascentis Ecclesiæ exordiis confirmavit, ad illius novæ sobolis incrementum, in manu etiam servi sui Francisci misericorditer renovaverat. Subito enim à Deo diversarum ac incognitarum gentium linguas, quas non noverat, edoctus, disertissime quasi in iisdem terris educatus esset, loquebatur, & acciderat quandoque, ut eum ad diversarum nationum populos concionem habentem, unusquisque eodem tempore lingua sua, in qua natus erat, magnalia Dei loquentem cum stupore, & ecclasi audiret, eoque miraculo multitudo magna commota, reciperet Verbum Dei. Hinc post præmissa, ad Christi fidelium ædificationem, aliqua ex insignioribus prodigiis, & signis, quibus prædicationem & gesta ipsius Dominus illustraverat, recenseret.

Et primum illud memorandum videbatur, quod cum numerosus Badagarum exercitus in exitium Christianorum à Francisco baptizatorum immineret, atque omnia atrocitatis exempla se in Christianos editurum minaretur, ipse solus fide armatus procedens obviam, ac severè eorum impietatem increpans, reterat illicò immobili vestigio universus exercitus, deterritus (ut milites Ducefque referebant) ab homine quodam magno nigris vestibus induto, qui juxta Franciscum stabat, cuius majestatem ac splendorem vultu oculisque micantem, ferre non poterant. Itaque vir Sanctus, quos Christo pepererat, à cæde ac direptione liberaverat.

Successivè apud Comorinum Promontorium, cum in quadam Ecclesia Servus Dei infidelibus concio-

Bullar. Mag. Tom. IV.

naretur, ac propter duriciam cordis eorum nihil proficeret, facta oratione, iussit sepulchrum, in quo pridem defunctus tumulatus fuerat, aperiri: ac populo significans, ad comprobendam Christianæ fidei veritatem, mortuum Dei voluntate rursus victurum, linteo quo cadaver involutum erat, rescisso, ac rursus precibus ad Deum suscitatus, mortuo ut viveret imperaverat, qui statim stupentibus omnibus surrexerat vivus, quo tam insigni miraculo commoti qui aderant, tum alii multi, crediderant in Deum.

Eodem postea loco mendicus quidam Beato viro occurreret ulceribus plenus, cuius plagas Franciscus magno charitatis affectu lavans, atque aquam, qua eas laverat, ebibens, ac deinde Deum Patrem misericordiarum, ut illius pauperis miseretur orans, è vestigio ab omni plaga atque ulcere, Dei munere, pauper ipse omnino liber surrexerat.

Sed & puer quidam Mutani in Orientali India pestilenti febre vita sublatus, ac linteo infusus, de morte gentis, viginti quatuor horis asservatus, stentibus parentibus ferebatur ad sepulchrum, quos ut vir Dei vidit, misericordia motus super eos, Deum Omnipotentem, ut puerum vivificaret, genibus flexis precatus fuerat: atque aqua benedicta aspersum, rescisso linteo, signo Crucis signaverat, apprehensaque manu ejus, in nomine Domini Jesu Christi vivum atque incolumem parentibus restituerat, erecta illo in loco, ad tantæ rei memoriam conservandam, ab incolis magna cum celebritate Cruce.

Et successivè apud Oppidum Combaturæ in ora Piscariæ puer alius in puteum delapsus, suffocatusque, maximo cum matris & cognatorum ejulatu efferebatur, cumque ex proxima Ecclesia Franciscus occurrisset, miseratus eorum, in genua provolutus, oculisque in cælum fixis, Deum pro vita pueri precans, eum apprehensa manu in nomine Domini Jesu Christi surgere iusserat, & confestim puer surrexerat vivus, quem Sanctus vir reddiderat matri suæ, stupentibus omnibus, ac maximo cum clamore Deo gratias agentibus, quibus ipse præcepit, ne eum rem gestam narrarent.

Insuper dum in Japonia Insula Franciscus Christi fidem prædicaret, accesserat ad eum mercator quidam à multis annis cæcus, petens ut sibi à Deo, ut videret, impetraret: Franciscus, recitato super eum Evangelio, signum Crucis oculis ejus impresserat, qui eodem temporis momento lucem amissam recuperaverat. Postero verò die, reversus ad eum cum uxore ac universa familia, genibus advolutus gratias agens, & Christianam fidem professus, ad baptismi gratiam unà cum suis omnibus pervenerat.

Exierat autem tam illustri miraculi fama per omnem terram illam: ac multi stratis Idolis suis conversi erant ad verum Deum, & Jesum Christum Filium ejus. Cumque Servus Dei ad Sinas in magna navi, qua quingenti vehebantur, navigaret, cessaverant adeo venti, ut quatuordecim diebus navis eodem loco hæssisset immota. Cùmque inter cæteras difficultates, aquæ penuria valde laboraretur, multique jam siti deficerent, vir Sanctus omnia navis vasa marina aqua impleri iusserat, fufisque instanter ad Deum precibus, super ea signum Crucis fecerat: ac repente aqua illa salsa, dulcis salubrifque effecta erat. Quo miraculo plures, qui in navi erant, infideles crediderant in Deum: quin etiam aquæ illius, quæ abundè superfuera, potu plurimi per multas Indiarum Provincias variis, quibus vexabantur, morbis sanati fuerant.

Ad eandem Sinas contendens, cùm sævissima orta tempestate, omnes de se actum esse existimarent, & gubernator navis, ne repentiniæ vis procellæ scapham auferret, validis eam rudentibus ad onerariam alligari iussisset, non multo post abruptis retinaculis, scapham tempestas abstulerat tanto impetu, ut penè temporis momento omnium conspectum effugisset, & pro ut quisque cognatos, & necessarios in scapha habebat, certatim eorum casum deplorare cœperant. Franciscus ergo universos collacrymantes bonum eos habere animum iusserat, ac prædixerat, fore ut autem

B 3

tiduum

viduum filia remoret ad matrem: significans, scapham ad onerariam redituram: prout, Deo dante, apparere visa fuerat, & rectè ad onerariam tendere, & sponte ad illius latus accedere, atque ita aptè se applicare, ut illi omnes, qui in ea erant, commodè excepti fuissent: quæ etiam in meditis fluctibus, nemine illam retinente, tandiu steterat, quod religaretur ad navim, ætonitis omnibus extrinaculo remanentibus.

Ad Molochas Insulas etiam Franciscus advenerat, ubi magno spiritus fervore Verbum Dei primus annuntiabat, atque in Urbe Tolo viginti quinque millia hominum baptizaverat: qui cum suavis Tyranni ejusdem Christi fidem deseruissent, Ecclesiam solo æquassent, Cruces, Sanctorumque imagines confregissent, & concutassent; Franciscus æelum Domini zelatus, viginti Lusitanos, ac quadringentos circiter indigetis ad ultionem tanti sceleris incitaverat: eoque duce ac victoriæ sponse, tam pauca militum manus adversus Urbem munitissimam, Christo rebellem expeditionem aggrediebatur: sed cum prope Urbem pervenissent, substitit Vir Dei, ac orationi se dederat: statimque vicinus mons magnum emisit incendium, adeoque ingentem cineris, ac pumicum vim eructaverat, ut Urbis atque arcis, quæ in edito sita erat, muros æquasset: horribilisque propterea terræ motus totam Urbem concussit, plurimasque domos subverterat: quibus malis exterriti incolæ, deserta urbe, in proximas silvas confugerant: urbs itaque à Francisci militibus facilè capta erat: cives verò ad ejus pedes prostrati, acceptaque salutari poenitentia, delicti veniam impetrarunt.

Ulterius, cum inter easdem Insulas Franciscus navigaret, ac sævissima orta esset maris tempestas, ad eam sedandam, Crucifixi imaginem, quam collo appositam gestare solebat, undis immiserat: quæ vi procellæ à manibus excussa, in profundum maris, non sine magno ejus mœnore, delapsa erat: sed lætificaverat Dominus animam servi sui: nam cum ad terram applicuisset, ac secus litus iter faceret, marinus Cancer ex undis subito prosiluerat: atque ante pedes ipsius steterat, eandem Crucem moribus elevatam gerens: & Franciscus in genua provolutus eam devotè susceperat, ac diuturna oratione ob tam egregium munus Deo gratias egerat.

Propheticè etiam spiritu Deus Servum suum, quem in lucem Gentium dederat, illuminaverat: atque adeo insigne domum plurimis manifestaverat exemplis. Atque inter cætera, cum Aceni populi, inter quos etiam Turcæ erant multi, sexaginta navium classe vecti, Christianorum naves concremasset, ac multos crudelissimis suppliciis affectos enecasset, ducenti ac triginta milites in octo naves distributi, Francisco suadent, ac in nomine Domini exercituum victoriam promittente, classem Barbarorum insecuti erant: transactoque jam mense, cum nullus ab ipsis nuntius adveniret, consternatis omnibus, jamque de civium suorum salute desperantibus, Franciscus in ipsa conflictus hora classium congressum, ac insignem Christianorum victoriam, haud secus ac si præsens esset, in concione narraverat: ac diem quo tantæ rei nuntius adventurus esset, prædixerat. Quæ omnia cum ingenti omnium admiratione, eo ipso quod designaverat tempore, certis nuntiis approbata fuerant.

Cumque duæ naves eodem tempore è portu solvisent, prædixerat Franciscus, suborta magna maris tempestate, alteram naufragium passuram, alteram verò (& in hac ipse reperiebatur) extra omne maris periculum in navali dissolvendam: quam prædictionem utriusque exitus comprobaverat, cum alterius fragmenta non multo post conspecta fuissent, altera verò, multis turè peractis itineribus, cum publicato vaticinio, Sancti Patris navis vocaretur, ac ubicumque appelleret cum plausu exciperetur, demùm post multos annos in navali ut reficeretur subducta, sponte cortuærat.

Grassante quoque pestilentia in Lusitanorum ac Hispanorum classibus, quæ ad Ambroinam Insulam appulerat, cum Sanctus vir ægrotis de more ministraret, à Joanne de Araußio, ut vinum sibi ad eorum usum

elargiretur, petierat: quod Araußius gravatim, vitæ ne sibi decisset, miserat: quem Dei servus admoverat, ut in charitatis operibus largior esse veller: brevi etenim fore, ut vita defungeretur, ejusque omnia bona in usus pauperum cederent. Cumque post non multum temporis spatium ad Ternatem Insulam, quæ ducentis amplius milliaribus à loco distabat, adventasset, ac Missæ sacrificium celebraret, versus ad populum, Orate (dixerat) pro anima Joannis de Araußio, qui modò exspiravit. Stupentibus omnibus, post duodecimum diem supervenerat qui visionem Sancti viri verissimam fuisse, nuntiata Araußii morte declaraverat.

Mercatori cuidam Meliapore discessuro, ac manuculum aliquod, tanquam benevolentie signum, à se postulanti, Servus Dei Beatæ Mariæ Virginis Coronam precariam à collo detractam elargitus erat: affirmans fore, ut quandò illam perire se haberet, ab omni maris periculo incolumis esset evasurus. A portu itaque mercator solvens naufragium fecerat: cumque in tabulata ex lignis raptim composita, cum nonnullis aliis veſtoribus exiliisset, & in alto mari, alienato à sensibus animo, visus esset sibi cum ipso servo Dei Francisco in eo loco, in quo coronam precariam prædictam acceperat, colloqui, quinto demum die, ex quo desilierat in illa tabulata, ab ea animi ecstasi, velut ab alto somno experrectus, cum neque tabulata, neque socii unquam compa-ruissent, in littore Nagapatani propè Meliaporem sal- vum & incolumem se repererat.

Petro Vellio autem, qui summa voluntate in quodam charitatis opus pecuniam Viro Dei elargitus fuerat, promiserat fore, ut nunquam ei necessaria decissent, ac mortis horam divinitus præcognosceret, quorum utrumque acciderat. Nam quamvis Petrus maxima perpeſsus esset rei familiaris detrimenta, semper tamen ab omnibus summam liberalitatem expertus erat: ac transactis demùm multis annis, revelata sibi mortis hora, se in Ecclesia in feretro composuerat: auditaque Missa, ac precibus, quas pro animæ suæ salute recitari jussit, ibidem statim in pace obdormivit.

§. 4. Demum Vir Dei, consummato feliciter peregrinationis suæ cursu, fama sanctitatis clarus, & bonis operibus plenus, cum ei benedictionem Patriarchæ Abraham: Dominus spiritualiter elargitus esset, ut multarum gentium pater efficeretur, & filios, quos Christo Jesu genuerat, super Stellas Cæli, & super arenam, quæ est in littore maris, multiplicatos videret, & ex eis plurimos proprio sanguine laureatos ad Cælestia Regna præmisset; Orientalium Indiarum Apostolus ab universis Indiæ Regnis, totoque Christiano Orbe appellatus, dum aditum Evangelio in vastissimo Sinarum Imperio quærebatur assiduis laboribus, quos ultra humanas vires pro gloria Dei toleraverat, contractus, in Insula propè Sinas, die 2. Decembris Anni Domini millesimi quingentesimi quinquagesimi secundi ad cælestem gloriam, perpetuò cum Deo regnaturus, evolaverat. Defuncti corpus viva calce perfusum, ut ex ea carne ossa in Indiam exportarentur, inclusumque arca lignea sepultum fuerat: quod post quatuor menses effossum, ita recens ac tractabile, vestimentisque adeo integris, ac si nuper esset tumulatum, repertum extiterat. Et quamvis nullo odoramentorum genere curatum fuisset, divino tamen munere eam odorum fragrantiam spirabat, ut esset super omnia aromata. Calce itaque rursus injecta, Malacam, quæ in Orientali India Urbs est celeberrima, delatum extiterat. In qua cum sævissima pestis plurimos quotidie conficeret, ingenti beneficentia adventum ejus Deus insigniverat. Nam, sacro corpore in Urbem illato, adeo omnis contagio desierat, ut ea deinceps nullus omninò correptus fuisset. Arca itaque rursus aperta, integrum sicut antea, eandemque odoris suavitatem diffundens sepertum etiam fuerat. Cùmque in novo loculo conderetur, ex humero, ob arcule brevitatem paulum compresso recens sanguis effluerat. Non demum post obitum mense, sepulchro iterum patefacto, rursus ut antea divina virtute à corruptione immune, ac cælestibus perfusum aromatis inventum, velo quo facies ejus operata fuerat, ob ingestæ terræ pop-
dus

*Demique ho-
nu operibus
plenus, ac
sanctitate
clarus migravit
in Insula
propè Sinas
die 2. Dec.
1552. Et post
obitum etiam
opus sanctissimum
Dominus
miraculis plur-
imis, ut hæc
declaretur.
Ejusque cor-
pus ad variis
locis delatum,
postremò Goa
conditum fuit
in Ecclesia
Societatis
Jesu.*

duo recenti cruore consperso. Nova itaque arca, sericea, aurumque veste contecta, pretiosissimum pignus inclusum in laetis ad Coccini portum delatum erat, confluentibus undique ad honorandum communis in Christo Jesu parentis corpus, plurimis earum gentium populis. Inde Goam insigni celebritate translatum, à Prorege, ac omnibus Civium ordinibus maxima frequentia ac devotione exceptum, & in Ecclesia Societatis Jesu, ut populorum devotioni satisficeret, validis cancellis inclusum, omnium oculis per fissuram expositum remanserat, ejusdemque Proregis jussu ab insigni Medico, deindeque Vicario Goano, visitatum ac pertentatum, omni ex parte incorruptum, integris etiam intestinis, compertum fuerat: manante etiam ex parvo inflicto vulnere recenti cruore.

Quo tempore, cum mulier quaedam affectu devotionis incitata, specie osculantis, pedis digitum, ut illum absunderet, morsu apprehendisset, statim sanguis effluerat. Sed Altissimi benignitas non his modò mirabilibus Sanctum suum in conspectu omnium populorum mirificaverat; sed omni tempore ingentia præstabat beneficia his, qui ejus intercessionem fideliter implorabant, ut plurimis exemplis, præsertim verò infra inferis, manifestum erat.

Puer quidam Goæ natus, qui utrumque pedem à nativitate adeo aridum, & crura sicca habebat, ut illis non posset insistere, sed manibus reptare cogere, ad servi Dei sepulchrum ab educatrice perductus, singulis novem diebus visitare staturat. Cùmque votum cepisset adimplere, tertia jam die, qua sepulchrum visitabat, puer in ejus gremio existens, repente ferream sepulchri cratem manibus apprehendens, suis stare pedibus, & ambulare cœperat, & statim omnino sanus evaserat: & intra novem dies, quos præmiserat, crura carne repleta fuerunt: & sic semper valens & sanus deinde viveret.

Cottæ, Indiæ Orientalis Civitate, unius mensis infans mortuus ad sepulturam curatus erat. Voverant itaque cum ingenti fide parentes, se insigni donum, si puer reviveret, sepulchro servi Dei oblaturus, ac Francisci nomen ei impositurus. Repente infans aperire oculos, brachia pedesque movere, ac vagire cœperat: ac paulo post, non vivum modo, sed & omnino sanum atque incolumem filium receperunt: redditiisque cum ingenti gaudio votis, tam insigni miraculum per totam illam regionem divulgant.

In eadem Urbe cæco cuidam Sanctus per quietem apparuerat, eumque moneret, ut ad Ecclesiam ejus visitandam, oculorum lumen ibi recepturus, pergere non differret. Paruerat fideliter homo: ac dum per novem dies ante Francisci imaginem orabat, repente discussa omni cæcitate caligine, sanatus erat, & perfecte viderat.

Quin etiam leprosus quidam in eodem loco magna fiducia ad Sancti intercessionem confugerat: proprioque corpore oleo lampadis, quæ ad ejus imaginem ardebat, peruncto, dum prostratus orabat, repente à lepra mundatus, atque omnino sanus effectus erat.

Eandem virtutem experta erat Francisca Rebelles, quæ à multo tempore sanguinis fluxum ac ventris tumorem cum ingenti dolore patiebatur. Lampadis enim ante ejus imaginem pendens identidem se oleo ungens, statim adeo perfecte convaluerat, ut nullas amplius eorum morborum sensisset reliquias.

Frequenter enim acciderat, ut lampades ad eandem servi Dei imaginem appensæ, aqua tantum benedicta infusæ, haud secus ac si oleo plenæ essent, arderent, lucerentque: stupentibus etiam infidelibus, quos ad tantæ rei miraculum conspiciendum, non sine magno Fidei nostræ incremento Christiani invitabant.

Cùm frustra omnes medicæ artis opes expertus esset Gundisalvus, Coccinensis Civitatis incola, ut inveterato cancri morbo, qui pectus ejus assiduis doloribus vexabat, mederetur, ad divinam opem conversus, Omnipotentis Dei misericordiam, ut se Beati Francisci meritis sanum faceret, imploraverat. Imaginem igitur ejus ære excusam ulceri applicaverat:

todemque momento ab omni plaga incolumis evaserat.

Ejusdem Urbis Civis Emmanuël Rodriques pedes habebat ulceribus plenos, ac ob nervorum contractionem adeo debiles, ut illis insistere non valeret: quibus malis & gravis & periculosa dysenteria accesserat. Medici itaque de ejus vita dissidentibus, cùm ad intercessionem famuli Dei Francisci æger confugisset, eadem imagine corpus suum in formam Crucis signaverat; & aquam, in qua eadem mersa fuerat, ebiberat: talemque divinæ virtutis senserat effectum, ut intra tridui tempus ab omnibus morbis incolumis integram consequutus fuisset sanitatem.

Ejusdemmet servi Dei imaginis præsentem agnovit virtutem Maria Diaz: septem etenim annis cæcitate ac paralytim perpeffa, signum Crucis debilitatis membris impresserat, eaque ejusdem imaginis immersione aqua sanctificata laverat: necdum septem præterierant dies, cùm oculorum lumen, ac totius corporis cælesti dono acceperat incolumitatem.

§. 5. Hincque factum erat, ut cùm tot tantisque signis servum suum Omnipotens Deus in brachio excelso clarificaret, & per universum jam terrarum Orbem tot mirabilium præconia longè lateque diffunderentur, ac propterea non solum Christi fidelium erga ipsum devotio magna susciperet incrementa, sed multorum etiam Infidelium corda ad cognoscendum Deum & Dominum nostrum Jesum Christum illuminarentur, Joannes Lusitaniz Rex prædictus, zelo devotionis accensus institerat, ut à diversis locorum Ordinariis super ejus sanctitate & miraculis processus fierent. Qui cùm diligenter munus suum explevisset, ac procedentibus temporibus omnia acta ad hanc Sanctam Sedem transmissa fuissent, recordens memoriæ Paulus Papa V. etiam prædecessor noster, tunc suus, instante pro servi Dei canonizatione etiam claræ memoriæ Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, deputavit bonæ memoriæ Horatium Lancellottum tunc Rotæ Auditorem: eoque ad Cardinalatus honorem sublimato, dilectum filium Magistrum Joannem Baptistam Coccinum ejusdem Rotæ Decanum, & pariter bonæ memoriæ Franciscum Sacratum, tunc Archiepiscopum Damascenum, & Auditoris Rotæ Locumtenentem, ac deinde S.R.E. Cardinalem: qui & antiquos processus examinarant, & novos auctoritate Apostolica faciendos, quatenus ipsis videretur, decernerent, atque omnia eidem Paulo prædecessori unà cum eorum sententia referrent. Qui literas remissoriales ad diversos Prælatos, in Hispaniarum, Lusitaniz, ac Indiarum Regnis constitutos decreverant, atque ipsi interim in Curia novos testes examinarant. Cùmque prædicti Judices partibus suis perfuncti essent, eidem Auditoribus processus à se confectos transmissit. Qui omnibus summa cum maturitate per plurimum temporis spatium (ut negotii gravitas postulabat) consideratis ac perpensis, eidem Paulo prædecessori retulerant, juxta canonicarum sanctionum decreta abundè constare de vitæ sanctimonia, ac eximiiis virtutibus servi Dei Francisci; deque miraculis, quæ tam eo vivente, quàm post felicem ejus obitum, ejus meritis & intercessionibus, Deus Omnipotens operari dignatus erat: dignumque videri, si eidem placeret, ut in Sanctorum Confessorum Catalogo adscriberetur. Cùmque interim prædictus Paulus prædecessor humanitatis debitum persolvisset, & prædictus Gregorius prædecessor ad sacrum Apostolatus apicem divina providentia assumptus fuisset; ac pro parte charissimi in Christo filii nostri, tunc sui, Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici instanter requisitus esset, ut negotium hujusmodi promovere, ac ad ulteriora procedere dignaretur; accederentque aliorum Principum, ac Prælatorum, & totius Indiæ Cleri idem suppliciter expositum preces; prædictus Gregorius prædecessor, ut in re tam gravi ea, qua decebat, maturitate progredetur, prædictorum Auditorum relationem ad S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales sacris Ritibus Præfectos, ut rursus totum negotium quàm diligentissimè discuterent, remisit.

§. 6. Quod cùm illi accuratè perfecissent, ac pro

B 4 servi

*Diffusi tunc
dem per univ
versum Orbem
ejus miracu
lis, ac cruce
to erga ipsum
populorum de
votione, mul
tis præcipue
Philippus III.
Hispaniarum
Rex instabat
pro Canoniza
tione, pro
qua Paulus
V. & Greg.
XV. miracu
la, & alia ne
cessaria exa
minanda de
mandavit.*

*Relationibus
auditis, omnes
cesserant
esse canonice
sanctum.*

servi Dei canonizatione omnes unanimiter censuissent, bonæ memoriæ Franciscus Maria Episcopus Portuen. S. R. Cardinalis de Monte nuncupatus, totius processus summam, & suam, collegarumque sententiam coram dicto Gregorio Prædecessore, & Venerabilibus fratribus nostris, tunc suis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, in Consistorio suo secreto exposuit. Quibus auditis, reliqui Cardinales ad ulteriora fore procedendum communi suffragio pronuntiarunt. Igitur eum in publico Consistorio quondam Julius Zambeccarius, tunc Aulæ Consistorialis Advocatus, plurima de hujus servi Dei vita & virtutibus enarrasset, atque ejusdem Hispaniarum Regis Catholici preces pro eadem Canonizatione exposuisset, utque ad eam procedere dignaretur, humiliter supplicasset, dictus Gregorius prædecessor, prædicti Regis pietatem & Religionis zelum plurimum in Domino commendans, super re tanta eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, atque Episcopos in Romana Curia præsentibus consulendos esse respondit. Atque interim Cardinales & Episcopos prædictos intimo cordis sui affectu vehementer in Domino hortatus est, ut in omni humilitate & lacrymis, in jejunis, & elemosynis exposcerent ab eo, qui est via, & veritas, ut dirigere dignaretur gressus suos in semitis suis, ut ingrederetur in veritate sua, ut quod beneplacitum esset in conspectu ejus, intelligere ac perficere eo auxiliante valerent. Sequenti itaque semipublico Consistorio, ad quod non Cardinales modò, sed etiam Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos in Curia præsentibus convocari mandavit, præsentibusque etiam Sedis Apostolicæ Notariis, necnon Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, cum plurima de egregia viri Dei Francisci Xaverii vita ac miraculis enarrasset, quanta insignis hic Dei Servus pro nomine Domini nostri Jesu Christi pertulisset, quantoque cum proventu (Domino incrementum dante) per incognitas nationes verbum ejus disseminasset, exposuisset, commemoratis etiam instantiis, quæ coram dicto Gregorio prædecessore tum à Rege Catholico, tum ab aliis etiam Republicæ Christianæ Regibus, & Principibus fiebant, cum singulorum sententias requisisset, omnes uno ore benedicentes Deum, qui honorificantes se glorificat, Servum ejus Franciscum Xaverium canonizandum esse, atque inter SS. Confessores adscribendum censuerunt. Quorum omnium audito consensu, exultavit in Deo salutari nostro gratias agens ei, qui est gloria virtutis nostræ, in cujus beneplacito contra omnes adversarias potestates exaltatur cornu nostrum, qui Ecclesiam suam in diebus istis hoc lumine illustrare, ac novo patrocinio munire dignatus esset. Canonizationis itaque publicavit diem inscriptum, eisdemque Fratres, & Filios nostros paternam charitate monuit, ut bonis operibus inhzrentes, precarentur Deum misericordiarum, ut super eos sereno vultu respiceret, & eorum actiones ad voluntatem ejus perficiendam dirigere dignaretur.

Don. Greg. XV. SS. catalogo adponitur die 12. Martii.

§.7. Demum, peractis omnibus, quæ ex sacris constitutionibus, ac Romanæ Ecclesiæ consuetudine peragenda erant, quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno secundo, in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica, cum eisdem Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Romanæ Curie Prælati, Officialibus, Familiaribus suis, Clero seculari, & regulari, maximaque populi frequentia convenit. Ubi repetitis pro canonizationis decreto, nomine ejusdem charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, à dilecto filio nostro, tunc suo, Ludovico tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Cardinali Ludovico nuncupato, ejus secundum carnem nepote, per Julium Zambeccarium Advocatum prædictum petitionibus, decantatis sacris precibus, ac Litanis, & Spiritus Sancti gratia humiliter implorata, ad honorem Sanctissimæ & individue Trinitatis, Fidei Catholicæ exaltationem, & auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac sua, de eorundem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia præsentium consilio, ac unanimi

consensu, gloriosæ memoriæ Franciscum Xaverium, de cujus vitæ sanctitate, fidei sinceritate, ac miraculorum magnitudine ac frequentia plenè constabat, Sanctum esse definiuit: & in Sanctorum Confessorum Catalogo adscribendum esse decrevit, & adscripsit, illumque ab universis Christi fidelibus, tanquam verè Sanctum honorari, ac venerari mandavit.

§.8. Ac ut ab universali Ecclesia in ejus honorem Ecclesiæ, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari, & consecrari, & singulis annis die secunda Decembris, qua ad celestem gloriam vocatus est, ejus officium, ut de sancto Confessore, ad præscriptum Romani Breviarii celebrari posset, statuit.

§.9. Eadem auctoritate, omnibus Christi fidelibus verè poenitentibus & confessis, qui singulis annis eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum accederent, unum annum & unam quadragesimam, iis verò qui in ejusdem Festi octava, quadraginta dies de injunctis poenitentis misericorditer in Domino relaxavit.

§.10. Postremò, gratis Deo cum exultatione actis, quoddam Sanctum suum in conspectu omnium gentium honorificasset, ac tam insigni splendore Ecclesiam suam decorasset, cantata in sancti Francisci honorem solumni sanctorum Confessorum oratione, ad altare Principis Apostolorum Missam celebravit, cum ejusdem S. Confessoris commemoratione, omnibusque Christi fidelibus præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam largitus est.

§.11. Ne autem de definitione, decreto, adscriptione, mandato, statuto, relaxatione, aliisque præmissis (pro eo quod super illis ipsius Gregorii prædecessoris literæ, ejus superveniente obitu, confectæ non fuerunt) valeat quomodolibet hæsitari: Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod definitio, decretum, adscriptio, statutum, relaxatio, impartitio, aliæque præmissa, à dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorii prædecessoris literæ, sub Datum ejusdem diei confectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentibus literæ ad probandum plenè definitionem, decretum, adscriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, & alia præmissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius administrandum requiratur.

§.12. Cæterum quia difficile foret, præsentibus nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dar. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1623. Octavo Idus Augusti, Pont. nostri anno primo.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

In ejus honorem Ecclesiæ & Altaria adificari & consecrari, & die 2. Decembris officium recitari posse statuit.

Postremò Missam cum S. Francisci commemoratione celebravit, & Indulgentiam populo fuit largitus.

Ne autem de dicta Canonizatione possit hæsitari, eo quod non fuerint desuper expedita literæ Apostolicæ, prædictis cum his literis, & sigillum sortiri debere decernit, ac facta est die Canonizationis.

T. Ansumptis hujus constitutionis mandatis.

Sanctionemque præsentem addidit.

Dar. P. An. 1. die 6. Aug.

Papæ subscriptio.

Cardinalium subscriptio.

† Ego Dominicus tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Card. Gymnasium.

URBANUS OCTAVUS.

† Ego M. tit. Sanctorum Quirici, & Julitæ presb. Card. Lantes.

† Ego P. tit. SS. Nerei & Achillei presb. Card. Crescentius.

† Ego A. tit. S. Petri in Vincula presb. Cardin. Capponius.

† Ego G. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem presb. Cardin. Borgia.

† Ego Tib. tituli Sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Rob. tit. Sancti Alexii presb. Cardinalis Ubaldinus.

† Ego Julius tit. Sanctæ Sabine presbyter Cardinalis Sabellus.

† Ego Guido tituli Sanctæ Mariæ de Populo presbyter Card. Bentivolus.

† Ego Julius tit. S. Mariæ super Minervam presb. Card. Roma.

† Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis presb. Card. de Cremona.

† Ego Cosmus tit. Sancti Pancratii S. R. E. Card. de Torres.

† Ego C. S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Pins.

† Ego Hippolytus Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.

† Ego A. S. R. E. Diac. Card. de la Cueva.

V. Confirmatio Const. Pii V. & ejus Successorum de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, Terris & locis S. R. E.

Prædictorum Constitutiones omnes indicavi tibi supra præfati Pii Const. 35. tom. 2.

Urbanus, EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus ministerii cura, quam multitudine divitiarum sapientia & scientia Dei humilitate

tem nostram, nullo licet meritorum suffragio, gerere voluit, jugiter Nos admonet, ut in his præcipuam Apostolicæ servitutis sollicitudinem adhibeamus, per quæ temporalis S. R. E. ditionis conservationi consulitur, atque idem Nos, quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris providè sancita fuerunt, ea non solum ipsi inviolatè hanc ob causam curabimus custodire, sed etiam ab aliis perpetuè observari debere statuemus.

§. 1. Dudum siquidem à felicis recordationis Pio Papa V. prædecessore nostro literæ tenoris seq. emanarunt: Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regimini, &c.

§. 2. Quæ quidem constitutio veluti optima, & ad conservandam S. R. E. Jurisdictionem & dignitatem planè salutaris approbata, confirmata, & innovata fuit ab iis, qui eidem Pio V. successerunt, recolendæ memoriæ prædecessoribus nostris Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Innocentio IX. qui etiam de fratrum suorum tunc S. R. E. Cardd. consilio, & assensu declaravit, eadem Constitutione prohibitum fuisse, & prohiberi omnem & quancumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Sedi Apost. tam mediatè quàm immediatè subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam Civitates, Terræ, Oppida, & Loca prædicta devolvantur, ac omnem & quancumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis finitarum quorumcunque incorporatione, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure, cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta Constitutione contentis, Camera, & Sedi Apost. factam censuræ, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstitum, & præstandum de servanda ea Pii prædecessoris prædicti Constitutione per ipsum Innocentium, & successores suos Rom. Pont. ac prædictos S. R. E. Card. intelligatur de ipsa Pii V. prædecessoris Constitutione per eum ut supra declarata, & secundum hujusmodi declarationem, eandem Constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, & debere, sicuti etiam se servaturum esse promissit, ac sanctè & solemniter juravit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris, sub dat. pridie Non. Novemb. Pont. sui anno 1. expeditis literis latius continetur. Subinde verò à Clemente VIII. & novissimè à Paulo V. Romanis Pontificibus, & prædecessoribus nostris, juxta eandem Innocentii IX. declarationem confirmata, approbata, & innovata fuit.

§. 3. Quare Nos cum primùm ad Apost. dignitatis gradum divina providentia vocati sumus, id ipsum ad exequendum nostri Pastoralis officii debitum præcipue pertinere existimantes, præsertim Pii prædecessoris literas, ac omnia in eis contenta, etiam juxta declarationem prædictam per ipsum Innocentium prædecessorem factam, ac desuper confectarum literarum continentiam, & tenorem, quem pariter præsentibus haberi volumus pro expresso, ac ad verbum inserto, auctoritate Apost. tenore præsentium comprobamus, confirmamus, innovamus, easque firmiter, & inviolatè, ac juxta declarationem prædictam, Nos similiter servaturos esse promittimus, & juramus, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuè observari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum comprobationis, confirmationis, innovationis, promissionis, juramenti, præcepti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire.

§. 5. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1623. pridie Kal. Octobris, Pont. nostri anno primo.

Urbanus, EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus ministerii cura, quam multitudine divitiarum sapientia & scientia Dei humilitate

tem nostram, nullo licet meritorum suffragio, gerere voluit, jugiter Nos admonet, ut in his præcipuam Apostolicæ servitutis sollicitudinem adhibeamus, per quæ temporalis S. R. E. ditionis conservationi consulitur, atque idem Nos, quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris providè sancita fuerunt, ea non solum ipsi inviolatè hanc ob causam curabimus custodire, sed etiam ab aliis perpetuè observari debere statuemus.

§. 1. Dudum siquidem à felicis recordationis Pio Papa V. prædecessore nostro literæ tenoris seq. emanarunt: Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regimini, &c.

§. 2. Quæ quidem constitutio veluti optima, & ad conservandam S. R. E. Jurisdictionem & dignitatem planè salutaris approbata, confirmata, & innovata fuit ab iis, qui eidem Pio V. successerunt, recolendæ memoriæ prædecessoribus nostris Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Innocentio IX. qui etiam de fratrum suorum tunc S. R. E. Cardd. consilio, & assensu declaravit, eadem Constitutione prohibitum fuisse, & prohiberi omnem & quancumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Sedi Apost. tam mediatè quàm immediatè subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam Civitates, Terræ, Oppida, & Loca prædicta devolvantur, ac omnem & quancumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis finitarum quorumcunque incorporatione, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure, cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta Constitutione contentis, Camera, & Sedi Apost. factam censuræ, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstitum, & præstandum de servanda ea Pii prædecessoris prædicti Constitutione per ipsum Innocentium, & successores suos Rom. Pont. ac prædictos S. R. E. Card. intelligatur de ipsa Pii V. prædecessoris Constitutione per eum ut supra declarata, & secundum hujusmodi declarationem, eandem Constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, & debere, sicuti etiam se servaturum esse promissit, ac sanctè & solemniter juravit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris, sub dat. pridie Non. Novemb. Pont. sui anno 1. expeditis literis latius continetur. Subinde verò à Clemente VIII. & novissimè à Paulo V. Romanis Pontificibus, & prædecessoribus nostris, juxta eandem Innocentii IX. declarationem confirmata, approbata, & innovata fuit.

§. 3. Quare Nos cum primùm ad Apost. dignitatis gradum divina providentia vocati sumus, id ipsum ad exequendum nostri Pastoralis officii debitum præcipue pertinere existimantes, præsertim Pii prædecessoris literas, ac omnia in eis contenta, etiam juxta declarationem prædictam per ipsum Innocentium prædecessorem factam, ac desuper confectarum literarum continentiam, & tenorem, quem pariter præsentibus haberi volumus pro expresso, ac ad verbum inserto, auctoritate Apost. tenore præsentium comprobamus, confirmamus, innovamus, easque firmiter, & inviolatè, ac juxta declarationem prædictam, Nos similiter servaturos esse promittimus, & juramus, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuè observari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum comprobationis, confirmationis, innovationis, promissionis, juramenti, præcepti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire.

§. 5. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1623. pridie Kal. Octobris, Pont. nostri anno primo.

Urbanus, EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus ministerii cura, quam multitudine divitiarum sapientia & scientia Dei humilitate

Pius V. legem statuit, de qua in ipsius Const. 35. tom. 2.

Successores Pii V. eam confirmarunt & ampliarunt.

Hic videtur de Pii V. Const. 35. tom. 2. de defensione præsentium, ad iuras.

Sanctiorem penam apponit.

Contrariis derogat.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1623. pridie Kal. Octobris, Pont. nostri anno primo.

VI. Confirmatio translationis Jurium super hereditate Ioannis Pizzuli, factae per Fratres Conventus S. Andreae de Fratribus de Urbe Ordinis Minimorum S. Fr. de Paula, Fratribus Collegii ejusdem Ordinis Nationis Calabrensis, nuper per d. Ioannem in Regione Montium de Urbe institutus. Ac demandatio, quod praefatum Collegium cum suis bonis, perpetuis futuris temporibus a Religiosis dicti Ordinis ex Provincia Calabriae tantum, & non ab aliis ex quacumque alia Provincia, & Natione gubernetur, & administretur.

De his Fratribus multa tibi notavi ad const. 5. Sixti IV. Sedes, sup. tom. 1. necnon ad Pauli V. const. 117. Admonemur, hic sup. In qua eisdem ambiguum omnino prohibuit: & vide etiam infra ad const. 17. Ut ea, ubi alia plura tibi indicabo.

Edicta An. D. 1623. URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Dilecto filio nostro in Urbe, ejusque dist. Vicario in Spiritualibus generali, salutem, & Apostolicam benedictionem.

EX injuncto Nobis desuper Apost. servitutis officio his quae pro religiosorum locorum quorumlibet, praefertim Juventuti Religionem ingredi, ac literarum humanarum, & divinarum studiis incumbere animum habenti destinatum commoditati, & felicitati directione, praevio superiorum examine, ac alijs providè facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, libenter cum a Nobis petitur, etiam voluntates testantium, ac bona sua ad id erogantium commutando, Apost. mandamus adjuvandum.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Jo. Baptistae à S. Agatha, & Francisci de Spezzano, ac Dionysii de Paula, & Vincentii de Cusentia, necnon Laurentii etiam de Spezzano, ac Michaelis à Regina, & Antonii de Morano Ordinis Minimorum nuncupatorum Fratrum Ordinis S. Fr. de Paula expressè professorum petitio continebat, quod cum alijs tunc in humanis agens Joannes Pizzullus presbyter ex oppido Bisignanen. diocesis oriundus, Almae Urbis Incola, & Civis, dum vixit effectus, volens de bonis sibi à Deo collatis vita adhuc sibi comite pie disponere, perpetuumque suae erga Sanctum Franciscum de Paula singularissimae devotionis monumentum relinquere, in suo ultimo, quod condidit, & sub cujus dispositione decessit ab humanis testamento, in omnibus, & singulis bonis suis mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus, juribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque praesentibus, & futuris, ac quomodolibet nuncupatis & qualificatis, ubicumque existentibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, haeredes suos universales dilectos filios Fratres domus regularis S. Andreae de Fratribus nuncupatae de Urbe ejusdem Ordinis.

§. 2. Ea tamen lege, & conditione, ut ad minimum summa sex millium scutorum monetæ in emptionem cujusdam sibi seu fundi, aut praedii in Urbe praedicta per eos impenderetur, Ecclesiaeque in illo seu illa sub invocatione S. Fr. de Paula, unà cum Hospitio, seu Collegio in quo Fratres dicti Ordinis Nationis Citerioris Calabriae studiorum gratia recipi, & admitti possent.

§. 3. Ac omnibus ad victum, & studiorum suorum prosecutionem necessariis & opportunis ex reliquis dictae hereditatis bonis, & facultatibus commodè instrui deberent, extrueretur, & edificaretur.

§. 4. Necnon proprietates hereditatis hujusmodi in censuum annuorum, aut bonorum stabilium, tutorum & seccorum, sive etiam locorum montium non vacabilium emptionem, ad electionem Patris Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis, aut ejus Vicarii, & cum consensu suorum executorum testamentariorum, aut saltem majoris partis illorum investiretur.

§. 5. Et sic investitura perpetua, absque aliqua bonorum sic emptorum hujusmodi in toto vel in parte alienatione conservaretur.

§. 6. Ex fructibusque exinde provenientius tot fratres studentes Ordinis praedicti, qui praecipue sacrae Theologiae studio incumbere deberent, juxta fructuum, & reddituum hujusmodi quantitatem proportionabiliter alerentur, & manerentur, & sub alijs certis conditionibus licitis, & honestis, vinculis, & oneribus tunc expressis instituerentur.

§. 7. Ac deinde volens ipse testator, & dum adhuc vita frueretur, pro tutiori, & certiori proposito sui hujusmodi complemento manum operi per se ipsum adhibere, quoddam Palatium Romae in Regione Montium, & Platea S. Petri ad Vincula situm, per ipsum à dilecto filio nobili viro Joanne Georgio Casarino Duce emptum, unà cum mansionibus, ac etiam sphaeristerio, seu ludo pilae, aliisque stantiis posterioribus eidem Palatio propinquis, necnon cum viridariis, membris, & pertinentiis illius universis, exceptis tamen quodam parvo viridario sito in calce Montis ejusdem S. Petri ad Vincula, & casaleno contiguo ad usum caprarum hodie destinato, duabusque alijs stantiis terracis, etiam contiguis, cum stabulis existentibus in via S. Pantaleonis, à dilecto etiam filio Laurentio Bonincontro per ipsum testatorem irrevocabiliter donatis dicto Ordini, & pro eo Jo. Baptistae, & Francisci Fratribus professis praedictis ad effectum inibi Ecclesiam & Collegium hujusmodi construi faciendi, amore Dei, & ob singularem suam erga ipsum S. Franciscum de Paula, illiusque Ordinem praedictum observantiam, & devotionem, ac pro praedictae suae voluntatis executione irrevocabiliter, & inter vivos perpetua donasset.

§. 8. Cum onere, & pacto inter caetera, quod dictum Palatium, etiam ipso donatore vivente reduci, & destinari deberet ad usum Collegii, seu Monasterii pro concedenti mansionem, studio, & habitatione Fratrum ejusdem Ordinis, Theologiae studiis operam dantium Nationis Citerioris Calabriae hujusmodi.

§. 9. Et in ipso Collegio, seu monasterio semper commorari possent, & debeant Joan. Baptistae, & Francisci, necnon Dionysius, & Vincentius praesentes, omnesque alii Fratres ejusdem Ordinis ex dicto oppido Reginae orti, & oriundi respectivè, donec, & quousque viverent, sub poena nullitatis, & revocationis dictae donationis, ac poenis, & caducitatibus in dicto testamento contentis, in reliquis verò modo, & forma, ac sub eisdem conditionibus, vinculis, oneribus, & caducitatibus in eodem testamento expressis, prout in publicis desuper respectivè confectis instrumentis plenius dicitur contineri.

§. 10. Et consequenter idem donator, & testator respectivè Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, & Vincentium praedictos, necnon Laurentium à Spezzano, ac Michaelis, & Paulum, ac Joannem, & Antonium praedictos, dictaeque suae patriae, ac Citerioris Calabriae hujusmodi oriundos in actualem, & corporalem possessionem dicti Palatii, viridariorumque & pertinentiarum praedictarum introduxisset.

§. 11. Ipsique sic introduci per modum provisionis, ac superiorum auctoritate templum, vel capellam, seu oratorium sub invocatione ejusdem S. Francisci in certa parte ejusdem Palatii aperuissent, & clausuram conventus appellassent, ordinationem ipsius donationis successivè exactius ad effectum perduci.

§. 12. Atque interea testator praedictus, sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus, Fratres d. domus S. Andreae haeredes, ut praemittitur, instituti, maturè considerantes praedictum testatorem Nationis suae Religiosos ex dicto eorum ordine existentes Ecclesia, Collegioque, seu Monasterio hujusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum usum, & utilitatem destinasse, & consequenter onera diversa sic, & bonorum administrationem eis demandare in mente forsan habuisse, praedictumque Joannem Baptistam dicti Collegii Vicarium deputatum, & pro tempore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictae hereditatis administratores, eosque qui dicti testatoris voluntatem, & ordinationem melius, & efficacius ad unguem observent, & observari

Insuper aliam ordinationem in toto vel parte prohibuit. Et ex fructibus dictae hereditatis tot Fratres Theologiae studentes juxta redditionem quantitatem manerenti pariter volumus. Drinde ipse Testator vivens emisit quoddam Palatium in Regione Montium, & in platea S. Petri ad Vincula, cum suis pertinentiis illudque ad effectum praedictorum ad Fratres irrevocabiliter donavit.

Cum onere & pacto ut adhuc ipso vivente deberet reduci ad usum d. Collegii, &c. In quo manente vult Fratres hic nominatos, & alios in defectu eorum, ut hic, sub poena nullitatis. Etque in actuali, & corporalem d. Palatii, ac pertinentiarum introduxit possessionem. Qui sic introducti Templum iuxta donationis ordinationem aperuerunt, aliisque ad effectum perduci. Testatore autem mortuo, fratres S. Andreae ex causis hic expressis omnia bona, jura, actiones, onera, & poenas dictae hereditatis Fratribus nunciis Collegii, ac Jo. Baptistae illius Vicario deputato conferunt, & ac demandaverunt, de auctoritate Generalis Collegii, Praelectoris Ordinis, ac Sedis Apostolice benedictione, cum facultate ipsam hereditatem administrari.

Joannes Pizzullus vivens, in omnibus suis bonis nuncupatis hereditatis, Fratres Conventus S. Andreae de Fratribus de Urbe Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

Ordinando suam suam sibi fructus ad usum in emptionem aliis cupis fundis in Urbe in quo dicitur libere constutandum & in collegio in quo fratres d. Ordinis Nationis Calabriae studiorum gratia recipi, & admitti possent.

URBANUS OCTAVUS.

di gubernandi, &c. qua omnia a d. Vicario, & Fratribus accepta fuerunt, & in super confecta instrumeta publica.

observari faciant, fore perspicientes, de dilectorum filiorum modesti Generalis, illiusque Collegarum assensu, ac cum interventu, & presentia tam dictorum Collegarum, quam etiam dilecti filii Hippolyti tituli Sanctae Mariae Novae Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, dicti Ordinis Protectoris, sive eius Auditoris, ac sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito acceptatam per eosdem dicti testatoris hereditatem, omnique commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictae domus Sancti Andreae iura, & actiones quaecumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, & competentia, ac competitura, cum omnibus, & singulis vinculis, oneribus, & honoribus, pactis, conditionibus, & poenis in dicto testamento contentis, & Joannem Baptistam Vicarium praedictum praesentem, ac pro se, & successoribus suis, dictoque Collegio, & Monasterio, illiusque Religiosis acceptantem, & pro tempore futurum dicti Collegii, seu Monasterii Superiorem, ac illius Collegiales, sive Religiosos pro tempore existentes transfulerunt, eisque cesserunt, & mandarunt, constituentes pro tempore eisdem Joan. Baptistam, & futuros dicti Collegii, seu Monasterii Superiores, ac Collegiales, sive Religiosos veros, & proprios Administratores, Procuratores generales, Gestores, & agentes totius dictae hereditatis, cum facultate, & auctoritate illam regendi, & gubernandi, regique, gubernari, & administrari faciendi, ac Conventum, Ecclesiam & Monasterium erigendi, & fabricandi, aliaque omnia, & singula faciendi, & adimplendi, ad quae ex dispositione testamenti, & donationis praedictorum quomodolibet tenebuntur, & aliis prout in alio publico desuper confecto instrumento similiter dicitur contineri.

Modo Frates d. Collegii supplicavit Pont. ut ea omnia, quae acta sunt, roborate, & confirmare digne.

§. 13. Cum autem, sicut eadem petitio subungebat, firmiora sint ea, quae a Sede praedicta approbantur, & confirmantur, pro parte Joannis Baptistae, & Francisci, ac Dionysii, & Vincentii, necnon Laurentii de Spezzano, ac Michaelis, & Pauli, ac Joannis, & Antonii praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus translationem, & concessionem, ac mandatum huiusmodi, nostro, & Sedis praedictae munimine roborare, aliasque eis in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

Qui mandat praedicti Card. Vicario, ut omnia praedicta, quae in huiusmodi litteris, & Canonibus, & Conciliis, non revocantur, & confirmare digne.

§. 14. Nos igitur certam de praemissis notitiam non habentes, ipsosque Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, & Vincentium, necnon Laurentium de Spezzano, Michaelis, & Paulum, ac Joannem, & Antonium praedictos, ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes necnon instrumenti, ac singulorum testamentorum tenores etiam veriores, ac datas praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, circumspeditione tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocati qui fuerint vocandi, translationem, & cessionem, ac ultimum dictum mandatum huiusmodi, necnon instrumentum desuper, ut praemittitur, confectum, & tam praemissa quam alia omnia, & singula, licita tamen, & honesta, ac sacris canonibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, maximeque sacri Concilii Tridentini decretis non contraria, in illo contenta, cum omnibus, & singulis inde legitime secutis, & sequendis, Apostolica auctoritate perpetuo approbes, & confirmes, illisque perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicias.

Supplicavit quomodolibet desuper interveniens.

§. 15. Ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti, etiam solemnitate de Jure, usu, consuetudine, aut aliis quomodolibet requisitarum, & necessariarum, ac quovis alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interveniant, in eisdem supplies.

Eaque omnia ab eis ad quos spectant, observari facias.

§. 16. Necnon translationem, cessionem, & mandatum huiusmodi perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, suoque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere, ac tam à Fratribus dictae domus Sancti Andreae, quam à Generali & Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis, aliisque universis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum, perpetuo fir-

miter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, ab illisque, & ultimò dicto instrumento desuper confecto, nullo unquam tempore, quovis praetextu, colore, vel ingenio resiliiri, vel recedi posse.

Clausula irritantis.

§. 17. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici, Auditores iudicari, & definiiri debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas.

Clausula rogativa.

§. 18. Non obstantibus Testatoris voluntate, quam quoad praemissa, quatenus opus sit, illa alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse commutamus, aliisque praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictae domus Sancti Andreae, ipsiusque Ordinis, quatenus in aliquo obstent, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1623. 15. Kal. Novemb. Pontific. nostri Anno 1.

Dat. P. A. 11 die 15. Oct.

Sequitur prohibitio, quod praedictum Collegium administrari, illiusque officia tam honoris, quam oneris, ab aliis, quam Fratribus huius Ordinis Provincia Calabriae perpetuis futuris temporibus exerceri nequeant.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator.

Inter caetera cordis nostri desiderabilia, ea quoque ex debito pastoralis officii nobis humeris, licet imparibus, divina dumtaxat dispositione impositi, non modicè Nos urget cura, ut inter Christi fideles quolibet, praesertim religiosas personas, sub suavi unius, & ejusdem instaurati jugo, & charitatis vexillo Altissimo famulantes, praeculso discordiarum, & zizaniarum inimici hominis seminatorum aditu, pax & concordia vigeant, piorum testamentium voluntates adimpleantur, & inviolabiliter observentur, ac regularium loca ad divinum cultum propagandum, & ignorantiae caliginem discutendam, sacraeque paginae doctrinam, qua mediante uberiores in vinea dextra Domini plantata, fructus colligi, & animarum salus procurari possit, adipiscendam, liberè destinata sunt, promoveantur, & propterea quae successu temporis aliquid contra desideriorum nostrorum huiusmodi dispositionem ausu temerario fieri, vel attentari contingat, sacri Apostolatus officii nostri partes interponimus, ac alias ultra disponimus, prout rerum, temporum, locorum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino validius expedire.

Referunt ibi nos dispositio- nem testame- mentaria tota- nis P. A. 11. quae his det- urid Paragra- phis distri- que su- sum censur- to quia si ea- dem cum pra- infirma e-ri- Assolutio.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, quondam Joannes Pizzullus presbyter, dum vixit, Calaber ex oppido Reginae, Bituntinae, diocesis oriundus, Urbis tamen incolae, & civis, pio charitatis affectu, & spirituali erga Nationem Citerioris Calabriae benevolentia, & amore ductus, in ultimo per eum condito, sub cuius dispositione ab humanis decessit, testamento, in omnibus suis mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus bonis, juribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, dilectos filios Correctorem & Fratres, seu Conventum domus regularis Sancti Andreae de Frattis nuncupati de Urbe, Ordinis Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula haeredes suos universales instituerit, & inter caetera ordinaverit, quod summa sex mille scutorum monetæ ad minus in emptionem alicujus fundi in praedicta Urbe per dictos Correctorem, & Fratres, seu Conventum impendi, & in ipso fundo Ecclesiam sub invocatione ejusdem Sancti Francisci de Paula, cujus Hospitio, seu Collegio extrui, ac in eodem Hospitio, seu Collegio Frates Ordinis, & Nationis praedictorum, studiorum causa recipi, & commorari, illisque de victu, & aliis ad studiorum prosecutionem necessariis provideri, & ad eum effectum, ac pro servitio, & usu solum dictorum Fratrum Studentium, omnes alii redditus hereditatis suae erogari, & conventi deberent,

ac omnem bonorum dictarum hereditatis in toto, vel in parte alienationem, ex quacunque etiam urgentissima causa prohibuerit, volens quod bona huiusmodi semper ad effectum, ut ex fructibus inde pro tempore provenientes in dicto Hospitio, seu Collegio Fratres Studentes Ordinis, & Nationis huiusmodi manuteneri, & ali possint, & debeant, conservarentur, quodque numerus ipsorum Fratrum fructibus huiusmodi, & expensis pro eorum manutentione necessariis, ad arbitrium Cardinalis Protectoris Ordinis, & executorum testamenti huiusmodi pro tempore existentium corresponderet, seu proportionatum esset, necnon inter ipsos Fratres Studentes, eos qui quovis modo domum maternam dicti testatoris, videlicet illorum de Grilli, etiam usque ad quartum gradum exclusivè consanguinitate attigerint, & deinde eos, qui ex dicto oppido oriundi forent, ac successivè illos, qui ex Provincia Calabria Citerioris, & ultimè, si aliqua loca superessent, eos qui ex provincia Ulterioris Calabriae orti existerent, in ipso Hospitio, seu Collegio præferri, & in eventum, in quem dicti hæredes, vel Fratres dicti Hospitii, seu Collegii pro tempore existentes, hereditatem huiusmodi, cum conditionibus prædictis, & aliis oneribus per ipsum testatorem injunctis acceptare, vel ea acceptata, conditiones, ac onera huiusmodi adimplere nollent, aut etiam pro una vice in quavis, etiam quantumvis minima parte dispositionem testamentariam huiusmodi transgrederentur, tunc & eo casu etiam voluerit, & mandaverit, ut omni commodo, & beneficio hereditatis prædictæ privati remaneret, in eoque Fratres Congregationis, Colloreti nuncupatæ, sub regula, & habitu S. Augustini militantes, & in provincia Calabriae Citerioris prædictæ fundatæ succederent, eosdem Fratres dictæ Congregationis ipsi hæredibus, vel Fratribus Hospitii, seu Collegii huiusmodi in dicta hereditate ex tunc cum eisdem conditionibus, & oneribus substituendo, deinde parochiali Ecclesia SS. Sergi, & Bacchi de eadem Urbe, unà cum dilectorum filiorum illius parochianorum animarum cura, per dilectum filium tunc existentem Ministrum generalem dicti Ordinis, à sel. record. Gregorio Papa XV. prædecessore nostro, Ordini prædicto ad effectum Collegii huiusmodi concedi obtenta: idem testator volens per seipsum suam huiusmodi dispositionem ad effectum perducere, quoddam palatium in dicta Urbe, & Regione Montium juxta Monasterium S. Petri ad vincula nuncupati situm, unà cum viridariis, membris, & pertinentiis suis, à dilecto filio nobili Viro Joanne Georgio Casarino Duce Civitatis novæ emerit, illudque sic emptum dicto Ordini ad effectum inibi Ecclesie, & Hospitii, ac Collegii huiusmodi construendum cum honore, quod ipsi Corrector, & Fratres, seu Conventus dictum palatium ad usum Collegii pro habitatione Fratrum dicti Ord. Theologiæ operam navatum Nationis Citerioris Calabriae huiusmodi reducere, seu reduci debeant, & in reliquis sub eisdem conditionibus, oneribus, caducitatibus, modoque, & forma in dicto testamento contentis irrevocabiler inter vivos perpetuò donaverit, subindeque dilectos etiam filios Jo. Bapt. à S. Agatha, & Franciscum de Spezzano, ac Dionysium de Paula, necnon Vincentium de Cusentia, & Laurentium etiam de Spezzano, ac Michaëlem à Regina, & Paulum de Ruito, necnon Joannem etiam à Regina, & Antonium de Moranò Fratres dictum Ordinem expressè profectos, & ex Citeriori Calabria huiusmodi oriundos, in dicta domo Sancti Andree tunc commorantes, in actualem, & corporalem possessionem palatii, viridariorum, aliorumque membrorum, & pertinentiarum prædictorum introduxit, ipsique denique sic introduci Superiorum auctoritate Capellam, seu Oratorium sub invocatione ejusdem Sancti Francisci de Paula in quadam parte ejusdem Palatii existentem, seu existens ornaverint, & clausuram Conventus appellaverint, illis verò ordinationem ipsius conditionis exactius adimplere desiderantibus, dictus testator & donator, sicut Domino placuit, ab hac vita decesserit, ac post ejus obitum Fratres dictæ domus S. Andree considerantes ipsum testatorem, & donatorem Nationis suæ Religiosos ex dicto eorum Ordine existentes Collegio huiusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum usum, & utilitatem destinasse, & consequenter sicut onera diver-

sa, sic & bonorum huiusmodi administrationem eis demandare in animo habuisse, dictumque Joannem Baptistam prædicti Collegii Vicarium deputatum, & pro tempore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictæ hereditatis administratores, & voluntatis ejusdem testatoris, & donatoris diligentes observatores, & executores futuros esse perspicientes, de eisdem tunc existentibus Generalis, ac dilectorum similiter filiorum dicti Ordinis, illiusque collegiarum assensu, & cum interventu, & presentia, tam dictorum collegiarum, quam etiam dilecti pariter filii nostri Hippolyti Sanctæ Mariæ Novæ Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, moderni ejusdem Ordinis Protectoris, seu ejus Auditoris ad id ab eodem Hippolyto Cardinali specialiter deputati, ac sub nostro, & Sedis Apost. beneplacito acceptam per eos dicti testatoris hereditatem, omnemque commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictæ domus S. Andree jura, & adiones quæcumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, ac competentia, & competitura, cum omnibus, & singulis conditionibus, oneribus, vinculis, & pænis in dicto testamento contentis, in prædictum Joannem Baptistam Vicarium pro se, ac successoribus suis, dictoque Collegio, & illius Religiosis acceptantem, & ejusdem Collegii Superiorem, & Collegiales, seu Religiosos pro tempore existentes transferent, ac Joannem Baptistam, & pro tempore existentes dicti Collegii Superiores, & Collegiales, seu Religiosos prædictos veros, & proprios administratores, procuratores generales, gestores, & agentes totius hereditatis prædictæ, cum facultate illam regendi, gubernandi, & administrandi, regique, gubernari, & administrari faciendi, necnon conventum, & Ecclesiam, ac domum regularem erigendi, & fabricandi, omniaque, & singula faciendi, & adimplendi, ad quæ ex dispositione testamenti, & donatione prædictorum obligati fuerunt, constituerint, postmodumque idem Gregorius prædecessor supplicationibus testatoris, & donatoris, ac Joannis Baptistæ, & Francisci de Spezzano prædictorum inclinatus, donationem prædictam, ac desuper confectum instrumentum Apostolica auctoritate approbati, & confirmari mandaverit.

§. 2. Ac insuper Nos translationem, & donationem, ac instrumentum huiusmodi eadem auctoritate approbaverimus, & confirmaverimus, prout testamento, ac instrumentis, singulisque literis Apostolicis exinde confectis plenius continetur, ex forma verò, & tenore, tam testamenti, quam donationis huiusmodi clare, & manifestè apparet dictum testatorem Collegium prædictum pro Religiosis suæ Nationis tantum, & non pro aliis fundatæ, & dotatæ, ac eandem Nationem suam speciali hoc beneficio, ad testandam, & declarandam sui erga patriam animi pietatem profecui voluisse, & Fratres dictæ domus Sancti Andree intentionem ejusdem testatoris, & donatoris talem fuisse existimantes, adherendo, ad translationem, & cessionem prædictas spontè, & libenter devenirent, ac ab eo tempore citra dictus Joannes Baptista Vicarius, & Franciscus, ac Dionysius, necnon Michaël, & Paulus, ac Joannes, & Antonius prædicti hereditatem huiusmodi, illiusque bona, ac dictum Collegium administraverint, & gubernaverint, & licet tam ipsi, quam postea alii Religiosi dicti Ordinis ex dicta Natione oriundi super libero gubernio, regimine, & administratione ejusdem Collegii, & illius bonorum molestari, & in ipso Collegio alii Religiosi, quàm ex dicta Provincia Calabriae Citerioris orti recipi, & commorari non posse videatur.

§. 3. Nihilominus, quia successu temporis facile contingere poterit, ut Religiosi aliarum Provinciarum & Nationum in Collegio prædicto recipi, & ad illius regimen, & gubernium assumi petant, & procurent, id autem non solum menti, & intentioni dicti testatoris omnino contrarium, sed etiam Religiosis dictæ Provincie Calabriae grave præjudicium allaturum esse, exindèque probabitur sit inter Religiosos dicti Collegii rixas, odia, contentiones, & diffidia, aliæque non levia inconvenientia cum gravi statum dicti Collegii perturbatione, & forsà totali illius ruina, & excidio, sine dubio passim oritura esse: Nos præmissis

Pote. ea omnia, si estis, possessioni improprietatem, ac translationem, & conventum S. Andree de Fratu, acceptationem, & reddidit, & bona administranda, Religiosi d. Ordinis, & Provincie Calabriae, & Nationis idem, & non aliter Provincie admittantur, sub correctione, & superintendente Magistris generis, & d. Ordinis.

Modo ob causam hic allatam mandatur, quod officia, & ministeria, & oneris, quàm honoris, ac ad illius Collegii redditum, & bona administranda, Religiosi d. Ordinis, & Provincie Calabriae, & Nationis idem, & non aliter Provincie admittantur, sub correctione, & superintendente Magistris generis, & d. Ordinis.

incon

Inconvenientibus, & incommodis nostris, & Sedis prædictæ providentiæ & ministerio consultum esse desiderantes, Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, ac Michaëlem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium prædictos, aliosque dictæ Nationis Calabriae Religiosos sub Regula dicti Ordinis Sancti Francisci de Paula nunc, & pro tempore militantes, specialis gratia favore protegi volentes, eosque, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore consentes, necnon testamenti, & instrumentorum, ac prædictarum literarum tenores, etiam anteriores præsentibus pro expressis habentes, Motu nostro proprio, non ad Joannis Baptistæ, aut Francisci, vel Dionysii, seu Vincentii, nec ad Michaëlis, vel Pauli, seu Joannis, aut Antonii prædictorum, vel alicujus eorum, aut cujusvis alterius Nobis pro eis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, dictæque Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus dictum Collegium, necnon tam prædictæ hereditatis, quam alia Collegii hujusmodi proprietatis jura, & bona universa, præsentia, & futura in quibuscumque rebus consistantia, & ubicumque existentia, ac etiam officia, & munera, tam oneris, quam honoris, per Religiosos dicti Ordinis ex Provincia Citerioris Calabriae prædictæ nunc, & pro tempore oriundos tantum, dummodo Superiores dicti Ordinis ex Calabria ad regendum, & gubernandum dictum Collegium, ac illius redditus, & bona administrandum idonei reperiantur, & non per alios quorumcumque aliarum Provinciarum, & Nationum ejusdem Ordinis Religiosos, quos ad id omnino incapaces, & inhabiles esse volumus, & declaramus, sub obedientia tamen, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate ejusdem tunc, & pro tempore existentis dicti Ordinis Ministri generalis regi, gubernari, & administrari.

Et quod Fratres d. Provinciae habeantur in ipso Collegio, & alii manerent nullatenus possunt. Statuit ea que sunt ubi unquam tempore commorantur prædicti nullatenus esse roborata.

§. 4. Ac in eodem Collegio nulli alii Religiosi, quam ex dicta Provincia Citerioris Calabriae oriundi, & aliis juxta testamenti, & donationis prædictorum formam qualificari, recipi, commorari, ali, & manentem possint, & debeant.

§. 5. Et si ullo unquam tempore alios Religiosos, quam ut præfertur, oriundos, ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, ac proprietatum, jurium, & bonorum, necnon ad officia, & onera hujusmodi, etiam per dictum Ministrum generalem, & Provinciales, aliosque Superiores dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentes, seu eorum auctoritate, etiam ex quacumque, quantumvis urgenti, legitima, & necessaria causa deputari, & assumi, aut in Collegio prædicto manentibus, & alendos, etiam studii causa mitti, vel in eis consignari, aut deponi contigerit, Religiosi ejusdem Collegii ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundi ibi pro tempore commorantes, illos recipere, & admittere nullatenus teneantur, & si qui aliquando recepti, & admissi fuerint, eos inde dimittere, & expellere possint, & debeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

Subiungitur Superioribus d. Ordinis ad facere.

§. 6. Necnon Ministro generali, & dilectis filiis Provincialibus, aliisque Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis in virtute sanctæ obedientiæ, ne ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, juriumque & bonorum prædictorum, ac officia, & onera hujusmodi alios Religiosos, quam ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundos, & ut præmittitur qualificados, quovis prætextu, colore, vel ingenio, & ex quacumque, etiam lecturæ, & studii causa, per se, vel alios deputare, & assumere, seu in Collegio hujusmodi manentibus, & alendos mittere, aut in illis consignare, seu deponere, aut deputari, assumi, mitti, consignari, & deponi facere quomodolibet audeant, seu præsumant, motu, deliberatione, ac de potestatis plenitudine, necnon auctoritate, & tenore similibus distinctius præcipimus, & inhibemus.

Bullar. Mag. Tom. 1 P.

§. 7. Decernentes, præsentibus nostras literas etiam ex eo, quod dictus Minister generalis, dilecti filii Provinciales ac Superiores prædicti, alique quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, ad eaque vocati, & causæ propter quas illa fiant examinata, justificata, aut aliis approbata non fuerint, seu quovis alio prætextu, ex quacumque quantumvis legitima, & juridica causa, de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, & terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut concedi non posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quoscumque Romanos Pontifices sub quibusvis tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis faciendis comprehendere, sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictos Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, & Michaëlem, ac Paulum, & Joannem, ac Antonium, eorumque successores ejusdem Collegii Collegiales quandocumque eligenda concessas, semperque validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausulas præsentibus apponit.

§. 8. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Aliter iudicandi potestatem auferri.

§. 9. Quocirca dilectis filiis nostris Archipresbytero Ecclesiæ Lateranen. ac nostro, & pro tempore existentis Rom. Pont. in Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritualibus generali S. R. E. Cardinalibus, ac venerabili fratri Archiepiscopo Cusentini, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios eisdem præsentibus nostras literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Joannis Baptistæ, & pro tempore existentis Hospitii, seu Collegii hujusmodi Superioris, ac Collegialium, seu Religiosorum, aut alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, necnon Joannem Baptistam, ac pro tempore existentem Hospitii, seu Collegii hujusmodi Superiorem, & Collegiales, seu Religiosos prædictos, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, aut eorum aliquos de super quomodolibet indebitè molestari, contradicere quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

Executores hujus cons. deponat.

§. 10. Nos enim Archipresbytero, & Vicario, ac Archiepiscopo præfatis, & eorum cuilibet, quoscumque molestatores, perturbatores, contradicere, & rebelles, etiam per edictum publicum, constituto summarie de non tuto accessu, citandi, eisque, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam per simile edictum, quoad Archiepiscopos, & Episcopos sub interdicti ingressus Ecclesiæ, quo verò ad alios inferiores, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis pœnis inhibendi, necnon eos, quos censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit, eas incurrisse, servata forma Concilii Tridentini declarandi, ac legitimis super literis habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, reagravandi, & interdicendi, plenam, &

Cum facta tale contra dictos pœnis, ut hic, intercedat.

de liberam, motu, scientia, auctoritate, & tenore præmissis concedimus facultatem.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac pie memorie Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, qua cavetur expressè, ne quis extra suam civitatem, vel diocesim, nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis ultra unam diem à fine suæ diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices à Sede prædicta deputati extra civitatem, vel diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, seu præsumant, ac in Concilio generali de duabus diebus edita, dummodo quis ultra tres dietas vigore earundem præsentium extra suam civitatem, vel diocesim ad iudicium non trahatur, necnon quibusvis aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illi, illiusque Ministro generali, Provincialibus, Superioribus prædictis, ac aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsan præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus cæterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Decretum
panale suæ
addit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatis, declarationis, statuti, ordinationis, præcepti, inhibitionis, decreti & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. An. 3.
die 4. Dec.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1624. prid. Nonas Decemb. Pont. nostri anno 2.

VII. Regula, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ.

Hæc Constitutiones, tanquam amplissimas, ac quotidie necessarias, pro publica Cursalium comoditate posui.

Edicta An. D.
1623.

Sacrosanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Urbanus divina providentia Papa VIII. suorum prædecessorum vestigiis in hærendo, normam, & ordinem gerendis digne volens, in crastinum suæ assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die 7. mensis Augusti, anno ab Incarnatione Domini 1623. reservationes, constitutiones, & regulas infra scriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis Ludovicus S. R. E. Vicecancellarius, die 21. mensis Octobris dicti anni in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reservationes generales, & speciales.

1. In primis fecit easdem reservationes, quæ in Constitutione felicis recordationis Benedicti Papæ XII. quæ incipit, *Ad regimen*, continentur, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiam si Officiales ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia, quæ tempore quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus, beneficia quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi, ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, & quandocumque affecti fuerint, sub huiusmodi reservationibus comprehendendi. Ac reservavit beneficia, quæ per Constitutionem pie

memorie Joannis Papæ XXII. quæ incipit, *Super præ*, vacant, vel vacare contigerit, quam Constitutionem, & reservationem Sanctitatis Sux, tam ad Beneficia obtenta, quam ad alia quæcumque, de quibus Ordinarii, & alii Collatores, contra Concilii Tridentini decreta disposuerunt, & disponunt in futurum, extendit, & ampliavit. Et ea etiam beneficia omnia dispositioni suæ reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores contra ejusdem Concilii decretorum formam dispositum fuerit.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatum, & vacantiarum beneficiorum.

2. Item reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria virorum, valore annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, & imposterum vacatura, & voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimeretur. Ac etiam reservavit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, & electionem, ac quancumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, & collatorum, secularium, & regularium, quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, vel privationem, seu translationem, vel aliis quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem successorum ad eandem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum.

Extensio reservationis Beneficiorum per affectionem pacificam vacantiarum.

3. Item qui de beneficiis Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu aliis personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi, seu providendi, ante illorum affectionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis suæ resignarent, seu dimitterent: Voluit, decrevit & declaravit, quod si imposterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis, per Sanctitatem Suam, aut ejus auctoritate providendi, ipsosque provisos, seu providendos, intra vacationis, & provisionis, seu affectionis eorum beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, secularia, vel quorumvis ordinum, ac etiam hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac aliis quomodolibet, sive in Sanctitatis Sux, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contingerit, omnes & singulæ concessionem, collationem, provisionem, & quævis alia dispositiones de beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis, pro tempore faciendæ, cum inde secutus quibuscumque, cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia, & jura, ut præfertur resignata, dimissa, & cessa, eo ipso vacant, & vacare, ac sub reservatione prædicta, quam Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censeantur, ita quod de illis per alium quam eandem Sanctitatem Suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem, nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam affectionem beneficiorum aliorum huiusmodi verè & realiter vacavissent. Decernens irritum, &c. attentari.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & S. R. E. Cardinalium familiarium beneficiorum.

4. Item reservavit generaliter dispositioni suæ omnes

nes dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valore decem florenorum auri communi estimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis, reservavit etiam Prioratus, Præposituras, Præposituras, ac alias dignitates conventuales, & Præceptorias generales Ordinum quorumcumque (sed non militiarum) ac quæcumque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S.R.E. viventium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales obtinent, & imposterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiam ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliis recesserint. Declarans, dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales majores existunt, & quæ ex Apostolicæ Sedis indulgentia, vel Ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliis quovis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur, sub reservatione prædicta comprehendere debere.

Reservatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

5. Item reservavit generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & unicum in quacumque civitate, vel diocesi, qui suo tempore officia exerceant, & Subcollectorum fructuum, & proventuum Camere Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat quæ durante eorum officio obtinebant, & quibus, seu ad quæ jus eis competeat.

Reservatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

6. Item reservavit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit in quovis loco quantumcumque etiam à dicta Curia remoto.

Reservatio beneficiorum Cubiculariorum, & Curforum.

7. Item reservavit generaliter idem D.N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, etiam Honoris nuncupatorum, ac Curforum suorum. Declarans, in prædecessorum suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & regulis reservatoriis beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios Honoris nuncupatos, etiam à die earum editionis, & publicationis intelligi, & comprehendere, & comprehensos fuisse, & esse. Irritumque, &c. attentari decernens.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Ioan. Lateran. & S. Petri, ac B. Mariæ Majoris de Urbe, & beneficiorum titularum Cardinalium à Curia absentium.

8. Item reservavit dispositioni suæ generaliter quoscumque canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in S. Joannis Lateran. & Principis Apostolorum, ac B. Mariæ Majoris de Urbe Ecclesiis, necnon ad collationem, provisionem, & præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium à Romana Curia absentium, ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titularum, & Diacconiarum spectantia, quandiu absentia sua duraverit, canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Urbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, & Diocesis dictorum Episcopatum consistentia. Ac decrevit irritum, &c.

Reservatio mensium Apostolicorum, & Alternativa pro Episcopis residens.

9. Item cupiens idem D.N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia, in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris & Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, aliis quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatorum, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum, sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant, acceptatis, & observatis, quæ ledere non intendit, comprehensorum quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fiunt, de mense in quo vacaverint, dispositivè mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines, etiam immemorabiles optandi majores, & pinguioribus præbendas, necnon privilegia, etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum personis, & Collegiis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, adversus reservationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quandiu apud Ecclesias, aut dioceses suas verè, ac personaliter residerint dumtaxat, de omnibus, & quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliis pertinentibus) quæ in antea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipsam vacare contigerint (dummodò alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit,) seu etiam aliorum dispositioni, suæ, & dictæ Sedis aliis quomodolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus provisiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficiis, illius prætextu deinceps facienda, nullius sint roboris vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternativè prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civitate, vel diocesi datas declarate, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demùm, & non antea, uti incipiant gratia supradicta. Decernens sic in præmissis omnibus per quoscumque, &c. judicari debere, ac irritum, &c.

De literis in forma Rationi congruis, expediendis.

10. Item voluit idem D.N. Papa, quod concessa per felic. rec. Paulum V. & Gregor. XV. prædecessores suos, & de eorum mandato, expediantur in forma Rationi congruit, à die Assumptionis suæ ad summi Apostolatus apicem. Et idem quoad concessa per piæ mem. Leonem XI. etiam prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat, ab ipso die Assumptionis incipiendos, observari voluit.

Declaratio reservationis Ecclesiarum, & beneficiorum per Prædecessores reservatorum.

11. Item declaravit, ut omnium, & singularum Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum provisiones, quas prædicti Prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti Prædecessores etiam prædictæ dispositioni, cum interpositione decreti reservaverant, (quæ quidem Ecclesiæ, Monasteria, necnon sic reservata beneficia tempore obitus eorundem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria huiusmodi, si

commendata, vel ei administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, & remanere per hujusmodi reservationem, & decretum affecta, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice se intrinsece, vel disponere potuisse, sive posse quoquo modo. Decernens irritum, & inane, si secus super illis attentatum forsitan erat tunc, vel imposturum contingeret attentari.

Revalidatio literarum Prædecessoris, gratia, & iustitia infra annum concessarum.

12. Item prædictus D. N. omnes & singulas, ab ipsis Paulo V. & Gregorio XV. Rom. Pontif. prædecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas gratias, vel iustitias literas, temporibus debitis eorum executoribus, seu Judicibus non præsentatas, omnino revalidavit, & in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit, per executores, seu Judices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse & debere, juxta illarum formam.

Revocatio unionis.

13. Item rationabilibus suadentibus causis, ipse D. N. omnes uniones, annexiones, incorporaciones, suppressiones, extinctiones, & dismembraciones, etiam perpetuas, de quibusvis Cathedralibus, necnon aliis Ecclesiis, eorumve domibus, prædiis, & locis, per cessum, vel decessum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, qualiacumque fuerint invicem, vel alias Ecclesias, Monasteria, & mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, ac piis, & aliis locis, universitatibus, etiam studiorum generalium, & Collegiis etiam in favorem S. R. E. Cardinalium, seu Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis per eos obtentis quomodolibet, Apostolica, vel alia quavis (non tamen Concilii Tridentini) auctoritate, necnon pro fundatione, seu donatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum, ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum factis, quæ suum non sint sortitæ effectum, ac quæcumque concessiones, & mandata super unionibus, annexionibus, incorporacionibus, & aliis præmissis faciendis, revocavit, cassavit, & irritavit, nulliusque decrevit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adjectiones, aut decreta, quæ Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusvis Apostolicis, etiam quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanarunt literis, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsitum fore, quomodolibet contenta, adversus revocationem, & irritationem hujusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

Revocatio facultatum quibusvis concessarum.

14. Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatibus, & personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac fructuum & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis Ecclesiasticis in simul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, & aliis à præmissis officia ipsorum Nuntiorum, & Collectorum directe non concernentes, etiam si in literis desuper confectis sint clausulæ restitutorie, & derogatoriæ derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiam si Nuntiis eisdem diocæs Sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum, & c.

Revocatio facultatum conferendi beneficia reservata.

15. Item revocavit quascumque facultates, & literas desuper confectas, per quas quicumque sui Prædecessores Romani Pontifices quibusvis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum, de jure, vel consuetudine habentibus, qua-

vis etiam Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriæ derogatoriis, ac irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores haberi voluit pro expressis, concesserant, ut quando viverent, vel suis Ecclesiis, seu Monasteriis præsentent, aut ad aliud tempus de beneficiis Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem communitè, vel divisim spectantibus, disponere liberè, & licitè valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores, Vicarii perpetui, vel ad tempus constituti forent, decernens irritum, & inane, & c.

De dictionibus numeralibus.

16. Item ut in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, & ordinavit, quod dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Nonas, Idus, & Kal. immediatè poni consueverunt, per literas, & syllabas extensæ describantur, & illæ ex prædictis literis, in quibus hujusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Data.

17. Item voluit, quod de concurrentibus in Data ejusdem diei super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficiis, illi quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus, aliis graduati graduatis, aut inter graduatos prius graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in Curia præsentibus absentibus ab ea, ac inter præsentibus non beneficiatis beneficiatis, & similiter inter absentes, cæteris paribus, oriundus non oriundo, & diocæsanus non diocæsano. In reliquis verbò singulis, qui prius Apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum affectatione præferantur.

De non tollendo jus quæsitum.

18. Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis pleurumque sunt suggestiones, justitia postponatur, idem D. N. decrevit, & declaravit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiam si Motu proprio, ex certa scientia, ac etiam ante moram litem à Sanctitate Sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli jus sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

19. Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatus, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomatico.

20. Item voluit, quod si contingat, ipsum alicui personæ de parochiali Ecclesia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum parochianorum quomodolibet habente providere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, ubi Ecclesia, vel beneficium hujusmodi consistit, provisio, seu mandatum, & gratia desuper quoad parochialem Ecclesiam, vel beneficium hujusmodi, nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viventium.

21. Item si quis supplicaverit sibi de beneficio quocumque, tanquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, & postea per obitum ejus vacet provisio, & quævis dispositio, dicto supplicanti per obitum

URBANUS OCTAVUS.

obitus hujusmodi denuo faciendæ, nullius sit roboris, vel momenti.

De unionibus, & unionum confirmatione.

22. Item voluit, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis unis, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem estimationem, tam beneficii unis quam illius, cui unis petitur, alioquin unio non valeat, & semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest, & idem voluit observari in quibusvis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singularumque dispositionum hujusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

23. Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transferunt pro tempore, Constitutionem fel. rec. Mart. Papæ V. Prædecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit: *Viam ambitiosa cupiditatis, &c.* firmiter observari.

De malè promissis.

24. Item de Clericis extra tempora à jure statuta, sive ante ætatem legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros Ordines se promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem piæ mem. Pii Secundi similiter Prædecessoris sui desuper editam, in dicto Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit: *Cum ex sacrorum ordinum, &c.* pari modo observari.

De Moneta.

25. Item declaravit idem D. N. quod libra Turonensium parvorum, & florenus auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apostolicam computari, & estimari debeant.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria.

26. Item prædictus D. N. Papa voluit, decrevit, & ordinavit, quod quæcumque concessionem, gratiam, & mandata, etiam Motu proprio, & cum derogatione hujus constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis personis emanaverint, de providendo ei de quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque ad Ecclesias, & Monasteriorum regimina, si hujusmodi concessionem, & mandata diem promotionis promovendorum ipsorum præcesserint, necnon quæcumque collationes, provisiones & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusvis aliis beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quascumque Prælaturas inter illarum vacationis, & hujusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore, sint cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando juxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

27. Item cum ante confessionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinavit idem D. N. quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiam si sint S. R. E. Cardinales, causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicumque alii, non juxta supplicationum signatarum super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia dumtaxat sint commissiones justitiam concernentes, per Placet, vel per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, juxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed juxta literarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confectarum tenores & formas judicare debeant. Decernens irritum, &c. Et si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit, ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellariæ producendis.

28. Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica regalis, & constitutionibus inibi descriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indigerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, Bullar. Mag. Tom. I V.

nec consilium foret, quod super earundem regularibus, & constitutionum (quæ juxta tenorem occurrentium casuum, & negotiorum aliquoties immutari convenit) prædicto tenore, vel effectu, tertium plerumque venientem desuper memoriam non habentium, depositionibus statim debet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & his (etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica judicibus, etiam in causis actu pendentibus, super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat, fiet, si demque adhibeat cedulæ, seu scripturæ desuper à duobus majoris Præfidentis, quod danda sit à tergo signatæ, & etiam à duobus aliis literarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ, & Vicecancellariis, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, ut moris est. Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis Colligantibus.

29. Item D. N. cupiens litium succidere anfractus, & ne novi colligantibus adversarii dentur providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico colligantem in jure, vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competierit, subrogari concesserit (dummodo prædictus colligans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmissis jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes, vel concessionem, etiam Motu proprio, infra mensem ante concessionem hujusmodi factæ, nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem, immineret vitæ periculum, impetrant, ut illis decedentibus, tanquam colligantes in eorum juribus facilius subrogentur, voluit ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis, vel in similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli (scilicet Novæ provisionis, aut Perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur. Quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsitan perpetratis, etiam usque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transiverit judicatam, processum foret.

De verisimili notitia.

30. Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, secularibus, vel regularibus, per obitum quorumcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam ejusdem D. N. verisimiliter potuerint pervenisse.

Non valeant Commissiones causarum, nisi in literis expeditis.

31. Item quod omnes, & singulæ commissiones causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de beneficiis Ecclesiasticis gratiarum, super quibus literæ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

De impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

32. Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, ejus ad id accedat assensus, aliàs desuper gratia sit nulla. Et idem servari voluit, si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiarumque, & lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illic reversuri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè, & personaliter reversi fuerint,

uerint, ita quod Cardinalibus aliis quatuor præferatur, ex quacumque causa quacumlibet necessaria, ac qualibet alia hinc necessariò exprimenda absentibus, facultas præstandi consensum huiusmodi non competat, sed beneficia huiusmodi ad liberam Sanctorum suarum, & Sedis Apostolicæ provisionem, & dispositionem pertineant. Declarans Regulas, & Constitutiones suorum Prædecessorum, etiam à die earum editionis, & publicationis super assensu huiusmodi præstando, sic intellectas, & intelligendas fuisse, irritumque, &c. attentari decernens. Quodque si prædicti familiares, eorundem Cardinalium familiares esse deserint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similes transferint, quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ prioribus ipsa familiaritate durante jus eis competierit, Cardinales quorum prius familiares fuerint, solum habeant adhibere consensum. Declarans presentem Constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum, in dicta Curia, vel extra eam obtinuerint, aut antea obtinissent, & ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparent. Necnon illos, quoad effectum dictæ Constitutionis familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Super eadem familiaritate.

33. Item idem D. N. ad evitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti sua Constitutione exoriri possent, vestigiis Prædecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, & ordinavit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus Apostolicis reservationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur quoad hoc, ut in provisionibus talium beneficiorum, super expeditione litterarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis Ordinarii collatoris, ut præferatur, liberè spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint, tunc in provisione talium beneficiorum super expeditione litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præfens fuerit, ad quem eorundem collatio, & dispositio, ut præferatur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat, præferatur alteri per concessum.

34. Item voluit D. N. quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio, per Fiat, & concessum signaturis, ex eis per fiat, etiam ut petitur, habens, alteri per Concessum, etiam Motu proprio habenti præferatur, etiam si in illa per Concessum prægnantiores, & quantumlibet privilegiatiæ essent clausulæ.

De annali possessore.

35. Item, Sanctissimus Dominus Noster, ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedentem pacificè possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quotannis ipse illud possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clarè poterit constare, quod nullam ipsi possessori in dicto beneficio jus competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsam possessorem ad iudicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam definitivam inclusivè prosequi debeat, & teneatur, alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde facta nullius existant firmitatis, & idem impetrans de damnis, & interesse possessorem præfatum propterea contingentibus, ei satisfacere, & si possessorem ipsum injustè, frivole, & indebitè molestasse repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persolvere Camere Apostolicæ sit adstrictus. Nec alius quàm præmissæ vacationis modus, etiam per literas, si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut be-

neficium huiusmodi ea vice consequi aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica quoscumque qualitatibus, per privationem, & amissionem, vel alias propter commissas, excessus, & crimina, vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per devolutionem.

De triennali.

36. Item statuit, & ordinavit idem D. N. quod si quis quæcumque beneficia Ecclesiastica, qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex quovis titulo, Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, provisio, electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possederit (dummodo in beneficiis huiusmodi, si dispositioni Apostolicæ ex reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruserit) super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat, necnon impetrationes quilibet de beneficiis ipsi sic possessis factas, irritas, & inanes censei debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante sententiam definitivam.

37. Item idem D. N. ut finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus, & expensis, suorum Prædecessorum constitutionibus, & statutis inhærendo, statuit, & ordinavit, quod in causis pendentibus, & quas impofterum contigerit agitari, nulli ante definitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat definitivæ, vel à gravamine minimè concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à definitiva sententia reparari: Nullæque causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimat, quod interlocutoria vim definitivæ habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione à definitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones impofterum, & quicquid item secutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam iudicibus præsentatis, & exhibitis, in suo robore permanentibus, in quibus latis super eisdem sententiis, secundò, vel ulterius ab eis non liceat appellare: Appellantes verò, & appellationes, etiam ab interlocutoriis, & gravaminibus huiusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, & damna, ad quæ referenda de iure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna mulcentur.

Non statet commissione post conclusionem.

38. Item statuit, & ordinavit, quod in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus, per eum, seu de eius mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, impofterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi de rogetur expressè.

De literis Religiosorum expediendis.

39. Item voluit, & ordinavit quod si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amovibile, cum clausula quod exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non possint, literæ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

De clausula ponenda in literis permutationum beneficiorum.

40. Item si committatur alicui beneficio resignationis receptio, ponatur clausula, Attentè quoque provideas, &c. & si ex causa permutationis resignationis fiat, ponatur clausula, Quod neuter permutantium jus acquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

41. Voluit, quod si petatur suppleri defectus in genere,

URBANUS OCTAVUS.

nera nullatenus licere desuper concedantur nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per fiat ut petatur, supplicatio signata fuerit.

De derogatione Juris patronatus.

42. Item voluit, quod super quovis beneficio Ecclesiastico de iure patronatus laicorum, non expediantur littere, nisi ponatur expressè, quòd tale beneficium tanto tempore vacavit, quòd ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitime est devoluta, vel quia tempus patronus laicis ad presentandum à jure præsum, lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum Juris patronatus huiusmodi derogari contigerit, Juris patronatus huiusmodi mentio dispositivè, ac specificè, determinatè, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis provisionis, vel mandato de providendo de dicto beneficio, similis mentio facta non fuerit, non censetur quomodolibet derogatum.

De Commenda.

43. Item voluit, quod nulli seculari de regulari, nec religioso de seculari beneficiis Commenda detur, nisi in signatura per clausulam, Ad partem, super petitione Commendæ huiusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De reformationibus.

44. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod super quibuscumque reformationibus signatis super impetrationibus quoruncumque beneficiorum vacantium vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod litteræ super prima Data expediri possint, si ex huiusmodi expeditione sub tali Data cuiquam videatur posse fieri præjudicium, litteræ huiusmodi sub ipsa prima Data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per Fiat, sub prima Data signatæ fuerint.

De consensu in resignationibus, & pensionibus.

45. Item voluit, & ordinavit, quod super resignatione cujuscumque beneficii Ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expressè consenserit, & juraverit, ut moris est. Et ipsum resignantem, seu cedentem, pluries super uno, & eodem beneficio, in favorem diversarum personarum successivè consentire contigerit, voluit sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac litteræ illorum prætextu, etiam sub priori Data expeditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti. Nec litteræ reservationis, vel assignationis, etiam Motu proprio, cujusvis pensionis annuæ super alicujus beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc habeat.

De ingressu Religionis.

46. Item non dentur litteræ super beneficiis vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit Datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimentum.

47. Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimentum, talis impetratio non valeat, nec litteræ desuper expediantur.

De executione faciendâ.

48. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus cum adjunctione proprii nominis, vel dignitatis cujusvis, Judex datur, litteræ desuper expediantur cum expressione, quod idem Judex executionem faciat per se ipsum.

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

49. Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut aliâ prohibito, ponatur clausula, Si mulier rapta non fuerit. Et si scierit, ponatur clausula, Addita in quarto.

Super defectu in alicui.

50. Voluit, quod in dispensationibus super defectu in alicui, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non præjudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super dispensationibus.

51. Item quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis conceat, vel aliâ nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio, nisi literis constiterit.

52. Item, cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcumque quibusvis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum, per regulas Cancellariæ Apostolicæ sint providè limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblatis multa sint petita, ne quis talium concessionum prætextu id dispensativè tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendant, voluit idem D. N. quod nulla talis dispensatio cuiquam, in iudicio, vel extra, suffragetur antequam super ea litteræ Apostolicæ sint concessæ.

De clausulis ponendis in literis Indulgentiarum.

53. Item voluit, quod in literis indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiæ, vel Capellæ, vel aliâ aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, huiusmodi litteræ sint nullæ.

De Indulgentiâ concessis Ad instar.

54. Item, voluit idem D. N. quod litteræ super Indulgentiâ non expediantur Ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus.

55. Item voluit, quod in gratiis, quas quibusvis personis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quoruncumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marcas Argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen. parvorum, seu Florenos auri, aut Ducatos, vel uncias auri, seu aliam monetam secundum communem estimationem exprimat, nisi personæ prædictæ beneficia, quæ obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipsarum oblationes, aut aliâ dimittere teneantur, alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et idem servetur in gratiis, quas à Sanctitate Sua Motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alias disponatur, ad litteras per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, ut Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica, secularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus & ad quæ jus competit, retinere possint.

De clausulis, & beneficiis vacantibus ponendis.

56. Voluit & ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausule, si petantur, etiam illud quovis modo, &c. seu per Constitutionem, Execrabilis, vacet, ac specialiter reservatum, inter aliquos litigiosum sit, & ejus collatio devoluta fuerit, & si pro colligante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tunc lis specificè exprimat, nec detur aliqua generalis reservatio dispositivè, nisi desuper in concessione speciali, & expressa, ac purè, & non sub conditione, mentio fiat, & tunc reliquæ reservationes ibi contentæ veniant. Si verò tempore expeditionis inde literarum, generalis reservatio huiusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus, seu pro colligantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum cujus beneficium conceditur, Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel Familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse, clausula ponatur, Etiam si dictum beneficium ex eo quò talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ

Sedis officialis fuit, dispositione Apostolica generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi de super signaturæ per duplex Fiat signata sit, aut reservatio vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatuum beneficiorum in impetrationibus.

57. Item voluit, quod super beneficiis Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus, vel officia sint, eisque imminet cura animarum, & ad illa consueverint qui per electionem assumi, mentio fiat, alias gratiæ de super factæ sint nullæ. Et si qualitates huiusmodi affirmativè, vel conditionaliter non exprimentur, negativa expressè de super fiat, in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.

De beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

58. Item si reservetur beneficium per contractum Matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur Matrimonium. Sed in beneficiis per promotionem, aut ingressum Religionis, vel affectuionem vacaturis, ponatur clausula, etiam si non petatur. Cum beneficia huiusmodi præmissa, vel alias quovis modo, &c. præterquam per obitum obtinentis, vacare contingerit, etiam si vacent.

De clausulis ponendis in literis Religiosorum.

59. Item voluit, quod si petatur, aliquem in Religionem recipi, & sibi de quovis beneficio Ecclesiastico provideri, per simplicem Signaturam fiat, recepto huiusmodi dymtaxat detur, adjecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obstat, & exprimentur, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogatur, nisi expressè concedatur, & si numerus ille non existat, ponatur, dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque executores provisionis huiusmodi ad receptionem emissionis professionis, non expectato probationis anno, providere.

De translatione Religiosorum.

60. Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel regulari loco dependente provideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius Monasterii, vel loci, religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula: Si est ita.

61. Item quod in literis super beneficiis, per constitutionem Execrabilis, vacantibus, ponatur clausula, Si ita est: similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti provideri de vacante dentur literæ de vacanti.

62. Item petenti sibi provideri de vacante, dentur literæ de vacanti, prout impetranti.

Revocatio decimarum, & aliarum impositionum.

63. Item revocavit quascumque decimarum (non tamen nuper pro defensione Fidei Catholice in Germania contra hæreticos, & Imperii rebelles impostarum, sub Datum Idibus Januarii anno quintodecimo Pontificatus eiusdem Pauli prædecessoris) necnon subsidiorum vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à prædicto Paulo Quinto Prædecessore suo ex quavis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcas, & orthodoxæ Fidei hostes emanarunt, & quascumque facultates super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione, quibusvis fructuum, & proventuum Camere Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuntiis ab iisdem prædecessoribus concessas. Suspendit quoque ad Suz Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, quascumque plenarias Indulgentias, ab eisdem Prædecessoribus ex quavis causa, etiam expeditionis huiusmodi concessas, si quæ per Nuntios, vel Quætores deferebantur, necnon deputandi, & eligendi Confessores, qui plenariè absolvant, & alia faciant ad eandem Indulgentiarum suspensarum effectum, reliquasque facultates ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea in qui-

bus Indulgentiæ, & facultates in aliqua sui parte sint servatæ effectum, ita ut illis, qui implentes iuncta eis in literis Indulgentiarum huiusmodi, jam constitutis sint facultatem eligendi Confessores, qui absolvant eos plenariè in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non præiudicetur, quin facultate ipsa uti possint in futurum. Decrevit quoque irritum, & inane quicquid facultatum revocatarum earundem prætextu impostarum contingerit attentari.

Revocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

64. Item revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curie pro tempore vacantium, in toto vel in parte, in quavis concessiones, & collationes, aliasque dispositiones per fel. record. Gregorium Decimumquartum prædecessorem suum de dictis officiis, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis, in favorem quarumcumque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Piorum locorum, collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuè, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quavis verborum forma, quam, & præmissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas, quoad Officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & impostarum quomodolibet vacabant.

Item revocavit quoque, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque infeudationes, investituras, gratias, concessiones quoquo modo, etiam in emphyteusim, ad tempus, seu in perpetuum, etiam Motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis (extra tamen Consistorium, & sine Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium consilio, & consensu) à die constitutionis fel. record. Pii Papæ Quinti prædecessoris sui, super prohibitione alienandi, & infeudandi Civitates, & loca Sanctæ Romanæ Ecclesie, sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kalend. Aprilis, Pontificatus sui Anno secundo, usque in præsentem diem, per quoscumque Rom. Pont. suos prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum quomodocumque, ac qualitercumque, & quovis colore factas, & concessas, de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis Sanctæ Romanæ Ecclesie & Sanctæ Sedis Apostolicæ, & tam mediata, quam immediata subiectis tunc, videlicet de tempore dictarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum nondum devolutis. Necnon quascumque prorogationes, & extensiones quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extensionum nondum spitarum, quibusvis personis, cuiuscumque gradus, status, & conditionis, ac præminentie, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quavis præfulgeant dignitate, etiam in vim contractus, ex quocumque titulo, etiam oneroso, & per quascumque, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, aut etiam aliis quomodocumque, & qualitercumque expeditas literas, ac sub quavis verborum forma, quam, & præmissorum omnium tenores Sanctitas Sua pro expresso haberi voluit, latissimè extendendos.

Quod fructus in Tertia parte augeri possint vigore clausula.

65. Item cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus, &c. certum per eos expressum annum valorem non excedere, nonnunquam obtineant à Sanctitate Sua, ut huiusmodi valorem annum augere possint, ut veris possit in consecutione literarum super huiusmodi impetrationibus summa, aut valor annuus exprimi, aliter de super non specificato, ne de veritate huiusmodi concessionis impostarum hæitari contingat: Declaravit, prætextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum usque ad Tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ de super fiet literarum expeditione, dum-

taxat augeri posse, & eas quas, literis jam expeditis, cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto, denud super expediri contigerit literas, cum aliquo augmento valoris hujusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiam si motu proprio beneficiarias gratiæ, & dispositiones quæcumque à Sanctitate Sua emanaverint.

De infordescensibus.

66. Item, ne personis, pro quibus literæ Sæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solitam, præterit occasio censuras ipsas vilipendendi, & infordescendi in illis, statuit, & ordinavit, hujusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi contingeret, non suffragari non parentibus vel iudicæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuntios, vel executores Apostolicæ Sedis, & ejus Officialium, & ejus commissæ exequentes impediuntibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à jure, vel ab homine, per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam hujusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscumque aliis, qui censuris aliquibus, etiam aliis, quam ut præfertur, quomodolibet ligatis, in illis per annum continuum inforduerint.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

67. Item idem D.N. exactionibus, quas Sanctitas Sua, non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curie, qui constituti sibi emolumentis pro exercitio Officiorum quæ obtinent, non contenti, ultra à prosequuntibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem exigere non verentur, obviare volens, districte præcipiendo inhiuit omnibus, & singulis quævis Officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam prætextu Officiorum, quæ obtineant, quovis colore, etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta ejusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitiosè differre, sub excommunicationis, & præter illam, suspensionis à perceptione emolumentorum hujusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis Officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint, pœnis. Ac voluit, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, & Camerarius, excedentes ipsos respectivè prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorundem, ac aliàs, ut præfertur, compellant ab hujusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos per prædictas pœnas, aliàs prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

68. Item, S. D. N. providè considerans, consuevisse quandoque Romanos Pontifices prædecessores suos, beneficia, quæ vacante Sede Apostolica vacare contigerat, dispositioni suæ reservare, intendens de beneficiis hujusmodi tam Conclavistis, quam pauperibus Clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia, & singula beneficia per regulas Cancellariæ Apostolicæ, aut quælibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quavis causa reservari solita, quæ à die obitus fel. record. Gregorii XV. prædecessoris sui usque ad diem supradictam septimam Augusti vacaverunt, & de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores tunc dispositum non fuerat, suæ dispositioni reservavit, decernens irritum, &c.

Revocatio indultorum superviventiæ.

69. Item, quia ad importunam nonnullorum suggestionem quandoque contigit, Prædecessores suos Rom. Pontifices pro tempore existentes, sub contractuum debitorum, vel diversis aliis prætextibus con-

cessisse, & indulisse beneficiis, ut fructus suorum beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores, aut quoscumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut aliàs quomodolibet de eis disponere liceret ad tempus minimè restrictum ad vitam supplicantium, cum gravi successorum præjudicio, & Ecclesiarum detrimento. Idèd indemnitati Ecclesiarum, & successorum in beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens, revocavit, cassavit, & annullavit omnia, & singula indulta, & facultates in ea parte, qua necdum verè & realiter sum sunt sortita effectum, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos hæcenus ad favorem quarumcumque personarum concessa, omnibus eis, vel eorum singulis ullo modo, & ex quavis causa, vel prætextu permittitur, fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiorum, & tempus, quo beneficia hujusmodi obtinuerint minimè restricto, & coarctato, illorum tenores, &c. decernens irritum, &c.

Quod Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis.

70. Item, cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ipsi S. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prærogativis, & privilegiis gaudere, idem D.N. statuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuscumque Constitutionibus, & regulis per Sanctitatem Suam imposturum post hanc primam editionem, & suarum Constitutionum, & regularum publicationem faciendis non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ Constitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editæ fuerint.

De potestate Reverendiss. D. Vicecancellarii, & Cancell. Regentis.

71. Primò, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigent, vel deleverint.

Item, quod possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratia, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quod possit omnes causas beneficiales, etiam non devolutas, committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod processus Apostolica auctoritate decretos aggravare possit, cum invocatione brachii secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos per literas Apostolicas desuper conficiendas, & non aliàs.

Item, quod possit signare supplicationes, manibus duorum Referendariorum signatas, de beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem in alia moneta secundum communem estimationem valore annuum non excedet.

Item, quod possit signare supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus signatas, de novis provisionibus, si neutri, & subrogationibus pro colligantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

Item, quod possit ad Ordines suscipiendos ætatis præterire terminos de dictis suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima tunc à jure statuta tempora, in quibus sic ætati successivè ad ipsos Ordines promoveantur.

Placet, publicentur, & describantur. M. Pape subscripta

Leita, & publicata fuerunt suprascripta regula, & Publicatio in
Causis in
ordinationes,

Dat. P. An. 1. 21. Ordinationes, & Constituciones in Cancellaria Apostolica ab uno ex R. P. D. Majoris Præfidentia Abbreviatoribus, Anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, die vero vigesima prima mensis Octobris, Pontificatus præbati Sanctissimi Domini Nostri Anno primo. Petrus Gentilis Procuos.

VIII. Indictio Orationis Quadraginta Horarum ad divinum auxilium initio sui Pontificatus pro saluari Catholicæ Ecclesiæ regimine implorandum.

Similes indictiones vide sup. in constit. 1. Sixti Quinti, tom. 2. ubi tamen non invenies sub hac forma Orationis Quadraginta Horarum, sed sub forma Jubilai, quod etiam indixit Gregorius XV. in sua constituti. 2. Spiritus, hic sup.

Edita An. D. V R B A N U S P A P A V I I I. 1623.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsentis literæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Æternus rerum Conditor, cujus judicia abyssus multa, eò vel maxime imperscrutabilis ejus sapientiæ, atque inexhaustæ potentæ thesauros recludit, & manifestat, quod maximis in rebus non fortiorum, sed imbecilliorum operâ plerumquò uti non dignatur. Quod quidem in Catholicæ Ecclesiæ administratione, quam in hac temporum difficultate nullo modo nostrorum suffragio meritorum, sed ejus misericordia Nobis demandata agnoscimus, tanto luculentius apparet, quanto majora earum, quibus circumdamur infirmitatum argumenta extare dignoscuntur. Hinc fit, ut quemadmodum misericordiam Dei humillimè suscepimus, ita etiam trepidè vereamur, ne ingenti onere prægravati, Christiani orbis necessitatibus Apostolica providentia, ut par est, succurrere valeamus. Tantæ rei cogitatione perterritus illud Nobis sæpius occurrit, beatum planè illum esse, quem Deus ipse erudierit, ac ne facies nostræ confundantur, ad eum, ut illuminemur, accedendum esse.

Non indiget Jubilium de more Prædictorum, sed aliter dignetur, ut temporum habita ratio non, quod dicitur.

Orationem Quadraginta horarum f. viii. 4. 6. 8. Sabbato, i. i. certum. P. du. Ec. lesu. ha. h. decerni.

§. 1. Quoniam verò tanti Regis Majestatem tum propriis cujusque, tum etiam aliorum orationibus adiri certum est, id ut facilius assequi possimus, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exempla Nobis ob oculos proponentes, universis Christi fidelibus Jubilium de more indicere statuissemus, ut saluberrimis poenitentiarum operibus orationes sociatæ, & rogantium merita cumulassent, & divinæ Nobis largitatis munera uberius impetrassent. Verùm habita temporis ratione, necnon aliis æquissimis causis, ea qua decuit maturitate perpensis, aliam opportuniorem spiritualibus, quibus urgemur necessitatibus, consulendi rationem inire decrevimus.

§. 2. Piam igitur Quadraginta horarum orationem in Ecclesia Lateranensi, ac Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Basilicis, necnon in una seculari, & altera regulari Ecclesiis cujuslibet regionis Urbis nostræ, per dilectum filium nostrum in eadem Urbe Vicarium in spiritualibus generalem, extra verò dictam Urbem, in quibuslibet virorum tam secularium, quàm regularium Ecclesiis ubilibet existentibus, per Ordinarios locorum proxima, vel altera subsequenti hebdomada post præsentium notitiam respectivè designandis, & quoad Ecclesias, & Basilicas Urbis prædictæ Quarta, & Sexta Fertiis, ac Sabbato præsentis, & sequentis hebdomadæ, quo verò ad Ecclesias extra Urbem, diebus ab eisdem Ordinariis pro utraque hebdomada præscribendis, inchoandam, & semel pro qualibet Ecclesia peragendam, tenore præsentium indicimus, & institimus, ad quas quidem Ecclesiam Lateranensem, ac Basilicas Nos ipsi privatè accedere, eidemque orationi interesse statuissemus.

§. 3. Et propterea, ut divinam opem efficacius imploramus, & simul effusis multorum precibus, fructuosius exaudiamur, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles ubique existentes enixè in Domino hortamur, & paterna charitate monemus, ut durante oratione prædicta, pias ad Deum preces effundant, ut Ecclesiam suam Sanctam tueatur, & protegat, hæreses undique evellere, & extirpare, Fidem Sanctam Catholicam augere, & propagare, pacemque & concordiam largiri dignetur: Nobis verò vires tribuat, quibus susceptum onus ad ejus nominis gloriam, fideliumque & animæ nostræ salutem administrare valeamus.

Ecclesiis visitando, quid orandum sit ostendit.

§. 4. Quæ ut eo libentius præstare studeant, quo uberius spiritualibus muneribus, & gratiis à nobis se resectos esse cognoverint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis prædictis verè poenitentibus & confessis, ac sacra Communione resectis, qui quamcumque Ecclesiam, ubi oratio ejusmodi indicta, & instituta fuerit, devotè visitaverint, & ibi per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum ut præfertur, preces effuderint, Monialibus verò poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione resectis, quæ tempore orationis prædictæ in suorum Monasteriorum Ecclesiis similiter, ut supra oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Confessis, ac sacra Communione resectis, & visitantibus dictam Ecclesiam ibi (ac etiam Monialibus in Ecclesiis propriis) orationibus indulgentiam plenariam impertitur.

§. 5. Necnon eisdem fidelibus, etiam cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti regularibus utriusque sexus facultatem impartimur eligendi sibi presbyterum Confessarium, tam secularium, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis ab Ordinariis locorum, qui eos ab omnibus & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, non tamen à casibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi consueverunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, ac clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & urgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, ac singularis certaminis, sive duelli, ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quàm à præfato nostro in dicta Urbe Vicario, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, nec etiam à quavis excommunicatione ab homine lata in foro conscientie tantum, hac vice dumtaxat absolvere, injuncta tantum eis, & eorum cuiuslibet poenitentia salutari, ac aliis injungendis, possint, & valeant.

Omnibus utriusque sexus personis, etiam Regularibus Confessarium sibi posse eligere conceditur, qui valent absolvere à omnibus casibus, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, & expressis pro hac vice tantum.

§. 6. Mandantes insuper Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscumque Ecclesiarum Prælati, & locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, ut cum harum nostrarum transumpta, seu exempla acceperint, illas statim per suas Civitates, Dioceses, & Territoria publicent, & publicari faciant, gregemque eorum curæ divinitus commissum, ut corde contrito, & humiliato pie hujusmodi orationi, ut præfertur, inter sint, sedulo moneant. Per præsentem autem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contracta, nec etiam in foro conscientie dispensare, ullamve facultatem dispensandi tribuere non intendimus. Declarantes, has ipsas præsentem quoad absolutionem in foro conscientie tantum, non autem in foro fori consequendam, ullo modo suffragari.

Ordinarii locorum hujusmodi constitutionibus publicare præcipit.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, earumque totis tenoribus specialibus, specificis, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis

Contrariis derogat.

expressis, & formam in illis traditam penitus pro servata habentes, hac vice specialiter, & expresse ad effectum presentium tantum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
credi possunt.

§.8. Volumus autem, ut presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique gentium, & locorum adhibeatur, quae ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. P. An. 1.
die 22. Oct.

Datum Romae apud S. Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 22. Octobris 1623. Pont. nostri anno 1.

IX. Extensio Indulti recitandi Officium, & Missam celebrandi de Beata Margarita de Cortona, Moniali Tertii Ordinis S. Francisci, pro omnibus tam Viris, quam Mulieribus d. Ordinis ubique existentibus.

Edita An. D.
1623.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Coelestis aquae flumen, quod ab inexhausto vitae fonte procedens, impetu perpetuo fluit, fidelium mentes septem charismatum donis felici inundatione foecundans, multo cernitur admirabilior, cum erga vasa infirmiora, & sexum consilii imbecillioris apponens cor suum, misericordiarum suarum divitias superabundanter elargitur.

Leo X. indul-
si posse celebra-
ri Missam
cum officio de
hac Beata in
Civitate Corto-
nen. & illius
Diocesis quo-
tannis die 2.
Febr.

§.1. Alias siquidem fel. rec. Leo Papa X. praedecessor noster ex praclaris attestacionibus à pie mem. Bonifacio VIII. & Eugenio IV. Romanis Pont. etiam praedecessoribus nostris de Beata Margarita de Cortona, moniali Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia prolatus motus, quod Festum ipsius Beatae Margaritae cum Officio nec Virginis, nec Martyris, in Eccl. sia Sanctae Margaritae Civitatis Cortonen. singulis annis die 22. mensis Februarii celebrari, eademque Beata Margarita à quibusvis Christi fidelibus in Civitate praedicta, & illa Diocesi privatim & publice venerari liberè, & licitè valeat, Apostolica auctoritate indulset, prout in suis exinde confectis literis plenius continetur.

Postea hoc in-
dultum Com-
greg. Carad.
super Ritibus
deputatorum
extensae ad
omnes Fratres
et Moniales
Ord. S. Fran-
cisci ubique
existentes.

§.2. Nuperimè verò Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super Sacris Ritibus Deputatorum, considerata sanctitate praedictae Beatae Margaritae, quae à trecentis annis, & ultra continuo miraculorum splendore coruscat, necnon mirabili illius corporis integritate, quae his etiam diebus supra naturae vires odorem efflat suavissimum, ad instantiam non solum Cleri, & Populi Cortonen. sed etiam Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum dilectorum filiorum, ad omnes ejusdem Ordinis Sancti Francisci viros, & mulieres indultum praedictum extendi posse, habito super hoc felic. mem. Gregorii Papae XV. similiter praedecessoris nostri beneplacito, ac omnibus ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus unanimiter consentientibus, decrevit.

Iti Fratres
videndo suppli-
canti Pont. ut
illud decre-
tum confirma-
re, & exten-
dere dignetur.
Quo illud
confirmas.

§.3. Quare pro eorumdem Cleri, & Populi, ac Fratrum parte Nobis nuper fuit humiliter supplicatum, quatenus pro eorum desiderio, ut infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur attendentes, quod sicut ipsa Beata Margarita coruscat in Caelis, ita quasi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora Caeli universo praefulgeat, Cleri, & Populi, ac Fratrum praedictorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes: necnon literarum praedictarum, & inde secutorum quorumcumque tenores presentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de

voto ejusdem Congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super Ritibus Ecclesiae deputatorum, indultum, & desuper confectas literas hujusmodi ad omnes, & singulas personas, tam viros videlicet quam mulieres, nunc, & pro tempore existentes ejusdem Ordinis Sancti Francisci, earumque Ecclesias, tam intra Italiam, quam extra eam ubicumque consistentes, ita quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus possint hujusmodi Festum dictae Beatae Margaritae in eorum Ecclesiis hujusmodi quotannis dicta die 22. Februarii, cum Officio nec Virginis, nec Martyris celebrare, & eandem Beatam Margaritam privatim, & publice venerari, liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate praedicta extendimus, ac extensam, & extensas ex nunc esse, & fore, dictasque personas desuper à quoquam quovis praetextu, colore, vel ingenio molestari, perturbari, aut quoquo modo impediri nullatenus unquam posse: necnon quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

Contraria re-
mouet.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quae dictus Leo praedecessor in dictis literis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctissimum
panalem ad-
jungit.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, extensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. P. An. 1.
die 23. Dec.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicae 1623. Idibus Decemb. Pont. nostri anno 1.

Privilegia, Indulta, Gratiae, & Exemptiones pro Dapiferis, qui huic Sanctissimo Pont. ceterisque Sanctae R. E. Cardinalibus in Conclavi, in quo Summus Pontifex fuit electus, intervenerunt.

X.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D.
1623.

Romanus Pontifex, ad quem gratiarum omnium distributio spectat, & pertinet, singulorum merita, & probitatem aequaliter perpendens, personas illas potiori favore attollens, majorique prerogativa decorare consuevit, quas sibi & Sedi Apostolicae obsequiosas, & in laboribus, & vigiliis pro eadem Sede sustentendis indefessas, & pluribus cognoscit meritis juvari.

Exordium.

§.1. Hinc est, quod Nos volentes dilectos filios, nostrum dum Cardinalatus honore fugebamur, & Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Dapiferos, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus in Conclavi in quo Nos, divina favente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, existentibus infervierunt, quique ea de causa labores, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, favoribus, gratiis, & privilegiis pro eorumque meritis honorare.

Causa em-
fonsi horum
privilegorum.

§.2. Ac eosdem Conclavistas, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, certa que scientia nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, eosdem Dapiferos, & eorum singulos, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos Commensales nostros, & eos, qui

Scilicet No-
bilitatis, Ci-
vilitatis, Fa-
miliaritatis, &
Notariatus
Apost. &c.

ex illis Clerici existant, seu milites Clericali adscribi de- siderant, quousque tres ex predictis Cardinalibus in quo- libet ordine antiquiores, gradu, nobilitate & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Aposto- licæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio distictorum si- liorum Notariorum de numero Participantium, tenore presentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapi- feros singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinali- bus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes, & quoscumque Dapiferos indistinctè, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus al- terius ex Civitatibus temporalis dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediâtè, vel immediâtè subjectis Cives esse vo- luerint, singulos in ipsa Civitate, quam sigillatim quis- que eorum elegerit, & ad quam se ab eisdem Cardinali- bus admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla pro- fus differentia inter eos, & singulos alios veros, origina- rios, & antiquissimos, etiam nobiles, & participantes Ci- ves ipsius Urbis, vel Civitatis, itaut ipsum Jus Civitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, alio- rumque familiarium continuorum Commensalium, No- bis actû in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum, Palatiique & Aulæ prædi- ctarum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hu- jusmodi originariorum numero, & consortio favorabili- ter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis Fa- miliaribus, continuis Commensalibus, ac Notariis nostris Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus.

*Ac ad idem
frui, & gau-
dere, etiam si
habentur co-
rundem non
deserunt in-
dulgere.*

6. Bisque ut in quibuscumque impetrationibus, con- cessionibus, & literis, tam gratiam, quam justitiam con- cernentibus, se Familiares, continuos Commensales no- stros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & literæ ipsæ subreptionis vitio subja- ceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, antelationum præ- rogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationi- bus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, pri- vilegiis, indulgentiis, ac iuribus, quibus alii nostri Familia- res tempore. Datæ assumptionis nostræ ad Summi Apo- stolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero Participantium existentes, etiam si habi- tum, & rochetum Notariorum ipsius Sedis non defe- rant, Palatiique & Aulæ prædictarum Comites, & Mi- lites ac Nobiles, & Originarii, ac antiquissimi Cives ejus- dem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur, elegerint, quicumque ex utroque Parente verè Nobili, & Cive ori- ginario, & antiquissimo procreati, de jure, statuto, consue- tudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ etiam per quascumque literas, seu constitutiones Aposto- licas pro tempore editas utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, potiri, frui, & gaudere poterunt quomo- dolibet in futurum, ubique locorum, in judicio, & extra, sine tamen eorundem Notariorum de numero Participan- tium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè & licitè valeant, realiter, & Intègrè, in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de verè nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hu- jusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, fa- vores, concessiones, indulgentiæ, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudi- ne, fundatione, vel aliâ competere, eorundem tenore presentium indulgemus.

*Exemptio à
solutione de-
cimorum.*

7. Ac singulos Dapiferos prædictos à solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum ubique locorum, & ex quocumque, quantumvis urgentissima, & inex-

cogitabili causa, & occasione, & ad instantiam Im- peratoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Vene- tiarum, & quorumcumque aliorum Principum imposi- tarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decerni- mus.

8. Ipsique Dapiferis singulis quoscumque fru- ctus, redditus, & proventus Ecclesiasticos, tam occa- sione pensionum annuarum ipsi, vel eorum alicui re- servatarum, quam ratione omissionis recitationis Hora- rum Canonicarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condona- mus.

*Remissio fru-
ctuum mali
perceptorum
ab non recita-
tionem hora-
rum canoni-
carum.*

9. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censu- ris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia, dum- modo tamen non in contemptum Clavium, celebrave- rint, aut aliâ divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines aliâ ritè promoveri, & in illis, ac in susceptis per eos aliâ ritè ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dis- pensamus.

*Dispensatio
sup. inhabili-
tate ad Ord-
ines etiam sacros.
De qualis. pro-
moven. vide
Concil. Trid.
sess. 23. c. 11.
& 12.*

10. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum na- talium ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis Parentibus, & vilibus foeminis forsan procreati sint, etiam si legitimi aliâ existant, legitima- mus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac natalibus resti- tuimus.

*Legitimitas
Dapiferorum
illegitimorum.*

11. Ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non ta- men feudalibus, & emphyteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliâ de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quo- vis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas, successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

*Habilitatio
ad successiones
bonorum non-
nullis hic ex-
ceptis.
De testament.
ad favorem
illegit. vide
conf. 117. Dis
V. tom. 2.*

12. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, vel privata etiam assumi, il- laque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem de- fectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali caractere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniti, ac ad omnes etiam sacros, & pre- byteratus ordines, si nondum ad illos promoti sunt, promo- verit, ac postmodum caractere & ordinibus hujusmo- di, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque & qualiacumque, cum cura, & sine cura beneficia Ecclesi- astica, etiam si personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochiales Eccle- siæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, non tamen in Cathedralibus; ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujus- modi fuerint, si sibi aliâ canonicè conferantur, aut ip- si eligantur, presententur, vel aliâ assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & dummodo plura si- mul non sint, quàm quæ à Concilio Tridentino permit- tuntur, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispen- samus.

*Necnon ad
Dignitates,
honores, & of-
ficia inhabili-
tate hic Greg.
XI. ut in
conf. 8. tom. 1.
Et de dignit.
Eccles. est de
Trid. sess. 24.
c. 12. de reform.
mat.*

13. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provi- siones, commendæ, ac præsentis, & quævis aliæ literæ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendi- bus gratis ubique expendantur, tam de capienda possessio- ne nomine Cameræ Apostolicæ, quàm in favorem literarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quo- rumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari pote- runt, prout nostris familiaribus, continuis Commensali- bus etiam gratis dentur, & concedantur, ac dari, & con- cedi debeant, præcipimus, & mandamus.

*Et in sess. 24.
c. 17. de Re-
form. expedi-
tio literarum
Apost. provisio-
num gratis.*

Inductio Dapiferorum in translationem professionis ad summam 100 Ducatum.

§. 11. Ac Dapiferis predictis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personarum quacumque Ecclesiasticarum, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligenda, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, aut quorumvis Ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi beneficiorum reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translatae, seu translatae fuerint, usque ad summam centum ducatorum similia, in toto, vel in parte, ac etiam mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatae fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi usque ad summam predictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, & quacumque, quocumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatae, seu reservatae fuerint, etiam absque beneficiis predicta obtinentium consensu, integre persolvendas, seu persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas & levandas, seu percipiendos, exigendos & levandos reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos praesentium vigore faciendae existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & indulgemus.

Undeque cum mulieribus conceditur.

§. 12. Et si similem gratiam à Praedecessoribus nostris aliis forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventus huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservatae fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Dispensatio super gestatione habitum Clericali, ac tonsura, ac facultate pensionum usque ad summam 100 Ducatum, etiam si matrimonium contraxerint, retinendi.

§. 13. Ac eisdem Dapiferis, quod ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut praefertur, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducatorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, seu reservatarum, ac reservandarum, & reservandorum, habitum & tonsuram clericales gestare, & in illis, admodum alias ipsi habitum decentem, & honestum deserant, incedere minime debeant, nec ad id à quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum, pensiones ad praedictam summam ducatorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut praefertur, etiam si matrimonium contraxerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & retinere.

Spolium bona à spoliis liberat. Et ad ea heredes vocat. De spoliis vide de Const. 18. Pauli 2. tom. 3.

§. 14. Postremo, quod bona quacumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos, etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatum, & praebendarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque, per eos aliis obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quavis colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, & licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minime subjaceant, sed ipsi Dapiferi, etiam si Religioni alicujus militiae, etiam S. Joan. Hieros. adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & aliis disponere, illique ab intestato decedentibus, eorum heredes quicumque succedere liberè, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Executio nem huius Const. Praci. 18.

§. 15. Praecipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Romanae Ecclesiae Cameraario, Thesaurario, Praesidentibus, Clericis Camerae nostrae Apost. & quibuscumque aliis Spoliatorum huiusmodi Col-

lectoribus, & Subcollectoribus, ac Militarium predictarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque heredes predictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu praesumant. Ac etiam decernentes, donationes etiam per viam testamenti, vel codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis huiusmodi, servatis de jure servandis, faciendas, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

Registratio & insinuationem huius Const. remittit.

§. 16. Nec eosdem Dapiferos, eorumve aliquem ad praesentes literas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Clasula praeservativa.

§. 17. Eisdemque praesentes, & in eis contenta quacumque, sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & constitutionibus Apostolicis similia gratiarum revocatorii, vel quae eas limitarent, vel moderarentur, quae à nobis, & d. Sede pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint, minime comprehendi, sed quocumque illae emanabunt, toties in pristinum statum repositas & reintegratas esse, & censeri.

Clasula sublata.

§. 18. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & de finiri debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Huiusmodi litera gratis expelluntur.

§. 19. Et insuper dictis filiis Rescribentario, & Computatori Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis ad quos spectat, in virtute sanctae obedientiae, & sub poena indignationis nostrae, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut eisdem praesentes, & forsan alias literas Apostolicas super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis gratis de mandato nostro ubique in omnibus officiis, & Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, Plumbique, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendae, omni contradictione & dilatione cessantibus, signent, & expediant, & expediri faciant.

Contrarium derogatio.

§. 20. Non obstantibus praemissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illud nondum sit devenit, cui per praesentes aliis non intendimus derogare, ac regula nostra de praesentibus in pensionibus, vel fel. rec. Pii Papae IV. praedecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses praesentandis, registrandis, ac recolendae memoriae Pii Papae V. etiam praedecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaviensis Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque Conciliis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romae, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & terrarum, aut Camerae praedictae, & quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, & etiam legibus, tam Pontificiis quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, etiam statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, & aliis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis & innovatis, inter alias disponentibus, quod beneficia Urbis non nisi personis certis modis, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum militiarum,

litarum, & expressè professis conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si aliis pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorūque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrariis quibuscumque, aut si quibusvis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apost. non facientes plenā, & expressā, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio ne.

§. 10. Volumus autem quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis, ac sigillo, & manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis & subscriptis eadem fides, tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptum fides.

Nomina autem singulorum Dapiferorum, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus in Conclavi existentibus infervierunt, sunt hæc, &c.

Sanctio per nalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, legitimationis, abstentionis, dispensationum, decretorum, concessionum, præceptorum, mandatorum, indultorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. A. 1. 1. 1623. 10. Kal. Januarii, Pont. nostri anno 1.

XI. Quod professi in Religione Cleric. Regul. Ministrantium infirmis ad Sacerdotium destinati, in Domibus Novitiatuum, vel aliis distincti Domibus, donec Presbyteri ordinentur, ex illarum perpetui, redditibus vivere possint.

De tempore emittenda professionis ab utriusque sexus Regularibus personis statuit Concil. Trid. sess. 25. c. 17. Et de hac Relig. habes indicata ad Const. 25. Sixti V. Ex omnibus, sup. tom. 2. De electione vero officialium nonnulla demùm ordinavit hic idem Sanctiss. 1. on. in Const. 85. Romanus.

V R B A N V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuum rei memoriam.

1623.

Acrofanctæ R. E. quam Dei filius Jesus Christus auctor pietatis instituit, regimini præsidentes, pia, & salubria vota fidelium, præsertim sub regularis observantia disciplina in humilitatis spiritu Altissimo famulantium, ex quibus in eorum locis regularis disciplina, & observantia per amplius conservatur, & augetur, pii patris affectione prosequimur, & ut optatum sortiantur effectum, cum à nobis petitur, plenius favoribus confoveamus.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Sancti Ciccilli moderni Præfati generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis petitio continebat, quod cum in dicta Congregatione longa, & diuturna multorum annorum experientia compertum sit, pro conservanda, & augenda in ea regulari disciplina, & observantia, non expedire, ut Novitii ipsius Congregationis ad Sacerdotium destinati, statim post emissā ab eis solemnem professionem ad domos professis ejusdem Congregationis mitti, & inter professos antiquos cōnumerari debeant. Et habito ad Sacram Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinaliū super negotiis, & consultationibus Regularium deputatorum, per Superiores primodiæ Congreg. recursum, pro consequendo super præmissis salubri aliquo remedio.

§. 2. Secundodiæ Congregatio, negotio huiusmodi

per eam maturè, & prudenter discusso, per suam decretum censuerit primodiæ Congregationi concedendum esse, ut de cætero illius Novitii ad Sacerdotium destinati tantum, non autem Fratros Laici, nec illi, qui jam in Presbyteros ordinati habitum in ea suscipiunt, possint post professionis emissionem in domibus Novitiatuum, habitatione tamen separata, aut aliis domibus distinctis, arbitrio Præfati Generalis primodiæ Congregationis, & illius Consultorum pro tempore existentium, donec Presbyteri ordinentur, permanere.

dd. Cleric. usmodum Sacerdos ordinentur, in aliis separatis Domibus, arbitrio Gen. valls permanentes debent.

§. 3. Ibiq; non obstante voto Paupertatis, ex redditibus, & proventibus perpetuis Domorum huiusmodi, perinde ac Novitii, vivere.

Ibiq; ex redditibus dd. domorum, ac si Novitii essent, vivere, non obstante voto paupertatis.

§. 4. Proindeque dictus Sanctus Præfatus Generalis cupiat primodiæ Congregationi juxta formam decreti huiusmodi, per Nos, & Sedem Apost. ut infra, perpetuò indulgeri. Quare pro parte ejusdem Sancti Præfati Generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ejus piis votis huiusmodi annuere, ac aliis in præmissis opportunè providere de benignitate Apost. dignaremur.

Et deinde supplicatum fuit Pont. ut super his omnibus providere debeat. Qui præd. Card. Congreg. huiusmodi sanctis, & decreta ap. 10. ar. 1. que nisi indulget.

§. 5. Nos igitur dictum Sanctum Præfatum Generalè à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad eff. & præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absoluto fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto secundodiæ Congregationis negotiorum huiusmodi, primodiæ Congregationi, quod deinceps in perpetuum illius Novitii nunc, & pro tempore existentes, ad Sacerdotium destinati dumtaxat, non autem Fratres Laici, nec illi, qui jam in Presbyteros ordinati, habitum regulare susceperunt, & in futurum susceperint, post emissam ab eis solemnem professionem, in Domibus Novitiatuum, habitatione tamè separata, aut aliis Domibus distinctis, arbitrio Præfati generalis, & illius Consultorum Præfatorum nunc, & pro tempore existentium, donec, & quosque Presbyteri ordinentur, permanere, imibique, non obstante Paupertatis voto, ex redditibus, & proventibus perpetuis earundem domorum, perinde ac Novitii vivere liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium, de speciali gratia perpetuò concedimus, & indulgemus.

Ac super his nulli modo molestari possit decretis.

§. 6. Ac primodiæ Congregationem, illiusque præfectum generalem, & alios Superiores, ac personas nunc, & pro tempore existentes super præmissis à quoquam publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, vel ingenio molestari, inquietari, perturbari, aut aliis quoquo modo impediri nullatenus unquam possit.

Decretum irritans apponit.

§. 7. Necnon quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

Contraria prohibet.

§. 8. Non obstantibus primodiæ Congregationis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illi, ejusque Præfati Generali, ac aliis Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sancti rem que premissis adjuvant.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. A. 1. 1. 1623. 11. Kal. Febr. Pontific. nostri Anno 1.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1623. 11. Kal. Febr. Pontific. nostri Anno 1.

Erectio Religionis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatae.

XII.

latæ, & Regula S. Francisci; cum ejus Privilegiorum, Exemptionum, & Indulgentiarum concessione.

Deposuit hic idem Pontif. Judicem, ut infra in Constit. 27. Cum nos nuper: Confirmavitque Statuta hujus Religionis, infr. Const. 41. Alias supplicationibus.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Urb. An. D. 1623. 1624. & 1625. Proximimus & causa comminatio.

Imperatibilis divinorum Judiciorum Altitudo statim atque humilitatem nostram ad Pontificiam dignitatis cultmen, nullo licet meritorum suffragio, exivit, inter multiplices, gravissimasque Apostolatus nostri curas, ad militares ordines, qui antea diis temporibus maximo Christianæ Reipublicæ bono instituti, in Catholica re firmanda, varia terra, marique discrimina subcentes, gloriose defudant, peculiari sollicitudinis studio mentis nostræ aciem jure optimo convertimus. Quemadmodum enim spiritalibus Evangelicæ justitiæ armis invisibiles militantis Ecclesiæ hostes felici certamine profligantur, ita adversus perditas gentes, quæ superno fidei lumine destituta, Christianoque nomini infensæ, eidem Ecclesiæ perniciem afferre moliantur, visibilibus armorum usu Orthodoxa Religio opportunè propugnatur. Quamobrem inæstimabili gaudio perfundimur, cum Principes viri, vel ad veteres eisdem Ordines amplificandos, vel ad novos Apostol. auctoritate instituendos, animos generosè convertunt. Verùm præcipuè in Domino oblectamur, dum institutionem unius Militaris Religionis sub invocatione Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ meditantur, quam Christi fideles omnes propitiâ apud Unigenitum Filium suum nacti sunt Advocatam, ut pote quæ Mater gratiæ, & pietatis pro humani generis salutem sedula oratrix, apud Regē, quem genuit, semper intercedat, sperantes hujusmodi institutionem ejusdem Virginis Cœlorum Reginæ intercessione præfata Christianæ Reipublicæ uberimos fructus allaturam, præterquam quod hoc pacto Ecclesia ipsa circumamicta varietate cœlestis ejus sponsi jucundiorē se exhibet obtutū: ac terribilibus ut castrorū acies ordinata, dissipat gentes, quæ bella volūt, divinoque suffulta præsidio, nunquam adversus se portas inferi prævalituras ostendit. Hinc verò sit, ut eorum, qui saluberrimum hujusmodi opus sedulè promovere student, porrectas nobis preces pronis auribus excipiamus, & piè conceptis votis, Pontificiæ benignitatis memores, quantum in Domino possumus, annuamus.

Ferdinandus Atarum, & Carolus Nivernienfium Ducis, ac Adolphus Comes, ab Altiſſimo Christiana propagatione hinc Pont. humiliter supplicat.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuæ, & Caroli Nivernienfium Ducum, & Adolphi Comitiss ab Althan petitiō continebat, quod nuper ipsi Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes, animos ad cœlestia erigentes, probeque cognoscentes, nihil Christiano Principi convenientius esse posse, quam ad Dei optimi Maximi bonorum omnium largitoris cultum promovendum, Fidem Catholicam propagandam, Christianorum omnium defensionem, Orthodoxæ Fidei hostium deprecationem, cogitationes, operasque suas convertere, Spiritu sancto inspirante, unius militiæ Christianæ institutionem, in qua omnium nationum, qui Christiano nomine censentur, nobiles, & ingenuè nati viri, pro Fide Catholica, & adversus illius hostes terra, marique, exigente occasione, certaturi recipiantur, meditati sunt. Cumque (sic eorū petitiō subungebat) multi jam in variis nationibus Catholici hoc institutum amplecti, talique Militiæ se adferbere summopere desiderent, sperandumque sit, eam (si Sedis Apost. auctoritate instituatur) Reipublicæ Christianæ non ornamento tantum, sed etiam adjumento futuram. Quare iidem Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes desiderantes, pium hoc, & laudabile opus auspiciis nostris ad effectum perducere, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportunè providere de Benignitate Apostolica dignemur.

Quæ propriam institutionem obsequium B.

§. 2. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, Fideique Catholicæ propagationē ubique vigere sinceris desideramus affectibus, eisdem Ferdinandum, & Carolum Du-

ces, ac Adolphum Comitem in tam laudabili Militiæ Christianæ promovendæ proposito consoventes, ipsosque, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, unam militiam Christianam nuncupandā, sub titulo Concept. B. Mariæ Virg. Immaculatæ, quam Ferdinandus, & Carolus Duces, ac Adolphus Comes præfati semper habuerunt, & habent apud misericordem Filium suum Advocatam, ac sub Regula S. Francisci, necnon sub protectione SS. Michaëlis Arch. & Basilii, pro uno Magistro, qui magnus nuncupetur, & ipsius Militiæ Caput, & Superior existat, cujusque Sedes & Conventus in loco apto & commodo ei assignando sit, & qui in ipsius Militiæ Capitulo eligi, & infra tres menses à die suæ electionis cœputandos, illius confirmationem à Sede Apostolica, à qua confirmari, vel infirmari debeat, prout ordo exegerit rationis, impetrare teneatur.

§. 3. Necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro benevolo.

§. 4. Qui Magister, & Milites habitum ipsius Militiæ gestare.

§. 5. Et quilibet pro sua receptione, seu admissione, seu (ut dicitur) Passaggio ducenta scuta aurea ad rationem duo, cum juliorum pro quolibet scuto hujusmodi Conventus, seu illius Thesauro, vel communi Arario solvere.

§. 6. Novitiarum, seu probationem in aliqua dictæ Militiæ regulari domo, eis à Magistro Militiæ hujusmodi, seu ab eo ad id deputandū assignanda, facere.

§. 7. Et postea Castitatis conjugalis, ac paupertatis, juxta Statuta, seu stibilimenta dictæ Militiæ, ac obedientiæ Vota, & professionem Fidei, ac juramentum fidelitatis Sedi Apostolicæ, & Romano Pontifici pro tempore existenti præstandæ, emittere.

§. 8. Et quotiescumque eis præcipietur, aut occasio vel necessitas postulaverit, terra, marique contra Infideles, ac S. R. E. ac Fidei Catholicæ hostes militare teneantur.

§. 9. Et ad habitum, seu Crucem, ac professionem d. Militiæ nobiles, & ingenuè nati viri, etiam qui cum unica, vel ea defuncta, cum altera tantum muliere Virgine, vel etiam vidua conjugati sint, vel fuerint, & non aliàs absque dispensatione Apostolica admittantur: seu ipsi Milites non conjugati, etiam d. professione emissâ matrimonii cum unica, vel ea mortua, cum altera tantum virgine, vel vidua, absque simili dispensatione cōtrahere possint.

§. 10. Cum mensa magistrali, officiis, juribus, jurisdictionibus & insignibus consuetis, ad instar aliarum hujusmodi militiarum ubivis institutarum, sine tamen aliquo præjudicio, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuè erigimus, & instituimus.

§. 11. Illique sic erectæ, & institutæ pro ejus dote omnes, & quascumque pecuniarum quantitates ex receptione, seu admissione, vel passaggio cujuslibet militis provenientes: ita ut illæ in alios, quàm d. dotis usus, donec aliter à Sede Apost. mandatum fuerit, converti nequeant: necnon alia bona, non tamen Ecclesiastica, sed merè laicalia, ei à quibusvis quocumque pro tempore assignanda, & elargienda, salva semper constit. fel. rec. Clem. Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: Romanum decet Pont. Dat. Romæ apud S. Petrum, pridie nonas Julii, Pont. sui anno 10. ex nunc, prout ex tunc, & contra, postquam assignata, erogata, & elargita fuerint, etiam perpetuè applicamus, & appropriamus.

§. 12. Ipsamque militiam, ac illius Conventum, Prioratus, Præposituras, Ecclesias, & loca, necnon Magistrum, Priores, Præpositos, Milites, tam Ecclesiasticos, quàm Laicos, eorumque ministros, personas, vassallos, servitores, & colonos, ac res, prædia, grangias, & bona quæcumque ratione d. militiæ ad eos spectantia, a quorūvis Primatum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Ordinariorum, & aliquum Prælatorum jurisdictione, & subjectione eximimus, & liberamus, illosque, & illa nobis, & Sedi Apostolicæ immediatè subijcimus, ac sub nostra, & dictæ Sedis tutela, & protectione suscipimus.

M. Virg. Immaculatæ, & Reg. S. Francisci, ac protectione SS. Michaëlis Arch. & Basilii, pro uno Magistro, qui magnus nuncupetur, & ipsius Militiæ Caput, & Superior existat, cujusque Sedes & Conventus in loco apto & commodo ei assignando sit, & qui in ipsius Militiæ Capitulo eligi, & infra tres menses à die suæ electionis cœputandos, illius confirmationem à Sede Apostolica, à qua confirmari, vel infirmari debeat, prout ordo exegerit rationis, impetrare teneatur.

De Mag. Magistri electione vide cap. 10. Statuta, quæ sunt infra in constit. 27. Cum Nos, & de Capitulo de ad statutorum c. 1. Militem, & Ministrorum num. sibi committitur.

Habitum Militiæ omnes gestare. Pro admissione seu. 10. Erant per solvant.

Novitiarum in loco Militiæ faciendæ. Votaque & professionem Fidei, ac juramentum fidelitatis emittere.

Vide c. 6 & 7. Statutorum. Circa infidelitatem, & Fidei hostes militat. Vide c. 7 & 8. ad statutorum. Nobilitatem viri, & ingenuè nati, etiam conjugati recipiantur.

Vide etiam ampliationem hujusmodi sub. Statutorum, c. 40. Statutorum. Inf. in constit. 132. Cum Nos.

Metamorphosis jurisdictionis. & insignia consecuta hac Militiæ habentur. Et instar aliarum. Militiam sic instituta dotem tribuit. Clem. const. est om. 3. n. 78.

Illamque, eius personas, & bona Sedi Apost. subijcitur. Hæc declaratur hic infra.

Militis etiam
bignones super
bonif. Eccle-
sias. Pontificis
officio ad si-
30m. habere
posse decernis.

§. 13. Præterea d. Militiæ Magistro, & Militibus, ut
(etiam si matrimonium cum unica, vel ea defuncta, cum
alia virgine, vel vidua, contraxerint, vel contrahant)
unam, seu plures pensiones annuas, quæ tamen in totum
trecenta scuta mobilia Romanæ ad rationem decem ju-
liorum pro quolibet scuto hujusmodi in singulas perso-
nas non excedant, super Cathedralium, etiam Metropolita-
narum, & aliarum etiam Abbatialium, Conventualium,
& Capitularium mensarum, necnon Monasteriorum,
etiam Consistorialium, Prioratum, Canonicatum, &
Præbendam, dignitatum, personatum, administratio-
num, & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasti-
corum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorum-
vis Ordinum, & Militiarum regularium, qualitercumque
qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juri-
bus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam
distributionibus quotidianis alijs sibi canonicè reservan-
das recipere, percipere, exigere, ac in suos usus, & utilita-
tem convertere, ipsasque pensiones unâ cum Præcepto-
rijs, Prioratibus, aut alijs beneficijs quibuscumque d. Mi-
litiæ, quoad vixerint, retinere libere, & licite possint.

M. Magistro
& Capto. ad
bonam Mi-
litiæ disciplinam
statuta per
Sedem Aposto-
licam appro-
banda, edere
posse amovis.

§. 14. Eisdemque magistro, & Capitulo gen. d. Militiæ,
ut quascumque constitutiones, statuta, ordinationes, capi-
tula, stabilimenta ad prosperam d. Militiæ directionem
ficientia, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus,
Conciliisque Trid. decretis minime contraria, à d. Sede ta-
men approbanda condere, illaque pro rerum, & tempo-
rum qualitate & varietate alterare, revocare, mutare, mo-
derate, corrigere, & alia de novo condere possint; quæ
postquæ condita, alterata, revocata, mutata, moderata, cor-
recta, & de novo edita, & à d. Sede approbata fuerint, &
non alijs, valida, & efficacia existant, suosque plenarios, &
integros effectus sortiantur, & per milites Fratres religio-
sos, & alias ejusdem militiæ personas, inviolabiliter obser-
vari debeat, ita, & taliter, quod milites, & alii religiosi d.
militiæ ab illis nullo modo recedere possint, sed ad illorum
observationem teneantur, & obligati existant, & ad id censu-
ris Ecclesiasticis, & alijs penis cogi, & compelli possint.

Statuta postea
edita, & ab
istis Pont. ap-
probata habet
infrâ in cons-
Cùm Nos.

§. 15. Et quoniam iustis ex causis electio magni Magi-
stri militiæ per præsentem erectæ, usque ad Capit. gen.
in Urbe in festo Sanctissimæ Pentecostes anni 1625. ce-
lebrandum, differenda est, ne interim præfate militiæ
progressus retardetur, & ut ad illius habitum admitti
volentiam devotioni satisfieri possit, eidem Carolo Duci,
ut duodecim ejusdem militiæ milites, in Orientalis, Me-
ridionalis, Occidentalis, & Septentrionalis districtuum
Directores, unum videlicet Ecclesiasticum, & duos alios
ejusdem militiæ milites pro quolibet districtu hujusmo-
di deputare, ipsisque directoribus sic deputatis, ut pro
felici directione d. militiæ aliqua statuta, & ordinationes,
quæ ad locorum, rerum, & temporis qualitatem, secun-
dum eorum conscientiam, accommodata judicaverint, ab
ipsis militibus in dictis respectivè districtibus
observanda, usque ad d. Capit. gen. & tempus, ut præ-
fertur, ad illud celebrandum præfixum, & non ultra,
licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilii
Trid. decretis minime repugnantia, condere, & præ-
scribere: & per se, vel alios ab eis respectivè deputan-
dos, quibusvis personis idoneis, & qualificatis præfate
militiæ se adscribi petentibus, habitum illius tradere, &
cas ad militiam hujusmodi admittere, aliaque ad id dicto
medio tempore necessaria facere, & exequi, respectivè
possint, amplam, liberam facultatem, & potestatem aucto-
ritate, & tenore præfatis concedimus, & impartimur.

Contra supra-
dicto Nover-
m. Duci us-
que ad primam
suum Cap-
dit. Pontif.
an. 1625. ele-
ctum quoniam
bonum & Mi-
litiæ admi-
trandi erant.

Magnus Capit.
ut supra ad
si. un. annuum
fuit promissa-
tum, ut infra
sibi hac Bulla
ha. serv. & de
Capit. vide
c. 9. in Statu-
tis supra-
dictis.

§. 16. Præsentem verò literas etiam ex eo quod causa,
seu causæ, propter quam, seu quas illæ à nobis eman-
ant, iustificatæ, & verificatæ, & interesse forsan habentes,
sive habere prætendentes vocati non fuerint, seu qui-
busvis alijs ex causis de subreptionis, vel obreptionis,
aut militiæ vitio, seu intentionis nostræ, aut quopiam
alio defectu notati, aut impugnati, seu ad viam, & ter-
minos juris reduci non posse, sed semper validas, & effi-
caces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus
sortiri, & obtinere.

Contra supra-
dicto Nover-
m. Duci us-
que ad primam
suum Cap-
dit. Pontif.
an. 1625. ele-
ctum quoniam
bonum & Mi-
litiæ admi-
trandi erant.

§. 17. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &
delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac
S.R.E. Card. etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, nec-

Contra supra-
dicto Nover-
m. Duci us-
que ad primam
suum Cap-
dit. Pontif.
an. 1625. ele-
ctum quoniam
bonum & Mi-
litiæ admi-
trandi erant.

non d. Sedis Apost. Nuntios, in quacumque instantia,
ubicumque, & quomodocumque judicari, decidi, definiti,
ac etiam terminari posse, atque debere, auctoritate Apost.
& eandem tenore præsentium decernimus.

§. 18. Postremò eidem Magistro, militibus, & alijs d.
militiæ personis pro tempore existentibus, verè poeniten-
tibus, & confessis, ac sacra Communione (si id commodè
fieri poterit) refectis, tam die illorum professionis, si verè
poenitentes, & confessi, ac sacra Communione præfata re-
fecti, quàm quocumque die, quo alicui expeditioni, vel fun-
ctioni, aut prælio contra fidei Catholicæ hostes interfue-
rint, si saltem contriti fuerint, plenariam omnium peccato-
rum suorum Indulgentiam, & remissionem elargimur.

M. Magistro
& Militibus
personis In-
dulgentiarum
gratias.

§. 19. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non
concedendis, & alijs quibusvis Apost. necnon Provincia-
libus, & synodalibus, universalibusque Concilijs editis,
& edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus,
& ordinationibus, etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis
Apost. sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatorijs,
irritantibusque, & alijs etiam vim contractus inducenti-
bus Decretis, in contrarium forsan quomodolibet con-
cessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus latissi-
mè hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

Contra supra-
dicto Nover-
m. Duci us-
que ad primam
suum Cap-
dit. Pontif.
an. 1625. ele-
ctum quoniam
bonum & Mi-
litiæ admi-
trandi erant.

§. 20. Volumus autem, quod exemptio præfata non
comprehendat Ecclesias, neque personas in eis, quæ ad
animarum curam pertinent, in quibus Decreta Concilii
Tridentini omninò servari debeant.

Privilegium
de quo supra
§. 12. declarat.

§. 21. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, applica-
tionis, appropriationis, subjectionis, suspensionis, con-
cessionis, impartitionis, decreti, elargitionis, derogatio-
nis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario con-
trahere. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Sanctionem
penales con-
sequenti-
bus impo-
sitæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Do-
minicæ 1625. pridie Idus Febr. Pont. nostri anno 1.

Dat. P. An. 1.
die 22. Febr.

Subsequitur ampliatio auctoritatis magni Magistri,
& gratiarum Militum ejusdem Militiæ.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1624.

Cum Nos nuper militiam Christianam Conceptionis
Deiparæ Virgin. Apost. auctoritate crexerimus, &
instituerimus, ac sub nostra, & Sedis Apost. protectione
susceperimus, illique, & ejus militibus, ac magno Magi-
stro varia privilegia, indulta, immunitates, prærogativas,
gratias, & favores, prout in literis erectionis prædictæ
militiæ sub Dat. Romæ apud S. Petrum pridie Idus Febr.
Pontificatus nostri anno 1. expeditis, plenius continetur,
Apostolica auctoritate concesserimus.

Naves ex-
cise sicut
Christianam
ut hic infra.

§. 1. Ad amplandum eo magis dictæ militiæ felicissi-
mum incrementum; ita ut militantis Ecclesiæ infensibili-
simi hostes tam potentum, & illustrium Virorum for-
titudine, quàm etiam Ecclesiasticorum Principum ma-
jestate, & auctoritate perterriti, ab assiduis, quas erga
Christianam Republicam moluntur, insidijs desistant,
& Catholicæ Fidei propagatio in dies magis au-
geatur. Motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis
oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, mera-
que deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis
plenitudine, ejusdem Militiæ magno Magistro pro tem-
pore existenti, seu ab eo delegandis, vel deputandis, ac
ejusdem Militiæ Institutibus plenam, & omnimodam
facultatem concedimus per præsentem, ut quoscumque
Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, causarum Pa-
latii Apostolici Auditores, necnon Cam. nostræ Aposto-
licæ Clericos, Protonotarios de numero participantium,
necnon utriusque Signaturæ nostræ Referendarios, qui
saltem per biennium & officia sua exercent, Sedis
Apostolicæ servitijs reatiter insulendo, secundum
d. Militiæ

Et præter
ampliationem
auctoritatem
M. Magistro
concedit, ut
certos Prelatos
Rom. Curie
in causam
Militiæ ad-
ci, etc. etc.

URBANUS OCTAVUS.

d. Militie statuta, & const. à Nobis approbatas, absque aliis ab eis faciendis probationibus, in eandem Militiam recipere, admittere, ac illis habitum, & Crucem per eisdem Militie Milites gestari solitum, cõferre liberè, & licitè possint.

Qui sit reo-... Militia indultis... gaudere, in... suisque grad-... bus remanere, ad majores... ascendere, ac... alia benefi-... clesiastica, &... quascumque... pensiones ha-... bere possint.

§. 2. Qui omnibus, & singulis privilegiis, indultis, præ- eminentiis, prærogativis, gratiis, favoribus, immunitati- bus, exemptionibus, quibus alii d. Militie Milites utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere ad Habitum, & Crucem hujusmodi gestare, necnon vocè activam, & passivam in Capitulis, consiliis, etiam supremo secundum dictæ Militie const. faciendis, si ad hoc deputati fuerint, ac aliis d. Militie actibus habere, & in tali habitu, ac suis dignitatibus quas obtinent, remanere, necnon ad quoscumque alios majores, & nobiliores gradus ascendere similiter possint, necnon quæcumque, quoscumque, & qua- liacumque beneficia Ecclesiastica, Prioratus, Præceptorias, Commendas, Præposituras, Abbacias, Personatus, Admi- nistraciones, ac Officia, Dignitates, Canonicatus, ac Præ- bendas in Cathedralibus, seu Metropolitanis, vel Colle- giatis Ecclesiis, si sibi aliis canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliis assumantur ad illa, & in- stituantur in eisdem, recipere, ac dummodo plura simul nõ fuerint, quæ quæ à Conc. Trid. permittuntur, quoad vixe- rint, retinere, & quascumque pensiones annuas usque ad quancumque summam super Cathedralium, etiam Metro- politanarum, & Abbatialium, Conventualium, & Capitu- larium mensurarum, necnon Monasteriorum, etiã Consi- storialium, Prioratum, Canonicatum, ac Præbendarum, Di- gnitatum, Personatum, Administrationum, & Officio- rum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium qualitercumque qualificatorum fructi- bus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam distributionibus quoti- dianis, aliis sibi canonicè referendas percipere, exigere, & in suos usus, ac utilitatem convertere, ipsasque pensio- nes unã cum Præceptorias, & Beneficiis quibuscumque, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè possint, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus, sicque ab omnibus, & singulis censeri decernimus.

Obstantibus... quacumque... temporibus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi- bus Apostolicis, necnon dictæ Militie, etiam juramento, confirmatione Apost. aut quavis alia firmitate roboratis statutis, cõsuetudinibus, cæterisque cõtrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Pis- catoris, die 14. Novemb. 1624. Pont. nostri anno 2.

Subsequitur prorogatio Capituli generalis, de quo supra.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Causa hujusmodi...

Orthodoxæ Fidei, Religionisque zelus, Nobilitas generis, ac eximie devotionis affectus, quo dilectus filius Nobilis vir Carolus Dux Nivernensis Nos & Ro- manam reveretur Ecclesiam, promerentur, ut petitiones suas ad exauditionis gratiam admittentes, ea favorabili- ter concedamus, per quæ Reipublicæ Christianæ progres- sui, semotis impediuntis, consulitur.

Narratio præ- cedens in-... tationem hu- jusmodi.

§. 1. Nuper siquidem supplicationibus dicti Caroli Ducis Nobis porrectis annuentes, Militiam Christianam sub denominatione Conceptionis Deiparæ Virginis Imma- culatæ Apostolica auctoritate creximus, & institimus, ac illius Magni Magistri electionem usque ad Capitulum generale in Festivitate Pentecostes præsentis anni 1625. in Alma Urbe nostra celebrandum differendam, & ne in- terim prædictæ Militie progressus retardaretur, ejusdem Militie Consilium supremum nuncupandum, in dicta Urbe usque ad beneplacitum nostrum, cum certo perso- narum numero statutum duximus.

Causa hujusmodi... prorogatio in... Capituli ad... annum 1625.

§. 2. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte d. Caroli Ducis petitio continebat, propter præsentium temporum calamitates, & undique imminencia bellorum pericula, necnon hostis insidias, dictæ Militie felicissi- mam propagationem non parum impediunt, Capitulum prædictum in Festivitate Pentecostes hujusmodi haberi minime possit, sicque Magni Magistri electionem hujus-

Bullar. Mag. T. 1. p. 11.

modi retardatam esse cõperiat. Etiam pro parte ejus- dem Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, qua- tenus in præmissis opportunè providere, eumque am- plioris gratiæ favore prosequi de benignitate Apostolica dignaremur.

Prorogatio d. Capituli gener.

§. 3. Nos igitur, qui honestis fidelium quorumlibet, præsertim nobilitatis genere pollentium, votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, dic- tum Carolum Ducem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Eccles. sententiis, cen- suris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, posteriori- bus supplicationibus hujusmodi inclinari, tempus ad Ca- pitulum generale prædictum, ac electionem Magni Magi- stri ejusdem Militie faciendam, ut præfertur, præfixum, quod adhuc durat, ad unum annum tantum à die ipsius festivitatis computandum, Apostolica auctoritate tenore præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

Prorogatio d. Capituli gener.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi- bus Apostolicis, dictæque Militie, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro- boratis statutis, & consuetudinibus, ac cæteris contra- riis quibuscumque.

Sanctio pæ- nalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi- nam nostræ abolitionis, prorogationis, extensionis, am- pliationisque infringere, vel ei ausu temerario contra- re. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio- nem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apo- stolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ 1625. sexto Idus Maii, Pont. nostri Anno secundo.

Dat. P. An. 2. die 10. Maii.

Diffinitiones, & declarationes super reassum- ptione Calepodiorum, depositione Solea- rum, & delatione Caputii rotundi, largioris- que Mozzetta, ac protensis Mantelli, à Fratri- bus Minoribus Ordinis S. Francisci Strictioris Observantia deferendi.

XIII.

Quoad hujusmodi Habitum habes etiam sup. const. 1. 1. Pauli III. tom. 1. & Greg. XIV. const. 1. 1. tom. 2. Et quoad d. Fratres Strictiorum Observantia multa notavi sup. in const. 35. Clem. VII. tom. 1. & pa- riter notavi ad const. 8. Greg. XV. Onerosa, sup. Quo verò ad Capuccinos notavi ad const. 21. Clem. VII. sup. tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1624.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, circa statum religio- rum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militan- tium prospere dirigendum, mentis nostræ aciem assidue intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, per quæ pro- spero, felicique eorum statui, atque directioni consulitur, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Cautionem.

§. 1. Cum itaque, causa inter dilectos filios Fratres ejusdem Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinos nuncupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantia ex altera partibus, de & super reassumptio- ne Calepodiorum, & distinctione Habitibus ad præscri- ptum Bullarum per diversos Rom. Pontifices prædeces- sores nostros emanatarum, diu agitata, ac de mandato no- stro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum iterum proposita, per eosdem Cardinales auditis parti- bus, visisque scripturis, maturè, & diligentissimè perpen- sa, & examinata fuerit.

Prævia ex- aminatione, &... Card. C. C. super Regularium causis.

§. 2. Nos eorundem Religiosorum paci, & quieti, fe- licique ac prosperæ directioni, quantum in nobis sit providere volentes, de eorundem Cardinalium cõsilio

Hic Pater de- cem Fratres... Card. C. C. super Regularium causis.

URBANUS OCTAVUS.

Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, quatenus Calepodia reassumere, Soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum recipere debeant, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, necnon quoad Superiores, etiam suspensionis ab officiis ipso facto incurrendis poenis tenore praesentium injungimus, ac insuper locorum Ordinariis, ut in casu transgressionis regulares Strictioris Observantiae praedictas ad id cogant, & compellant.

Recolletosque Fratres nuncupatos Galliae qui non deserunt soleas, sed calepodia, cum constet eos capucium aliquantisper acuminatum deferre, Ven. fratri Bernardino Archiepiscopo Damiatensi, moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolice Sedis in Regno Franciae Nuntio, per praesentes similiter mandamus, ut opportune curet, quod omnino rotundum capucium, mozzettamque largiorem assument.

Supradictos Fratres nuncupatos, etiam praedecessorum nostrorum, per easdem praesentes pariter mandamus, praedictos Fratres Strictioris Observantiae non molestari, quam vi- lioribus, & repetitis pannis, & despecto colore utantur, sed volumus sub eisdem poenis, quod eorum forma habitus quoad Capucium rotundum, Mozzettam latam, & Mantellum perpetuo protensum, sit, & esse debeat Observantiae Fratribus omnino conformis, illumque intra duos menses aptare, ac gestare debeant.

Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & de finiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, illorumque Superioribus, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Januarii 1624. Pont. nostri anno 1.

Sequitur declaratio supradictae Constitutionis.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Super cum causa inter dilectos filios Fratres nostros Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinos nuncupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantiae ex altera partibus, de & super reassumptione Calepodiorum, & distinctione habitus ad praescriptum Bullarum per diversos Romanos Pont. praedecessores nostros emanatarum agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Ven. Fratr. nostrorum S. R. E. Card. negotiorum Regularium praepositorum proposita, & examinata fuisset, eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, quatenus Calepodia reassumere, Soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum reassumere deberent, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, necnon quoad Superiores,

etiam suspensionis ab officiis ipso facto incurrendis poenis injungimus, & aliis prout in nostris desuper in simili forma Brevis, sub die 10. Januarii proxime praeteriti expressis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc autem, cum experientia docuerit, nonnullos ex dictis Fratribus Strictioris Observantiae Calepodia uti agere posse. Nos Fratres Strictioris Observantiae hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Superioribus eorumdem Fratrum Strictioris Observantiae Fratribus senio confectis, aut qui ita infirmi fuerint, ut Calepodia deferre non valeant, ut in domibus regularibus hujusmodi, necnon itinerantibus dumtaxat, qui iter saltem unius diei cum Calepodia habere non possunt, non autem quae stantibus, soleas cum calca- neo usque ad talos circiter, superiori autem pedis parte unica tantum fascia usque ad digitos in circa coopertas deferre absque poenarum, & censurarum incurfu, liberè, & licitè possint, & valeant, super quibus eorumdem Superiorum conscientiam oneramus, concedendi, & indulgendi licentiam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & impartimur. Decernentes, eosdem Fratres Strictioris Observantiae praemissorum occasione nullo modo molestari, perturbari, aut inquietari posse, seu debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus literis nostris praedictis, ac omnibus illis, quae in eis volumus non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 31. Martii 1624. Pontific. nostri Anno 1.

Confirmatio, & Innovatio Constitutionum Greg. XIII. Clem. VIII. & Pauli V. super bono regimine Fratrum Reformatorum Strictioris Observantiae Ordinis S. Francisci editarum. Et additio aliarum ordinationum pro feliciori ejusdem regiminis progressu.

Constitutiones horum Pontificum habes sup. Greg. XIII. const. 55. Cum illius, tom. 2. Clem. VIII. const. 45. Pro juncti, tom. 3. & Pauli V. const. 31. Postulat, d. tom. 3. & pro eisdem Fratribus per totam Italiam nonnullas edidit ordinationes Greg. XV. ut in const. 8. Onerosa.

De horum Reformatorum primae Congregationis approbatione, totaeque ejus statu multa habes indicata in Clem. VIII. constit. 15. In supremo, sup. tom. 3. Cujus Custodiam Bavariae in Provinciam erexit, ac eidem communicavit gratias omnes aliis Hispaniarum Provinciae concessas hicmet Sanctiss. Pont. infra const. 36. Sacrosanctum.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, in quo, dispositione incommutabili divina providentia universalis Ecclesiae constituit principatum, auctoritatem à Christo per Beatum Petrum Apostolorum culmen, sibi traditam intelligens, ut noxia evellat & destruat, utiliaque plantet, & aedificet, & interdum quae rationabilibus ex causis à Sede Apostolica

URBANUS OCTAVUS

sancta sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & majoribus ex causis alterat, & immutat, in hisque pastoralis officii sui partes sollicitè, & prudenter interponit, prout rerum, temporumque qualitatibus debetè pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Aliàs siquidem sel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor noster, dilectos filios Antonium Strozium, & postea, eo à munere infrascripti officii absoluto, Aloysium à Cruce Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantia Reformatorem nuncupatorum professores, prævia electione de ejus persona ad idem officium à Fratribus facta, in Vicarios generales omnium Fratrum Reformatorem citra montes commorantium, & existentium, sub certis modo, & forma tunc expressis fecit, constituit, deputavit, ac respectivè confirmavit, aliisque tunc expressa, tam super ipsius Vicarii generalis auctoritate, & jurisdictione, necnon Capituli generalis eorundem Fratrum Reformatorem celebratione, quam aliàs Fratrum ipsorum gubernio, regimine, atque directione statuit, decrevit, & ordinavit, prout in diversis ipsius Gregorii prædecessoris desuper in simili forma Brevis, & præsertim sub die 24. Novem. 1621. ac die 7. Decemb. 1622. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro pressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nunc verò Nos dictorum Fratrum paci, & quieti, necnon salubri, prosperoque eorundem regimine, atque directioni, quantum cum Domino possumus, per amplius consulere volentes, de consilio dilectorum filiorum nostrorum Dominici Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Gymnasii, Fabricii S. Augustini, Veralli, Gabrielis S. Bartholomæi in Insula de Treio, Scipionis S. Sufannæ, ac Petri S. Salvatoris in Lauro titulorum S. R. E. Presbyterorum Cardd. Valerii nuncupatorum, quibus negotium unionis eorundem Fratrum Reformatorem Fratribus ejusdem Ordinis de observantia, seu de familia nuncupatis examinandum commisimus, deputationes, electiones, & confirmationes de Antonii, & successivè de Aloysii prædictorum personis in eorundem Fratrum Reformatorem Vicarios per eundem Gregorium prædecessorem, ut præfertur, respectivè factas, singulasque ipsius Gregorii prædecessoris literas, ac omnia, & singula in illis quomodolibet contenta, & expressa, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuò revocamus, cassamus, & annullamus, viribusque & effectu omninò evacuamus.

§. 3. De cætero autem perpetuis futuris temporibus eosdem Fratres Reformatos nuncupatos sub obedientia Ministri generalis Minorum de observantia, seu de familia similiter nuncupatorum degere, prout debebant, & vivebant ante primòdictas literas Gregorii prædecessoris, ac aliàs in omnibus, & per omnia secundum dispositionem literarum, seu constitutionum recol. mem. Gregorii XIII. Clem. VIII. & Pauli V. etiam Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum.

§. 4. Hospitium verò S. Isidori de Urbe, pro Provinciis Reformatorem Discalceatorum Hispaniæ, & Indiarum, dicto Ministro generali subijci, qui pro sua prudentia Religiosis ex illis Provinciis ad Romanam Curiam venientibus providere valeat, reservatis omnibus juribus Ecclesiæ fundatori, seu constructori quomodolibet competentibus, quatenus adsint, & competant.

§. 5. Constitutiones præterea dicti Clementis prædecessoris, sub Dat. Tusculi 12. Oct. 1596. Pont. anno 5. quæ incipit, Pro injuncti Nobis, omninò observari.

§. 6. In Capitulis autem tam provincialibus, quam generalibus Fratrum de Observantia, seu de familia prædictorum, eosdem Fratres Reformatos passivam, qui verò deputati, seu electi fuerint in Capitulis provincialibus, juxta constitutiones Clementis, & Pauli prædecessorum prædictorum, etiam activam vocem habere.

§. 7. Ministrumque generalem prædictum, quemvis ex Religiosis Reformatis hujusmodi in alicujus provincie Commissarium interdum ad sui libitum deputare posse, eundemque Ministrum generalem, eos ex reformatis, qui ad illos de observantia, seu de familia de utriusque Superioris, & aliorum licentia, juxta literas dicti Pauli prædecessoris desuper editas transire voluerit, recipere, & admittere debere, illi autem sic transenti, si durante deli-

berationis anno ad Reformatos redire voluerit, regressum non denegandum: finito autem deliberationis anno, hujusmodi regressum illi concedendum nullatenus, nisi eo modo, quo transitus ad Reformationem Fratribus de Observantia, seu de familia conceditur: à Fratribus verò de Observantia, seu de familia ad Reformatos transire volentibus, Clementis, & Pauli prædecessorum prædictorum constitutiones, ipsiusque Pauli decreta super hoc emanata inviolabiliter observanda.

§. 8. Ad hæc in Capitulis generalibus ejusdem Ordinis in Italia celebrandis, omnes Custodes congregari ad Statuta felici eorum gubernio opportuna condenda. Et quando Capitula Generalia, sive Congregationes hujusmodi non celebrabuntur, Custodes singulis triennii in Alma Urbe nostra cum assentientia Protectoris pro tempore existentis pariter congregari.

§. 9. Unum verò pro Regnorum Neapolis & Siciliæ, & alterum ex ipsis Reformatis Visitatores pro reliquis Italiæ reformationibus ab eisdem Custodibus de triennio in triennium, de nostro tamen, vel Rom. Pont. ac ejusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris pro tempore existentis respectivè consensu eligi.

§. 10. Ac contra quos, seu eorum quemlibet, si deliquerit, Generalem Ministrum, cum interventu Procuratoris eorundem Reformatorem, ac majori parte Custodum sui districtus procedere posse, ac debere.

§. 11. Porro Fratres Reformatos ab eorum Conventibus, nisi ex causa in definitorio illius reformationis, vel ab eodem Protectore probata removeri minime posse.

§. 12. Constitutionem autem de non admittendis ad habitum ab Observantibus, seu de familia Novitiis, sed à Reformatis, tum juxta decreta ejusdem Clem. prædecessoris innovari, ac inviolabiliter observari volumus, decernimus, innovamus, constituimus, & declaramus.

§. 13. Decernentes etiam præsentibus literis, & in eis contenta quacumque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, & fore, ac ab omnibus quos illa concernunt etiam inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus ipsius Gregorii prædecessoris literis, necnon omnibus illis, quæ in eis voluit non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 7. Martii 1624. Pontificatus nostri anno primo.

Indictio Visitationis omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum Almæ Urbis, necnon orationis Quadraginta horarum, cum Indulgentiarum largitione pro recta Visitationis directione. Et multarum facultatum concessionem pro ejusdem Visitationis felicio-ri progressu, & expeditione.

Similem constitutionem edidit Clem. VIII. apud ejus Bullæ, Speculatores 8. sup. tom. 3.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.

Delectis filiis universo Clero, & Populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Militantem Ecclesiam, quæ vel cælestis ejus Sponsi commendata præconio progreditur quasi Aurora confurgens, in Evangelicæ perfectionis via subsistere non decet, sed novis semper supernæ gratiæ fulgoribus illustratam, ad ubertorem veluti virtutum lucem, ac sanctitatis decorem æquum est progredi. Hac in re Nobis cogitationem

Greg. XV. ad-
dit cons. cir-
ca Reforma-
tu Strictior.
Observantia
S. Francisci
qua à mo-
missa sunt,
quia in S. seg-
revocantur.

Hic Pont. an-
norum ma-
gu profere
regimine re-
vocat.

Sub obedi-
entiam. Mi-
nistrum de Ob-
servantia, de-
gereg. Greg.
XIII. Clem.
VIII. & Pauli
V. Hæc indicia
hic se, in
rubr.

Eisdem Mi-
nistrum
S. Isidori nu-
per in Urbe
pro discalcea-
tia Hispaniæ
& Indiarum in-
stitutum sub-
stitit.
Clem. Clem.
VIII. qua est
sup. 13. obser-
vantiæ mandæ.
Reformatos
que vocat ha-
bere in Cap-
itulis declaras.

Ministrumque
generalem an-
ticipatam in-
cipit.

Custodes non
solum
ut congregari
possint, docer-
ent.

Visitatoresque
Ano, ut eleg-
visissent.

Et quod ad-
mistrum gen-
eralem Reforma-
tos procedere
possit.

Et à Conven-
tibus venio-
vere.
Clem. Clem.
VIII. de Novitiis
recipere
innovat.
Hæc est cons.
45. sup. tom. 1.
Devisum in
rubr. &
Clausula sub-
lucet.

Delegatio
comparatur.

Fides trans-
umptorum

Dat. P. An. 1.
die 7. Martii

XV.

Edita An. D.
1624.

Proximè
& causæ hæc
sunt.

cogitationem deligentibus anticipaverunt vigilias oculi nostri, ac ut Ecclesiastica res majora in dies ubique suscipiat incrementa, tanto magis ad Nos pertinere intelligimus, quanto in hoc rerum vertice constituti, apertius agnoscimus, imperscrutabili omnipotentis Dei providentia Nos fuisse acceptos pascere Jacob servum suum, & Israël hereditatem suam. Quoniam verò nulla ratione fieri potest, ut in Agro Domini Christianæ virtutes feliciter ferantur, nisi spinæ, quæ suffocant sementem Patrisfamilias, inde pridem evellantur: Nos ut id facilius assequamur, eundem agrum, & vineam, quam plantavit dextera ejus, diligenter repurgare, nihilque eorum prætermittere de crevimus, quæ corruptis moribus corrigendis, sanctisque operibus, quæ vel temporis injuria, vel humanæ naturæ imbecillitate in defuetudinem abierunt, restituendis, opportuna esse arbitramur. Licet autem Christiana Respublica universa multiplici malorum genere vexetur, omnibusque ejus partibus, quod maxime deplorandum est, medicina opus esse intelligamus, eam tamen Almx Urbis nostræ non uno nomine præcipue duximus adhibendam, quandoquidem hæc est Civitas supra montem posita, quæ totius Orbis patet obtutui: hæc eadem pietatis exemplum cunctis ad imitandum propositum, primaque Catholice Religionis Sedes tantis divina munificentia honorum prærogativis decorata, ut verè de ea dicatur: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

*Indicis hic
Pom. Vifitationem Eccl.
& priorum locorum Urbis, eamque sex Episcopis, & monachis, & sacris et ipforum videtur cons. f. 99.*

§. 1. Cum igitur hæc ita se habeant, pro nostro pastoralis muneris peculiarem hunc agrum & gregem nostrum recognoscere, & Romanæ Urbis omnes tam Patriarchales, quàm Collegiatas, earumque Capitula, necnon parochiales, cæterasque alias Ecclesias, & personas: item Monasteria, Conventus, & Ecclesias quorumvis Ordinum Regulares, tam virorum, quàm mulierum, Hospitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, Montem Pietatis, & omnia quocumque nomine censeantur loca pia, per infra scriptos Archiepiscopum, & Episcopos visitare staturimus. Quod quidem saluberrimum opus, etsi per Nos ipsos inchoare, proficere, & perficere vehementer optamus, nihilominus dum ad alia quamplurima, eaque gravissima negotia, quorum mole assidue premimur, cogitationem convertimus, aliis eam provinciam cogimur demandare. Quapropter Venerabilibus Fratribus Ulpiano Archiepiscopo Theatin, necnon Raphaëli Zacynthien, Octavio Caballicen, Ludovico olim Adrien, Antonio Casertan, ac Alexandro nuper Hieracen, Episcopis, de quorum pietate, & Ecclesiasticarum rerum peritia à Nobis ipsi multa possumus polliceri, ad hoc munus obeundum maturo consilio delectis, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltationem, Vifitationem hujusmodi committimus, illamque vobis omnibus indicimus, quam in proxima futura Dominica in Albis in Sacrosancta primaria Lateranen, Ecclesia iidem Archiepiscopus, & Episcopi inchoabunt, ac statutis diebus Deo juvante proficientur.

Horatio nomen ne corrigendo præsumptis, & propriis, & vifitationem præsumant.

§. 2. Ut autem nostram Vifitationem ea spiritualia commoda, quæ Nos divini cultus amplificationi & propagationi, necnon animarum salutis p.terna charitate studentes & cupimus, & speramus, feliciter consequantur, omnes per viscera misericordie Dei nostri, qui visitavit nos oriens ex alto, & hortamur, & monemus, ut memores vocationis suæ, opportuna vita, & morum emendatione eandem Vifitationem præveniant. Quod quidem eos facile, & libenter præstituros confidimus, si memoria repetierint, se in ea Urbe Clericalis officii munera obire, quam in montibus sanctis fundatam, ac sanctissimorum Martyrum sanguine refectam, & irrigatam, non nisi uberrimos pietatis, & religionis fructus, ad totius Christiani Orbis ædificationem beata fecunditate proferte decet.

Suber in Sc. clibus et per. per P. or. non. Oportet quod hinc, & laudat ad implendum, & utitur pro. no. vifitatione. d. 175.

§. 3. Quoniam autem non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ac nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nos infirmitatem nostram humiliter agnoscetes, ad cælestem opem implorandam, volumus ut sexta Feria eandem Dominicam antecedente, in nonnullis Ecclesiis Urbis Patriarchalibus, Collegiatis, & aliis præcipuis per dilectum filium nostrum in eadem urbe Vicarium in spiritualibus genera-

lem præscribendis, sanctis. Eucharistiæ Sacramentum solemniter in Altari exponatur, ac Quadraginta horarum oratio de more celebretur.

§. 4. Quæ ut sollicitudinem nostram magis sublevet, ac laborem illorum, qui hæc in re Vicariam Nobis operam præstituri sunt, efficacius adjuvet, universos Christi fideles in hac Alma Urbe commorantes hortamur, ut Deo, qui cor contritum, & humiliatum non despicit, digna pœnitentiæ fructibus placere studeant.

Horatio nomen ad effectum orationis.

§. 5. Quod quidem ut libentius, & salutarius fiat, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus Romanæ degentibus, qui visitatis Ecclesiis hujusmodi, seu eorum aliqua, eodem ipso proximo Dominico die post diligentem peccatorum suorum confessionem, sacram Eucharistiam sumperint, & ut hæc nostra Vifitatio ad Dei gloriam, & animarum salutem feliciter eveniat, piè in quavis Ecclesia oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam concedimus, & elargimur.

Vifitationem Ecclesiæ, & C. omnium peccatorum, & plenariam indulgentiam.

§. 6. Omnes igitur simul dilecti filii, sive ex clero, sive ex Populo veterem hominem exuentes, in novitate spiritus ambulemus, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino in toto corde serviamus, ut ejus misericordiam copiosam, cum ad hoc sanctæ Vifitationis opus, tum ad cæteras necessitates nostras, fratumque nostrorum bonis operibus, & sedulo pietatis cultu impetremus.

Venerabilibus, ut videretur, & servitia.

Datum Rom. apud S. Petrum Anno Incarnationis Domini: 1624. sexto Kal. Aprilis, Pont. Nostri Anno 1.

Das. P. A. die 27. Jul.

Sequitur demandatio vifitandi nomine Pontificis in Parochialibus Ecclesiis infirmos existentes, & sequo elemosynam elargiendi.

URBANVS PAPA VIII. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Theat. necnon Raphaëli Zacynthien, Octavio Caballicen, Ludovico olim Adrien, Antonio Casertan, ac Alexandro nuper Hieracen, Episcopis, & Apostolicam benedictionem.

Edictum An. 1614.

Upientes in hac nostra pastoralis Ecclesiarum Almx Urbis Vifitatione non solum divini cultus conseruationem, & incrementum, quantum in Nobis est, modis omnibus procurare, verum etiam animarum salutis prodesse, & corporales Christi pauperum, præsertim infirmorum indulgentias, quantum cum Domino possumus, paternam charitate sublevare.

Exordium & can. a.

§. 1. Cum hæc omnia per Nosmetipsos exequi, ob ad duas, quibus detinemur occupati, necquaquam possumus, Fraternitati vestræ, & vestrum cuilibet presentibus mandamus, ut conjunctim, vel divisim Parochias Ecclesiarum diligenter perlustrare, ac perquirere studentis, atque earum pauperes infirmos graviter decumbentes singulos nostro nomine visitetis.

Quil. perma. in Pont. a. das ad. vif. or. ut equ. unum vif. gent. in jug. is Parochial. Ecclesiis. pauperes infirmos graviter decumbentes. & que Apol. benedictionem semel impartitur.

§. 2. Apostolica, & nostra eis benedictione, ut moris est, semel impartitis, paternis monitis & salutibus consolationibus recreetis.

ut ad patientiam, ac Ecclesiis sacris suscipiendis hortentur.

§. 3. Hortantes ipsos, ut in humilitate, & patientia propter Deum corporis infirmitatem, & dolores sustineant, & ad parendum divinæ voluntati, quancumque ei placuerit ipsos ex hoc sæculo revocare, se piè, & Christiane præparent, sinceroque corde ad Deum conversi, humiliter ab eo suorum peccatorum veniam petant, atque omnia Ecclesiastica Sacramenta, quibus Christi fideles ex hac vita migraturi se præmunire solent, & debent, devotè, & reverenter suscipiant.

Confessio, & sacra Communionis, & scilicet plenitudinal.

§. 4. Nos enim eorum singulis ante vel post vestram vifitationem, ut præmittitur, pœnitentibus, confessionis, & Sancti Eucharistiæ Sacramento refectis semel plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem elargimur.

Ac elemosinas per elemosyn. Palatii Apostolici Elemosynarium, qui prout cujusque eorum egestas, & personarum conditio postulaverit, etiam oblati nostra impensa charitatis subsidii, pecuniis, cibis, potu, pharmacis, vestibus, medicorum ope, cæterisque ad victum, seu ad recuperandam valetudinem necessariis, temporalibus, & iur.

§. 5. Volumus autem, ut eò interim vobiscum adductis dilectum filium nostrum, & Palatii Apostolici Elemosynarium, qui prout cujusque eorum egestas, & personarum conditio postulaverit, etiam oblati nostra impensa charitatis subsidii, pecuniis, cibis, potu, pharmacis, vestibus, medicorum ope, cæterisque ad victum, seu ad recuperandam valetudinem necessariis, temporalibus, & iur.

quibus

quibus nunc regentur, eorum necessitatibus succurrat. Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 29 Martii 1624. Pont. nostri anno 1.

Sequitur indulgentiam ad Visitatoribus concessam exercendi ubique Pontificalia.

Sequitur facultas cognoscendi causas quascumque, etiam criminales, absque irregularitatis incursum.

URBANVS PAPA VIII. Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli Zacynthien. Octavio Caballicen. Ludovico olim Adriani. Antonio Casertan. ac Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

URBANVS PAPA VIII. Editio An. D. 1624. Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli Zacynthien. Octavio Caballicen. Ludovico olim Adriani. Antonio Casertan. ac Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa huius confit.

Quoniam in prosequendo munere Visitacionis Ecclesiarum, & piorum locorum huius Alme Urbis nostrae, ad quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus, facile contingere poterit, ut aliqua negotia criminalia pertractanda sint.

Indulgentiam de qua in rubr.

§. 1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum securitati opportunè providere volentes, vobis, & cuilibet vestrum, ut tam conjunctim, quam divisim, durante huiusmodi Visitacione, ac illius occasione dumtaxat quascumque querelas, accusationes, denuntias contra quascumque personas, tam Ecclesiasticas, saeculares, vel regulares, quam laicas cujuscumque status, gradus, dignitatis, & praeminentiae existen. recipere & audire, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta Visitacione, vel illius causa emergentes, tam Ecclesiasticas, quam profanas, & tam civiles, quam criminales & mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, sive ad aliorum quorumcumque instantiam, aut ex officio, audire, cognoscere, quandoque Nobis referre, Nobiscumque communicare, ac juxta mandata nostra, seu alias prout iustitia fuerit, & ordo dixerit rationis, illas decidere, & terminare, aliasque in illis vos immiscere, ac sine aliquo conscientiae scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incursum, etiam si inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii poena infligenda venerit, dummodo vos ipsi a sententia sanguinis per vos ipsos ferepta abstineatis, liberè, & licite valeatis, licentiam concedimus, & indulgemus.

Et sique ex-tesio ad omnes tam de- nuntiantes, vel quomodocumque con- siliis, aut auxilium, seu fa-vo-rem praestantes.

§. 2. Utque liberè ab omnibus denuntiationes, querelae, & accusationes, ac causas quascumque ad dictam Visitacionem pertinentes deferri possint, omnibus similiter & singulis personis, tam laicis, quam clericis, etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis, saecularibus, & quorumvis Ordinum, Congregationum, & instituti regularibus, quavis etiam Episcopali, vel majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate, vel praeminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem visitacionis, seu alias illius occasione aliquid, quod ad praedictas causas pertinet, per viam denuntiationis, querelae, vel accusationis, palam vel occultè, spontè vel ad aliorum, etiam Procuratoris Fisci instantiam, in iudicio vel extra iudicium revelaverint, aut in praemissis testimonium dixerint, vel aliquid propterea scripserint, subscripserint, indicaverint, dictaverint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati responderint, vel ad reos detegendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos iudicia, votum, consilium, auxilium vel favorem, per se, vel alium, directè praestiterint, sive tanquam Iudices ordinarii, vel delegati, Custodes, Scribae, Testes, Tabelliones, Consultores, Procuratores, Advocati, seu alias se in praemissis quomodolibet ingererint, nullam propterea poenam vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant, concedimus pariter, & indulgemus.

Contraria re-vo- cat.

§. 3. Non obstantibus generalis Concilii, atque aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cujuscumque Ordinis, & Monasterii, atque Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 29. Martii.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29. Martii 1624. Pont. nostri anno 1.

Officii nostri est, pastoralia munera, quae divina favente clementia administranda suscepimus, ea prompto, hilarique animo prosequi, eos vero quos in eisdem pastoralibus muneribus prosequendis assumpimus, & deputavimus, nostrae item mentis est opportunis facultatibus adhuc munire, ut illis suffulti incumbentia onera meliùs subire, & inceptum onus perficere quamprimum valeant.

Procurium.

Cum itaque occasione visitacionis nostrae Apostolicae, quam in universa Alme Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, monasteriis, locisque sacris & piis, proximis diebus indiximus, & quam nuper etiam inchoavimus, experientia comprobante cognoverimus, aliquando necesse esse in compluribus ejusdem Urbis, ac illius districtus Ecclesiis Altaria consecrari, campanas, caemeteria, indumenta- que Ecclesiastica benedici, Sacramenta ministrari, & alia pontificalia munia exerceri.

Causa huius confit.

§. 1. Vobis & vestrum cuilibet, quos in eadem Visitacione operarios & adjuvatores delegimus, & deputavimus, plenam per praesentem concedimus facultatem, ut in quibuscumque, tam intra eandem Urbem ac propè, & extra illius muros, quam etiam intra ejusdem Urbis districtum sitis Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, necnon Monasteriis, Prioratibus & domibus saecularibus, seu cujuscumque Ordinis mendicantium, militiarum, Congregationis, aut instituti regularibus, tam virorum, quam mulierum, atque hospitalibus, oratoriis, sacellis, caemeteriis, locisque piis, aut religiosis, tam exemptis, Nobisque & Apostolicae Sedis immediatè subjectis, quam etiam non exemptis, & cujuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli aut denominationis seu Cardinalatus, aut alias quomodolibet, & ex quavis causa subjectis.

Quo conceditur Visitator. praedictis exercendi officia in quibuscumque Ecclesiis Patriarchalibus, quamvis exemptis.

§. 2. Altaria, ac ipsa sicut Ecclesias consecrare, aut illa vel easdem Ecclesias, aut illis annexa reconciliare, seu etiam caemeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta, & ornamenta Ecclesiastica quaecumque, & aquam, ut moris est, benedicere.

Altaria, & Eccl. consecrandae, ac paramenta, vestes, & similia benedicendi. Sacramentum Corporis, ac sanguinis ministrandi.

§. 3. Sacramentum Confirmationis, quod ex ritu in visitacione ministrari consuevit, quibus, ubi, quando, & quoties vobis, seu cuique vestrum expedire videbitur, ministrare.

Missam, & Vesp. Pontificalem ritum celebrandi, & cantandi.

§. 4. Sacrosanctum quoque Missae sacrificium, necnon Vesperas, & quaecumque alia divina officia solemnè, ac pontificali ritu in Ecclesiis, & locis in quibus vos id ad maiorem animarum consolationem, spiritualemque profectum, & ad ipsam etiam quam intendimus reformationem inducendam pertinere iudicaveritis, celebrare, & decantare.

Necnon concionandi tam publice, quam private.

§. 5. Verbi Dei praedicationes, & conciones ad Dei amorem, & timorem in cordibus fidelium excitandum, & accendendum, publicè ad Clerum & Populum, seu alias privatim, prout occasio & necessitas postulabit, habere.

Et alia munia Pontificalia, quae specialiter concessi, indiget ex i. c.

§. 6. Aliaque omnia, & quaecumque munia Pontificalia, etiam quae notam aut expressionem requirent magis specialem, & sub generali huiusmodi concessione non comprehenduntur, etiam erga personas alioquin habiles & idoneas exercere, etiam nullo alio à Nobis expectato aut requisito mandato, liberè, & licite valeatis.

Contraria tollit.

§. 7. Non obstantibus Apost. ac in Conciliis tam generalibus editis, dictarumque Ecclesiarum, monasteriorum, Ordinum, Congregationum, militiarum, hospitalium, aut domorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, & ceteris contrariis quibuscumque.

Datum

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29. Martii 1624. Pont. Nostri Anno 1.

Sequitur aliarum facultatum concessio pro d. Visitationis feliciori progressu.

URBANVS PAPA VIII. Venerab. Fratibus Pipiano Archiepiscopo Theatin. necnon Roberto Zacynthien. Orazio Caballicen. Ludovico olim Adrian. Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Ven. Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Um in pastorali visitatione, quam nuper vobis mandavimus, quamque Deo adjuvante profecundam intendimus, Cleri nimirum Romani, & omnium Almar Urbis Ecclesiarum, & piorum, ac religiosorum locorum, vos potissimum ex Episcoporum ordine delegerimus, & Nobis in eo munere operarios, & adjuvatores assumpserimus: Nos ut vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, uberioremque ad cultus divini propagationem, & animarum salutem, Deique gloriam patriam fructum, providere volentes.

§. 1. Vobis, & vestrum cuilibet in solidum circa visitationem ipsam, eaque durante mandata quæcumque, etiam vivæ vocis oraculo per vos & vobis accepta, illis ad quos ea res pertinet referendi, & ore tenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis vestris, & cuilibet vestrum de ordine nostro factis hujusmodi plenam & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari, tanquam nostris Apostolicis mandatis volumus, & jubemus.

§. 2. Mandata quoque, & præcepta quæcumque necessaria, & opportuna illis in rebus, quæ visitationis hujusmodi præparationem, statum, progressum, & executionem concernunt, decernendi, faciendi, eaque exequi jubendi.

§. 3. Per quascumque tam Ecclesiasticas, sæculares, & cujusvis Ordinis regulares, necnon etiam laicas pro rebus, & negotiis ad visitationem hujusmodi pertinentibus, ad vos vocandi, & personaliter coram vobis citandi, opportunitate juris & facti remediis compellendi.

§. 4. Similes item personas quascumque, & tanquam principales, & tanquam testes, seu tanquam principales quoad se, & tanquam testes quoad alios examinandi, & ut veritati testimonium perhibeant admonendi, & etiam cogendi, juramenta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad factorum Canonum præscriptum, ac recuantes per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, etiam corporales vobis benevolitas compescendi.

§. 5. Memorialia etiam vobis inscripta & directa, atque instructiones, relationes, delationes, querelas etiam secretas contra quascumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu alijs, prout rerum & personarum qualitas requirere, juxta ordinationes nostras, & ex auctoritate vobis tradita providendi.

§. 6. Congregationes aliquarum personarum, quæ vobis in consilium super præmissis adhibendæ videbuntur faciendi, & illas easdem personas auctoritate nostra vocandi, & cum eis de negotiis visitationis hujusmodi tractandi, consultandi, & deliberandi.

§. 7. Commissarium sive fiscalem visitationis unum, sive plures eligendi, & deputandi, sive electos cassandi arbitrio vestro, toties quoties vobis videbitur removen. & alium, seu alios in locum cassati, & amoti subrogari.

§. 8. Quotiescumque vobis etiam videbitur, & etiam seorsum à vobis & iteratis vicibus quarumvis d. Urbis, seu extra illam, intra tamen illius districtum consilientium Patriarchalium, Collegiarum, Parochialium, seu aliarum Ecclesiarum, etiam cujusvis, etiam S. R. E. Cardinalatus, tituli, aut denominationis, seu Cardinalatus, aut alijs quomodolibet, vel ex quavis causa subjeclarum, seu cujusvis Capellæ, vel Oratorii, necnon monasteriorum, tam viro-rum, quam mulierum, prioratum, domorum, & locorum sæcularium, seu cujuslibet Ordinis, etiam mendicantium, Congregationis, militiæ, aut instituti regularium, aut hospitalium, etiam exemptorum, Nobisque & Apostolicæ Sedis immediate subjeclarum, eorumque Capitulum, Con-

ventium, Universitatum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, etiam laicorum, nullo alio specia-li nostro expectato ordine vel mandato, aut etiam requi-sito consensu vel licentia, illa & quælibet illorum visitan-di, ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regi-men, statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, doctri-nam, & idoneitatem singularum personarum, conjunctim vel divisim, & tam in capite, quam in membris, necnon circa divinum cultum, religiosam functionem, Ecclesiarum decorem, fructum, & introituum dispositionem, regula-rem religiosorum tam viro-rum, quam mulierum observan-tiam, aliaque omnia & singula ad actum hujusmodi visi-tationis quomodocumque spectantia diligenter inquire-di, ad hunc effectum quæcumque illorum archivia, biblio-theças, librorum quæcumque in illis continentur docu-menta & instrumenta authentica, scripturas, libros ratio-num dati & accepti, computa & ratiocinia perlustrandi, præsertim verò sacras Reliquias, & quibus ipse sacre Re-liquias, necnon Sanctum Eucharistiæ sacramentum, & res ad alia Ecclesiastica Sacramenta pertinentes continentur, sacra vasa, thecas, tabernacula, necnon indumenta, ornamenta, & instrumenta, utensilia, & suppellect. Ecclesiasticam, & pretiosam diligenter inspiciendi, & ad prædicta exhiben-da quascumque personas cogendi, compellendi, ac in præ-missis omnibus, & singulis quæcumque correctione, emen-datione, reformatione indigere cognoveritis, corrigendi, emendandi, reformati, processusque necessarios desuper faciendi, & Nobis referendi, seu juxta ordinationes nos-tras in his opportunè providendi, mandata, decreta, sta-tuta, & ordinationes executioni demandandi, & custodiri, & observari præcipiendi, demumque omnia alia, & singula, quæ hujusmodi visitationis negotium, ulteriorem pro-gressum, executionem, & ea facta, & facienda, mandata, d. creta, statuta, & ordinationes concernunt, & concer-nent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, faci-endi, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi.

§. 9. Contradictoresque, & vobis in præmissis inobe-dientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favo-rem publicè vel occultè, directè vel indirectè quomodolibet præstantes, per suspensionis, ac etiam privationis bene-ficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & temporales, etiam mancipationis carceri, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appella-tione postposita compescendi, auxiliumque brachii sæ-cularis, si opus fuerit, invocandi, plenam, liberam, & am-plam, & universam tribuimus potestatem.

§. 10. Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, & spectabit, quacumque dignitate, auctori-tate, potestate, & præminetia fulgentibus, ut vobis, & cuilibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis prom-ptè partant, & obediant, alioquin sententias, seu pœnas, quas ritè tuleritis, seu statueritis in rebelles, ratas habe-bimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactio-nem condignam inviolabiliter observari.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi-bus Apostolicis, atque Ecclesiarum, Monasteriorum, Hof-pitalium, Ordinum, Congregationum, militiarum, Con-fraternitatum, & aliorum piorum locorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis quoque, indul-tis, exemptionibus, & literis Apostolicis illis, & cuivis il-lorum, ac superioribus & personis eorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, qui-buscumque sint concepta verborum formis, & tenoribus, quos præsentibus pro expressis haberi volumus, specia-liter, & expressè, ac latissimè ad effectum præsentium de-rogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 30. Martii 1624. Pont. nostri anno 1.

Sequitur deputat. Secretarii prædictæ Visitationis.

URBANVS PAPA VIII. Venerabilis Fratris Orazio Caballicen. Venerabilis Frater salu-tem, & Apostolicam benedictionem.

Retum, quæ Nobis cordi sunt, & quibus universæ, & quæquam meditantur, Reformationis pars non ultima continetur

Tabes obtem-perari coram mandatu, tanquam à Pote. viciis vobis oraculo, vel alius factu.

Et omni ed-qua mandata pro d. visita-tione præpa-rationis, sta-tu, progressu, & executione. Dat. ipse fa-cultatem vo-candi ad si-quoscumque personam, tam Ecclesiasticam, & sæculares. Et quæcum-que communi-um & privatorum favore com-pellendi.

Memorialia inscripta, quæ-velas, & sumilia recipiendi, ac super eis providendi. Congregatio-nem personarum pro consilio & tra-ctatu d. visi-tationis faci-endi. Necnon Com-missarium, sive fiscalem unum, sive plures creandi ac mutandi. Ad id præsta-rem concessio omnia loca re-ligiosa, & pia V. l. i. vel quæcumque alia omnia con-fraternitatis, visitationis, ibique inspicendi. Ar. in via, li-bros, & sumilia, & c. & quæ oportuna prædictis ob-temperandi.

Contradictores, quosque, & rebelles con-sequendi.

Mandata obedi-entiam d. d. visitationis præberi.

Contrariis collis.

Edicta An. D. 1624.

continetur curam sedis, & diligentibus viris libenter committimus.

visitationem ad ista commissa Episcopi inter quos in ipse Cardinalis

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis jam pridem per- specta fide, & diligentia plurimum in Domino confidentes, Visitationis nostrae Apostolicae, quam in omnibus Almae Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, monasteriis, locisque sacris, & piis, secularibus, & regularibus, univcrsoque Clero, Populo, Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli, Zacynthien. Octavio Caballice. Ludovico olim Adrieni. Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracensi Episcopis unam tecum commisimus & demandavimus.

quem modum in secretis visitationis.

§. 2. Te & Secretarium duximus deligendum, prout etiam per praesentes munus hujusmodi cum omnibus, & singulis facultatibus, & auctoritatibus, praerogativis, privilegiis, & juribus quae tale officium obtinenti, & exercenti quomodolibet competere possunt, & debent, Motu proprio tibi committimus, & demandamus, teque etiam Secretarium Visitationis praedictae creamus, constituimus & deputamus.

in facultate secretis omnibus quae ad d. omnia quomodolibet dare possunt.

§. 3. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem ejusdem Visitationis decreta, statuta, ordinationes, mandata, praecpta, inhibitiones, informationes, relationes, ordinem, & seriem ordinandi, describendi, & in libellos, seu commentarios, sive etiam in publica, & authentica documenta, & instrumenta redigendi, caeteraque omnia, & quae cumque ad idem munus spectantia gerendi, & exercendi, etiam si notam & expressionem requirerent magis specialem, & sub generali commissione hujusmodi non veniant.

Mandat. ordinandi. in secretis. Cre. d. Secret. manu & signo munitis omnino eundem dant. in iudicio, quam extra. Hortatur ut lenē se gerat in isto munere. Dat. P. An. 1. die 30. Martii.

§. 4. Nos enim volumus iis, quae a te de rebus in visitatione gestis, & ordinatis fieri & emanabunt, documentis, & scripturae tua manu, ac sigillo munitis plenam, atque indubitam fidem nunc, & perpetuis futuris temporibus, tam in iudicio quam extra illud omnino haberi, neque ad id probationis alterius adminiculum requiri.

§. 5. Tu igitur in delato tibi munere ita te gere, ut fidem & diligentiam nunquam a te desideralle latemur.

Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Martii 1624. Pont. nostri Anno 1.

Subsequitur alia facultas avocandi ad se quascumque causas occasione d. Visitationis in aliis Tribunalibus, & coram aliis Iudicibus antea captas, vel instructas, ac in statu, in quo tunc reperientur.

Edita An. D. 1624.

URBANUS PAPA VIII. Venerab. Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli Zacynthien. Octavio Caballice. Ludovico olim Adrieni. Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracensi. Episcopis. Ven. Fratres saltem, & Apostolicam benedictionem.

Can. hujusmodi.

UT in prosequendo visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almae Urbis nostrae munere, ad quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus, causae occurrentes omni qua fieri potest celeritate, justitia mediante terminentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes.

Facultas visitationis avocandi ad se quascumque causas occasione d. visit. coram quibusvis Iudicibus, pendentes, seu instructas, ac in statu in quo veniant, itaque manu regia, & prout juris fuerit, terminandi.

§. 1. Motu proprio, & ex certa scientia nostra vobis, ut ultra alias facultates per diversas nostras in simili forma Brevis expeditas literas vobis attributas, ut omnes, & singulas causas occasione Visitationis hujusmodi, coram quibuscumque Iudicibus, tam ordinariis, quam delegatis pendentes, & etiam instructas, in statu, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali ad vos auctoritate nostra avocare, illasque summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognoscere, & sine debito, prout iuris fuerit, terminare.

Necnon in Ecclesiis quibus Missarum operibus, ad Altaris privilegia

§. 2. Praeterea ubi contigerit, alicui Altari, etiam pro defunctis privilegiato, seu Capellae tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus praescriptis nequeat illis satisfieri, quicquid magis ad Dei honorē, Ecclesiarum

utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translationem partis Missarum hujusmodi ad aliud altare, seu Altaria, etiam non privilegiata, videritis expedire, te tamen diligenter per spectata, statuere, & ordinare, ut in eis commodius, ac plenius pia defunctorum voluntati satisfiat, transferre, caeteraque omnia & singula in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint quae magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite possitis, & valeatis, a postolica auctoritate tenore praesentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impartimur.

quae non sunt nisi una die non potest, ad hanc seu ipsorum partem ad alios, vel alia Altaria privilegiata, & non privilegia transferendi, & commutandi, & alia providendi.

§. 3. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud S. Mariam majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Julii 1624. Pont. nostri Anno primo.

Contrariorum derogatio. Dat. P. An. 1. die 11. Julii.

Confirmatio, & Approbatio Privilegiorum, Indultorum, Facultatum, Exemptionum, Immunitatum, Libertatum, & aliarum gratiarum omnium quomodolibet concessarum Hospitali, & Religioni S. Joannis Hierosolymitani.

XVI.

Alia de hac Militia habes sup. ad const. 2. Anast. III. Christianae, tom. 1. praeter qua habes etiam const. 30. Pauli V. de promovendis ad magnam Crucem, Jusf. tom. 3.

Novissime hic Sanctissimus Pontifex confirmavit Decretum a Sacra Congregatione Card. Concilii Tridentini Interpretum, ad favorem hujus Militiae emanatum circa const. Gregorii XV. de Conservatoribus infra in const. 78. Exponi. Et etiam quamplura in electione Magni Magistri supradictae Militiae observanda sancivit in const. 84. In specula. Hic infra.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1624. Ad perpetuam rei memoriam.

UNIVERSALIS Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae sapientiae providentiam, meritis licet insufficientibus praepositi, inter multiplices pastoralis officii curas illam peculiari sollicitudine libenter amplectimur, qua privilegia, gratiae, & indulta Militiae, & Hospitalibus quibuslibet ad majorem Dei gloriam, suaeque Ecclesiae sanctae exaltationem, illius vero hostium profligationem pie, providēque instructis, a Rom. Pont. praedecessoribus nostris concessa, quo majoris validitatis munimine subsistant, Apostolicae confirmationis patrocinio muniuntur, prout rerum, temporumque qualitatibus debite pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Proximam Leo X & alii Pont. multa privilegia, & servata Hospitali S. Joannis Hierosolymitani a Sede Apostolica concessa, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personas Hospitalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existentem, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, praedia, domos, molendina, & bona quaecumque quae obtinerent, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, jurium etiam synodali, & canonicarum portionum, seu charitativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartae, aut aliam quomodolibet, aut aliorum quoruncumque onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, prout in diversis ipsorum praedecessorum desuper concessis literis plenius continetur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, aliis fel. record. Leo X. Clemens VIII. Paulus III. Pius IV. & Pius V. Romani Pontifices praedecessores nostri inter alia privilegia, & servata Hospitali S. Joannis Hierosolymitani a Sede Apostolica concessa, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personas Hospitalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existentem, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, praedia, domos, molendina, & bona quaecumque quae obtinerent, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, jurium etiam synodali, & canonicarum portionum, seu charitativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartae, aut aliam quomodolibet, aut aliorum quoruncumque onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, prout in diversis ipsorum praedecessorum desuper concessis literis plenius continetur.

Leo X & alii Pont. multa privilegia, & servata Hospitali S. Joannis Hierosolymitani a Sede Apostolica concessa, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personas Hospitalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existentem, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, praedia, domos, molendina, & bona quaecumque quae obtinerent, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, jurium etiam synodali, & canonicarum portionum, seu charitativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartae, aut aliam quomodolibet, aut aliorum quoruncumque onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, prout in diversis ipsorum praedecessorum desuper concessis literis plenius continetur.

§. 2. Et licet ipsi Milites, & aliae personae praedictae non debuissent a quoquam contra dictorum privilegiorum

legis in usum hujusmodi, & alia, & servata Hospitali S. Joannis Hierosolymitani a Sede Apostolica concessa, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personas Hospitalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existentem, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, praedia, domos, molendina, & bona quaecumque quae obtinerent, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, jurium etiam synodali, & canonicarum portionum, seu charitativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartae, aut aliam quomodolibet, aut aliorum quoruncumque onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, prout in diversis ipsorum praedecessorum desuper concessis literis plenius continetur.

Subtus Greg. XIII. & alii...

giorum tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipsi non modo eorum facultatibus, & for-

Pius IV. com...

§. 3. Et præterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster eidem Magistro, & Con-

Quam Greg. XIV. in cons...

§. 4. Et nihilominus à quibusdam quandoque dubitaretur, an ante, vel post mortem possessorum unio, seu dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet, idem Gregorius prædecessor ad tollendum omne dubium, & ambiguitatem, que in præmissis in futurum oriri poterant, ut quodcumque eis videretur, sive ante, sive post mortem possessorum, Prioratus, Bajulivatus, Castellaniam Empostæ, & alia ejusdem Ordinis beneficia unire, & dismembrare liberè, & licitè possent, & valerent: Necnon omnia, & singula privilegia, & exemptiones prædictas, etiam ad Confratres, & Donatos ejusdem Hospitalis extendi deberent, decrevit, & declaravit, ac decretum, & declarationem hujusmodi, aliisque præmissa fel. record. Clem. VIII. Paul. V. Greg. XV. Rom. Pont. similiter prædec. nostri approbarunt & confirmarunt, prout in eorundem prædecessorum literis plenius continetur.

Nunc Pont. privileg. gratiarum, exemptionum, & immunitatum per alios Pont. Magistro & Conventui...

§. 5. Nos itaque attendentes præclara ejusdem Hospitalis erga fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam promerita, ac cupientes ut privilegia, exemptiones, & gratie eo firmiter subsistant, quo sæpius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priorem, Bajulivos, Castellaniam Empostæ, Præceptores, Milites, & Fratres, & eorum singulos, singularesque dicti Hospitalis personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendū, harū serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon omnium, & singulorum privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per prædictos, & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali prædicto, illiusque Magistro, Conventui, & Fratribus, Militibus, aliisque personis prædictis concessorum, ac literarum de super cōsecratarum tenores præsentibus pro expressis haberes, Motu proprio, non ad Magni Magistri, & Conventus Hospitalis hujusmodi, aut alicujus alterius super hoc eis Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eidem Magistro, & Conventui quomodolibet concessa, Apost. auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuè, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus.

Classificatio...

§. 6. Decernentes præsentibus literis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentio-

nis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii vocati non fuerint, notari impugnari, vel invalidari minime posse, minusque sub quibuscumque similibus; vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendì posse, sed semper ab illis exceptis, & quoties illæ emanabūt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, sicque ab omnibus censeri.

§. 7. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apostolicæ pro tempore existentibus Nuntiis, ac Curie causarum Cameræ Apost. generali Auditori per præsentibus motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magni Magistri, & Conventus fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem Magnum Magistrum, & Conventum confirmatione, approbatione, decreto, & aliis præmissis uti, frui, & gaudere, non permittentes eos per Ordinarios prædictos, aut quoscumque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, aut inquietari, contraditores quoscumque, & rebelles, per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas hujusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, interdictumque Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 9. Non obstantibus præ mem. Bonifacii Papæ Octavi etiam prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac aliis quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ordinationibus, necnon juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis, etiam prædictis locorum Ordinariis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam consistorialiter, & de Fratrum nostrorum consilio, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 10. Eorundem autem Prædecessorum vestigiis in hærentes, volumus quod fel. rec. Pii V. 22. Sept. anno 6. ac Gregor. XIII. prædecessorum nostrorum literis sub anno 15. Novemb. anno 9. Pont. suorum expeditis, in suo robore, & efficacia permanentibus, præsentibus literis Ecclesiasticis, & personis in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Conc. Trid. hujusmodi omnino servari debere intendimus, minime comprehendant.

§. 11. Ac quod præsentium literarum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio & extra illud ubique locorum plena & indubitata, eademque prorsus

ita iudicari...

Execratorum...

Contraria...

Confl. 156. Pii V. sup. tom. 2. Gregor. XIII. confil. 60. circa curam...

Exemplis...

profus fides adhibeatur, que ipsi presentibus adhibe-

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29. Martii 1624. Pont. Nostri Anno 1.

XVII. Indictio Jubilaei universalis pro Anno 1625, quo plenaria peccatorum venia indulgetur iis, qui Basilicas SS. Petri, & Pauli Apostolorum, & S. Joannis Lateranen. ac S. Mariae Majoris de Urbe visitaverint, & ibi pro totius populi Christiani salute pias ad Deum preces effuderint. Ac suspensio quarumcumque aliarum Indulgentiarum dicto Anno durante. Necnon ejusdem Jubilaei concessio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, aliisque Christi fidelibus carceratis, & infirmis Romanam venire impeditis.

De hac materia vide supra in secunda rubr. const. 58. Clem. VIII. tom. 3. Scias autem quod post hujus Jubilaei indictionem multa Oppida, Civitates, & Terra Regni Sicilia pestilentia morbo graviter afflictae ceperunt, iste vero Summus Pontifex ad Urbem Romanam, totamque Ecclesiam ditionem conservandam ab hujusmodi periculo. & ad removenda impedimenta, quibus retardari possent Christi fideles a visitatione quatuor Ecclesiarum Urbis, deputavit Ecclesiam S. Mariae Transyberim loco Ecclesiae S. Pauli extra mœnia existens, unius ex praedictis quatuor, eidemque concessis (cumulative tamen) omnes Indulgentias Ecclesiae antedictae S. Pauli, ut hic infra const. 34. Paterna. Aliam quoque deputationem trium Ecclesiarum in Urbe, loco aliarum trium ex septem extra Urbem positarum, eadem ex causa factam habes in ejus const. 35. Paterna. Et paulo deinde bellorum turbine, & sanguinis effusione vexata est tota fere Europa. Ideo hic Pontifex ad Patrem misericordiarum recurrens, aliam plenariam peccatorum Indulgentiam promulgavit, ut infra const. 39. Divinae.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Evangelizati appropinquatum Annus sanctum ad Jubilaei celebrationem.

Omnes Gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis, non enim ut in veteri lege, sacerdotalis buccinae clangore, sed Apostolicae vocis oraculo sacrosanctum Jubilaei Annum jam Regis saeculorum beneficio appropinquantem, vobis evangelizamus, Annum divino cultui dicatum, ac ferventioribus Christianae pietatis studiis destinatum, Annum remissionis, ac veniae, tempus acceptabile, dies salutis. Licet enim nulla excurrant tempora, quae Divinae largitatis muneribus fecunda, spiritualibus nos non cumulent bonis, ac nunquam ad ineffabilem Dei misericordiam, ejus aspirante gratia, nobis aditus praeceladatur; nihilominus tot, tantaque eo Anno ad hominum sanctificationem beneficia caelitus promanant, ut penè omnes sacros thesauros divina munificentia in Christi fideles diffundere videatur. Quapropter si quinquagesimus Annus, quem Deus Moysen sanctificare iussit, incredibili Hebraeorum plausu, atque inestimabili gaudio extipiebatur, quanto magis decet Christianum orbem sacro Jubilaei anno recurrente, laetari? Laboriosa eo tempore agriculturae opera intermittebantur: nunc proprio quisque parcens labori, fructus quos Christi Domini, Deiparae Virginis, ac Sanctorum merita protulerunt, ubertimos percipit. Distracta tunc praedia, alienique juris effecta recuperantur, nunc virtutes, dona, & merita, quibus peccando meritò exuimur, liberali Dei misericordia recipimus. Ex-

Bullar. Mag. Tom. IV.

les tunc patriam repetebant: nunc ad caelum, unde exultantes in hac lacrymarum valle miserè pererramus, & nos nobis praemonstratur, & aperitur.

§. 1. Vos igitur Catholici Principes, qui tot decorum prerogativis insigniti, ad Christianam pietatem promovendam ardentibus, quam caeteri obligationis nexibus obstricti estis: Vos omnes Christi fideles, quos Romana Ecclesia materno gremio complectitur, ad jucundissimam sacrosancti hujus Jubilaei celebrationem, paterna quae urget Nos, charitate vocamus, & invitamus, ac quasi tubam exaltantes vocem nostram, prophetica in vos oracula convertimus, & clamamus. Audite haec omnes Gentes, auribus percipite qui habitatis Orbem. Advenit dies poenitentiae ad redimenda peccata, ad salvandas animas: appropinquat tempus, quo Dei misericordia eos tandem convertat, quos fera ejus ulciscendi voluntas diu toleravit. Humanae vitae breviteratem vobis ipsi ob oculos proponite, cogitate nos instar aquae dilabi, ac vitam nostram velut à rexe te praecidi. Et quamvis nonnulli ex Rom. Pont. praedecessoribus nostris eidem Jubilaei Anno concelebrando praescriptum olim temporis spatium providè arcantes, tam solemnem culparum remissionem, divinaeque Justitiae debitam poenarum relaxationem intra angustiores annorum limites contraxerint, nihilominus ob paucitatem dierum nostrorum paucis illam redituram putantes, quaeramus Dominum dum inveniri potest, invocemus eum dum propè est. Venite ergo ad locum, quem elegit Dominus, ascendite ad mysticam hanc Hierusalem, tot, tantisque à Deo beneficiis aucta, tot muneribus cumulata, ut verè de ea dicatur, Fluminis impetum lactificare Civitate Domini, caelestium nempe fluminis gratiarum, cujus opportuna irrigatione fidelium Animae foecundantur. Venite, & afferte Domino gloriae nominis ejus, adorate Dominum in Atrio sancto ejus. Hic, filii dilectissimi, verè confitebimini Deo in Ecclesia magna, in populo gravi laudabitis eum, quandoquidem haec est caeterarum Ecclesiarum Magistra, prima Catholicae religionis Sedes, Mater credentium, Orbis Caput, Vertex rerum, quapropter & caelestes benedictiones, quas sititis, hic non ex rivulis petitis, sed haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, aquas videlicet saluberrimas, quibus haustis, efficietur in vobis fons aquae salientis in vitam aeternam.

§. 2. Haec igitur Nos praec oculis, atque in votis habentes, Romanorumque Pont. praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, & eorum pium ac saluberrimum institutum retinentes, de Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Jubilaei celebrationem in Annum proximum 1625. à primis Vesperis Vigiliae Nativitatis D. N. Jesu Christi proximè futurae inchoandam, & per totum Annum ipsum finiendum, auctoritate Dei Omnipotentis, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quanto maximo possumus animi nostri gaudio, ad ipsius Dei gloriam, & Catholicae Ecclesiae exaltationem indicimus, & promulgamus. Quo ipso Jubilaei Anno durante, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, qui Ecclesiam Lateran. BB. Petri, & Pauli Apost. necnon S. Mariae Majoris de Urbe Basilicas semel saltem in die per triginta continuos, aut interpolatos dies, si Romani, vel Incolae Urbis, si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem dies devotè visitaverint, & pro ipsorum fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, ac veniam misericorditer in Domino concedimus, & impartimur.

§. 3. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad Urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Urbe morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte praeventi, praesinito dierum numero non completo, ac ne quidem fortasse inchoato, praemissa exequi, ac Ecclesiam, & Basilicas hujusmodi obire nequeant: Nos pia, promptaque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè favere cupientes, eosdem verè poenitentes & confessos, praedictae Indulgentiae, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si Ecclesiam, & Basilicas praedictas diebus à Nobis praescriptis re ipsa visitassent.

§. 4. Vos autem Venerabiles Fratres nostri Patriarchae Primates, Archiepiscopi, & Episcopi in partem sollicitudinis

Principes, & omnes ad istius celebrationem convocati, & invitati.

Jubilaei Urbis celebrationem in proximo Anno 1625. in diebus, & poenitentiam impenitentiam, & ad illam quatuor Cathedras Urbis Ecclesiae.

Impediti iter agros, & Ecclesiae visitaverint, benignè providet. De his visitationibus hic infra.

Praesentibus praesentibus ut omnes rei memoriam.

36 URBANVS OCTAVVS.

Ad hunc modum vocati, capite rubas argenteas, quarum usus est in Jubilæo, adhibere prædicationem verbi Dei, & præ-

...quiritur, docete omnes, si unquam alias, nunc potissimum iras, rixas, contentiones, & inveterata odia extinguenda propter Christi nanc præcipue omnes carnis, sordes esse detergendas, ut templum Dei mundum sit, & unusquisque vas suum possideat in honore, & sanctificatione, & portet Deum in corpore suo. Docete eos nunc maxime scelera detestanda esse, dandamque operam, ne quis Christiano nomine abutatur. Docete lectos Indulgentiarum thesauros lucrandi spem omnem inane esse, nisi quis contrito, & humiliato corde, se ipsum præparet, & Christianis operibus exerceri audeat. Qui autem divitiis abundant, aperiat viscera sua, & fratrum suorum pauperum inopiam sublevent, præcipue vero erga Peregrinos Romam venientes, misericordes sint, & sanctam hospitalitatem Deo gratissimam, & quam verissimè illi Christiani, etiam inter persecutionis fluctus diligentissime colerunt, ipsi quoque multa hilaritate spiritus renovent, & que observent, faciantque sibi amicos de mammona iniquitatis, ut recipiantur in æterna tabernacula. Admonete etiam omnes, ut orent pro Regibus, & Principibus Christianis, ut quieti, & tranquillam vitam agamus, & pacis concordiam perpetuo coleretur. Postremo docete eos, cum sanctam peregrinationem susceperint, qua modestia, qua devotione, qua fraternæ paci obsequia conueni eos oporteat, ut sint Christi bonus odor in omni loco. Præbere autem vos ipsos, Fratres, Ven. & omnium Clerum exemplum in pietatis bonorum operum, & formam regis, ut vestra virtutis, ac religionis yeluti sale ceteri condiantur, & omnem peccati putredinem abhorreant, & denique omnes unanimiter in uno spiritu Christianæ charitatis, atque in omni sanctitate, & iustitia Deo serviamus.

§. 5. Hortamur quoque, & rogamus in Domino charissimos in Christo filios nostros Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos, ut quo plura, & magis illustria beneficia ab eo per quem Reges regnant, acceperunt, tanto ardentius, ut par est, ad Dei gloriam procurandam pio zelo excitentur, præcipue vero fratrum nostrorum Episcoporum, & superiorum Antistitum pastorem sedulitatem, & vigilantiâ adjuvent, & magis à suis magistratibus, ac ministris adjuvari mandet, ut improborum licentia coerceretur, & honorum studia eorum regia ope, & gratia foveantur, maxime autem erga peregrinos beneficentiam & liberalitatem exerceant, curentque ut tutis incedant itineribus, & nulla hominum perditionis vexatione perturbentur, sed hospitalibus, domibus, & publicis hospitibus amanter excepti, & commoati, & rebus ad vitam necessariis recreati, sine ulla concussione, & injuria institutum iter læti peragant, & cum gaudio in patriâ revertantur, his enim hostiis Reges potissimum, & Principes Deû sibi placabile reddent, ut diu in terra felices vivant, & demum in æterna tabernacula recipiantur ab illis ipsa pauperibus, erga quos misericordiam exercuerint, in quibus Christus pascitur, & nutritur.

§. 6. Ut vero præsentibus litteris ad omnium fidelium quibuscumque locis existentium, notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, sigilla manibus eandem prioris fidei dem haberi, que haberetur iisdem præsentibus, si exhibere forent, & ostense.

§. 7. Nulli ergo, omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Dar. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1624. Kal. Maii, Pont. nostri anno 1.

Anno à Nativitate Domini 1624. Idibus Maii, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Urbani Pape VIII. anno 1. Supra scripta littera Apostolica, lecta & publicè fuerunt in archiepiscopali Basilica Principis Apost. de Urbe per me infra scriptum Abbreuiat. de Curia.

Augustinus Hieronymus Abbreuiator de Curia. Anno Domini 1624. Idibus Maii, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Urbani Pape VIII. anno 1. Supra scripta littera Apostolica, lecta & publicè fuerunt in archiepiscopali Basilica Principis Apost. de Urbe per me infra scriptum Abbreuiat. de Curia.

Sequitur suspensio aliorum Indulgentiarum hoc Anno Sancto data:

URBANVS EPISCOPVS

Quia nuper S. Jubilæi celebrationem à vigilia Nativitatis D. N. Iesu Christi anni proxime vent. inchoandam, & usque ad finem eiusdem Anni duraturam, univèrsò populo Christiano de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Card. assensu indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum Basilicas, & S. Joannis Lateran. ac B. Mariæ Majoris de Urbe Ecclesias visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, & veniam concesserimus, prout in nostris nuper desuper confectis litteris plenius continetur.

§. 1. Cupientes, ut Christianæ nationes ex omnibus terrarum orbis locis in Alma Urbe nostra in fidei, ac religionis unitate congregatæ, eodem pietatis ac devotionis spiritu Basilicas, & Ecclesias prædictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem Jubilæo visitent, & frequentent, multorum Romanorum Pont. prædecess. nostrorum exemplo adducti, omnes, & singulas Indulg. etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, ac facultates, & indulgentia absolvent. etiam in casibus Sedi Apostol. reservatis, etiam in litteris die Cæne Domini legi solitis contentis, quibusvis Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, etiam S. Jo. Hierosolymitani, domibus, militiis, & ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam laicorum, Universitatibus & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam secularibus, quam quorumvis etiam mendicantium ordinum regularibus personis, coronisque, gratis, imaginibus, & numismatibus, ex metallo, seu quacumque alia materia confectis, tam singulariter, quam univèrsim per quoscumque Rom. Pont. prædecess. nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipsi etiam Imperatori, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Ecclesiastica dignitate, etiam speciali notâ digna fulgentibus, ad instar Jubilæi, aut alias quomodocumque, & ex quibusvis causis, & occasionibus, sub quibuscumque ten. & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Mōta proprio, & ex certa scientia, ac aliis quomodolibet confectis, quorum omnium ten. formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis haberi volumus, Apostol. auctoritate, de eorundem Fratrum consilio & assensu, ac Apostol. potestatis plenitudine suspendimus, & suspensas esse declaramus, easque & ea eodem Anno durante, nulli prodelle, aut iustitiam debere, irritum quoque & inane decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Quocirca per præsentem auctoritate Apost. præcipimus, & mandamus, ne igitur alie quam indicet à Nobis prædicti Jubilæi Indulgentiæ, sive publicæ, sive privati, quovis prætextu, ubi vis locorum, & gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, alii que arbitrio Ordinariorum infringendis pœnis publicentur, vel nuntientur, aut in usum demandentur.

§. 3. Non

Principibus Romanis, ut ad pia opera, & præcipue ad Peregrinos, subtrahantur, & ad alia se occupent.

Exemplis huiusmodi omnibus.

Sanctissimus quoque pontifex ad pagin.

Dar. Romæ 1. April.

Publicatio die 17. Maii 1624.

Relatio prædicta in d. huiusmodi.

Suspensio omnium aliarum Indulgentiarum, & facultatum ab hoc Anno.

Et prohibito.

Contrarium derogat.

§. 3. Non obstantibus... ordinacionibus Apostolicis, necnon Ecclesiasticis, monasteriorum, conventuum, ordinum, Congregationum, hospitalium, Confraternitatum, Universitatum, Collegiorum & locorum, aliorumque praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis, etiam Superioribus, & personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Rom. Pont. praedecessores nostros, ac Nos, & d. Sedem, eisque Legatos, sub quibuscunque ten. & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, & ex quibusvis causis concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si in illis caveatur expresse, quod sub similibus, vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis, & individua mentio fiat, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praesentium hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Exemplum fidei.

§. 4. Et quia difficile nimis esset, praesentes quocumque, ubi illis opus fuerit, perferri, volumus earum exemplis etiam impressis, Notarii publici manu, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae ob signatis eandem prorsus fidem in iudicio & extra ubique locorum adhiberi, quae adhiberetur praesentibus, si essent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae suspensionis, declarationis, decreti, praeccepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. An. die 17. Maii. Publicatio die 17. Maii.

Dat. Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1624. sexto Non. Maii, Pont. nostri anno 1. Anno a Nativitate D. N. Iesu Christi 1624. Indi. 7. die vero 17. mensis Maii, Pont. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Pont. sui anno 1. supradicta litera Apostol. publicatae & affixa fuerunt ad valvas Basilicarum S. Io. Lateran. Principis Apost. de Vibe, ac Cancell. Apost. & in acie Campi Flora, dimissis ibidem earundem literarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis earundem literarum copiis affixis, ut moris est, per nos Camillum Fundatum de Cesis, & Brandimartem Latinum S. D. N. Papa praebatis Curf. Octavianum Spada Mag. Curf.

Sequitur eiusdem Tullii concessio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, aliisque Christi fidelibus carceratis, & infirmis hoc anno 1625. Romam venire impeditis.

Edita An. D. 1624.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctimonialibus eo quod in clausura vivunt.

Pontificia sollicitudo, quamvis omnium Christi fidelium salutem prospiciat, praecipue tamen spiritualibus Sanctimonialium profectibus paternae charitatis affectu studet providere, ipsae enim sunt filiae, quae oblitae popululum suum, & domum patris sui, animi splendore caelestem Regem oblectant, ipsae sunt prudentes virgines, quae lampades suas charitatis flamma succensas providere aptantes meliorem partem elegerunt, & dum vitam caelitus petitam ducunt, non modò sibi ipsis ad caelum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus ceterisque quoque Christi fidelibus eam aperire student. Quare summo opere optandum est, ut vitae ratione, quae eas Angelis quodammodo aequat, constantissimè retineant, ac dent operam, ut sicuti praclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita post huius vitae certamina in caelesti patria feliciter coronentur.

Anachoretis, & Eremitis simile vitae genus ducunt: Ideoque ipsi Romam venire non valent.

§. 2. Quoniam autem consimile vitae genus quamplurimi Anachoretarum, atque Eremitarum, ut supernarum rerum contemplationi securus vacent, laudabiliter elegerunt, spiritualibus quoque ipsorum incrementis, paternis visceribus maxime ducimus consulendum. Cum igitur tam ipsi, quam praedictae Sanctimoniales perpetua vivant clausura mancipatae.

Neque carcerati & infirmi.

§. 3. Necnon multi, ut accepimus, utriusque sexus Christi fideles, partim carceribus detenti, partim vero diuturna infirmitate praepediti, non solum in Alma Urbe nostra, & Italia, sed in aliis etiam regionibus, provinciis, & locis reperiantur, qui, & quae respectivè impedimentis huiusmodi remotis, pro percipiendis praesentis anni Jubilei fructibus, ad Almam Urbem nostram omnino venirent, & Basilicas, Ecclesiasque ad id deputatas, benedicente Domino, indubitanter visitarent, ob praedicta impedimenta, ad Urbem huiusmodi minime venire, neque respectivè Basilicas, & Ecclesias ipsas visitare valeant.

periantur, qui, & quae respectivè impedimentis huiusmodi remotis, pro percipiendis praesentis anni Jubilei fructibus, ad Almam Urbem nostram omnino venirent, & Basilicas, Ecclesiasque ad id deputatas, benedicente Domino, indubitanter visitarent, ob praedicta impedimenta, ad Urbem huiusmodi minime venire, neque respectivè Basilicas, & Ecclesias ipsas visitare valeant.

§. 4. Nos pro pastoralis officii nostri debito, paternaque charitate, illorum omnium animarum salutem, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, omnibus, & singulis Sanctimonialibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis huiusmodi, necnon utriusque sexus Christi fidelibus, tam carceratis, quam infirmis praedictis, tantum, & qui aliis impedimentis, longae carcerationis, ac diuturnae infirmitatis cessantibus, ad hanc Almam Urbem, pro thesauris spiritualibus huiusmodi consequendis, venturi fuissent, verè poenitentibus, & confessis, quod in locis ubi eos esse contigerit, pia Christianae pietatis, & charitatis opera juxta formam ab Ordinariis locorum, seu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque huiusmodi Superioribus, vel de eorum mandato, à prudente Confessario, in Alma vero Urbe à dilecto filio nostro Vicario, seu ejus Vicegerente, tantum praescribenda, pro cujuslibet status & conditionis ac loci, & temporis ratione habita, exercendo, & alla nostris in literis indictionis Anni Jubilei contenta adimplendò, omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenissimam consequantur, & eorum quilibet consequatur, quas consequentur, & consequi possent, si in hoc praesenti Anno Jubilei, diebus ad id statutis, quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almae Urbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Jubilaeum, & Indulgentiae praedictae concessae sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret.

Hic idem... alio modo hinc praescripto... quodammodo... lai indulgentiam obtulit.

§. 5. Eisdemque Sanctimonialibus, & Christi fidelibus impeditis huiusmodi, ut ad effectum praesentium Confessorios praebiteros saeculares, vel cujusvis Ordinis regulares, ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet à quibusvis peccatis, criminibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Apostolicae Sedi reservatis, etiam in Bulla Cense Domini contentis, in iuncta eis poenitentia salutaris, absolvere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Et ad facultatem eligendi ad hanc effectum Confessorios locorum ab Ordinariis ab probatis, qui non ab omnibus peccatis absolvere possint.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 7. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Huiusque confessionis ea & plus credi iubet.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 28. Januarii 1625. Pont. Nostri Anno 2.

Dat. P. An. die 28. Janu.

Approbatio quorundam Statutorum in Capitulo generali Fratrum Minorum S. Francisci de Paula editorum, circa ea quae agenda sunt in casu mortis Patris Generalis totius Ordinis.

XVIII.

Ultra ea, quae habes ad const. 5. Sixti IV. Sedes, super tom. 1. scias istis Fratribus ambitum prohibuisse Paul. V. in const. 117. Admonemur, super & paulò post à quodam Ioanne Pizzullo in Urbe institutum fuisse Collegium pro Fratribus Studentibus huius Ordinis Nationis Calabren. prout videre est in const. 5. Ex iuncto, huius Sanctissimi Pont. hie sup. cum alia const. incipien. Inter cetera, praedictam subseq. qua prohibetur administratio tam dicti Collegii, quam ejus honorum aliis Fratribus, quam dicti Ordinis, ac Provinciae Calabriae. Confirmationem demum omnium Privilegiorum ipsius Ordinis ab ipso S. D. N. factam, lege in const. 19. Injuncti.

Et ad facultatem eligendi ad hanc effectum Confessorios locorum ab Ordinariis ab probatis, qui non ab omnibus peccatis absolvere possint.

Hec Statuta quae inserta sunt pro indigentia
commoditate.

Urbanus PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Uta, qua pro personarum quarumlibet, praesertim
Regi saeculorum obsequiis sub suavi Religionis jugo
Altissimo humiliter prospere, felicique regimine sa-
cra fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persi-
stant, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confir-
mationis patrocinio communitus, prout conspiciamus in
Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nomine dilecti filii Egidii Camart Corre-
ctoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franci-
sci de Paula Nobis nuper expositum fuit, quod alias pro
felici ejusdem Ordinis directione, & praesertim illius Vi-
carii generalis electione, nonnullis Statuta condita fue-
runt tenoris subsequenti, videlicet.

Primo, statutum fuit in Capitulo generali ejusdem
Ordinis habito Paulo anno 1535, auctoritate Apostoli-
ca confirmato, quod si contingeret (quod Deus avertat)
Reverend. Patrem Generalem diem claudere extremum,
sicut de Vicario generali electo per ejusdem Generalis so-
cios cum Reverend. Patre Provinciali illius Provinciae,
in qua morietur, vel ei proximioris, si extra Provinciam
quandam morietur, ac socii illius, & Correctore locali
ubi morietur, vel proximioris Conventus. Qui omnes
simul praedicti electores de toto gremio religionis unum
in Vicegeneralem usque ad proximum Capitulum gene-
rale celebrandum eligant, ita tamen quod nullus praedi-
ctorum eligentium ad praedictum officium assumi valeat:
hic autem in praedictum Vicarium, etiam pro quocumque
tempore assignatus, in Generale immediate, & postmo-
dum reelegi, & deputari valebit.

§. 2. Deinde in ultimo generali Capitulo ejusdem Or-
dinis habito Romae in Conventu Sanctissimae Trinitatis
anno 1623, sessione decima, quae facta fuit, an in casu mor-
tis Reverendissimi Patris Generalis (quod absit) standum
esset in numero electorum jam ab aliis Capitulis deputa-
torum, an potius idem numerus esset augendus, & variis
hinc inde discussis rationibus, tandem negotium remisit
Patri Generali, qui una cum suis Collegis, consulto
etiam Illustrissimo Protectore, determinarent quid esset
agendum: Quapropter facta circa hoc matura considera-
tione, prout infra statuendum consentaneum duximus.

D. S. P. Circa electionem Vicarii Generalis. Primo de morte
Generalis, & quis erit ejus Vicarius usque ad
electionem.

Patre Generali claudente diem extremum, continuo
antiquior ex Collegis, qui tunc praesentes aderunt, acci-
piat utrumque sigillum Ordinis, Vicegeneralis funga-
tur officio tantisper, donec cum Patribus electoribus ad
electionem Vicarii generalis procedatur.

Secundo, de momentis Superioribus Ordinis circa mortem
Generalis.

Praefatus Pater Collega in Vicarium institutus, ut pri-
mum mors Patris Generalis acciderit, notam illam faciat
omnibus Provincialibus Ordinis, tum ut debitè oratio-
nes, & sacrificia pro anima defuncti offerantur, tum ut
electores futuri Vicarii generalis praeparent se ad ele-
ctionem faciendam.

Tertio, de potestate Collegiarum Sede Generalis vacante.

Quandiu Sedes Generalis vacabit, non poterunt Col-
legae ullam visitationem facere, neque instituere ullos
Provinciales, aut alios Superiores, neque illos deponere.
Non poterunt etiam ulla Statuta condere, vel aliquem
Fratrem privare, aut rehabilitare, neque ullam rem magni
momenti expedire, sed omnia reservabuntur Vicario ge-
nerali futuro. Poterunt autem arguentia negotia, & quae
celerem resolutionem requirunt, expedire, fratresque
scandalosos punire.

Quarto, de electoribus Generalis.

Ex qualibet natione Italiae, Galliae & Hispaniae qua-
tuor Patres convenient ad locum destinatum cum tribus
Patribus Collegis Generalis praedefuncti, ut eligant si-
mul Vicarium generalem, nempe duo Provinciales, &
duo Commissarii ex qualibet natione.

Quibus postea
in alio Capitulo
de hinc
collocatis an
1623, etiam
in alio addi-
to esse hinc.

Responsum
fuit P. m. m.
in alio Sta-
tuto fuisse à
Cap. gen. civ.
de electione
Vicarii in ca-
su mortis P.
Generalis, et
que Apostol.
confirmata.

Quinto, de Provincialibus, & quomodo assumi
debent.

Porro Provinciales assumuntur secundum ordinem an-
tiquitatis Provinciarum, mutando de sexennio ad sexen-
nium juxta seriem dictarum Provinciarum, exempli gra-
tia in hoc sexennio habebunt jus electionis pro Italia Pa-
tres Provinciales S. Francisci, & Mellani, pro Gallia Tu-
ronensis, & Franciae, pro Hispania Granatensis, & Castel-
lae: in futuro autem sexennio duo alii Provinciales Pro-
vinciarum proximè succedentium in qualibet natione se-
cundum antiquitatem, & ita deinceps de sexennio in se-
xennium, donec impleatur numerus Provinciarum cujus-
libet nationis. Poterunt autem Provinciales quibus con-
tinget in suo ordine interesse electioni Vicarii generalis,
causa evidenter infirmitatis substituere Vicarium, prout
fit in Capitulo generali.

Sexto, de Collegis Patris Generalis morbo detentis.

Similiter si Patres Collegae Generalis, vel illorum alter
morbo aliquo ita detineantur, ut non possint adire locum
ad electionem destinatum, poterunt substituere aliquem
Patrem idoneum ex illa natione, cujus sunt Collegae, qui
literis authenticis munitus jus habebit in electione.

Septimo, de Commissariis.

Commissarii verò non assumuntur ex eisdem Provinciis,
ex quibus Provinciales veniunt ad electionem, sed ex
duabus Provinciis proximè succedentibus, ad hoc ut
plures cujuslibet nationis concurrant ad electionem Vi-
carii generalis.

Octavo, de quibus fieri debeat electio Commissariorum.

Ipsi verò Commissarii eligantur respectivè in suis Pro-
vinciis à Provinciali, Collegis, & Definitoribus Provin-
ciae, veniantque ad locum deputatum muniti literis au-
thenticis suae deputatiōnis.

Nono, de Correctore Conventus ubi morietur
Generalis.

Ceterum si Pater Generalis decedat in aliquo Con-
ventu, Superior illius Conventus veniet ad electionem
Vicarii generalis futuri, & tunc pro illa natione, in qua
est ipse Corrector, non eligatur nisi unus Commissarius,
nempe in antiquiori Provincia ex duabus, quae venient
in ordinem, ad hoc ut votorum sit paritas in qualibet na-
tione, & Provincia, in qua non fuit electio, pro hac vice
carebit suo voto, ita ut in subsequenti sexennio assu-
mantur Commissarii ex aliis duabus Provinciis immediatè
subsequentibus.

Decimo, de morte Generalis extra Conventus.

Si verò contingat Patrem Generalem mori extra Con-
ventum, ut puta in itinere, vel in mari, vel in alio quo-
vis loco, secundum quod frequenter accidit inter im-
mensa pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus vi-
cioribus loci decessus hujusmodi intererit electioni,
sed tantum Provinciales, & Commissarii.

Undecimo, quod semper Corrector Conventus ubi morietur Pater
Generalis, votum habeat.

Quamquam verò Commissarii nullo modo assumi de-
beant ex eisdem Provinciis, ex quibus Provinciales vo-
tum habebant in electione, nihilominus Pater Corrector
Conventus, in quo obierit Reverendiss. Pater Generalis,
semper votum habeat, etiam si reperitur in illa Provin-
cia, in qua continget Provinciale esse vocalem.

Duodecimo, de notificatione electionum in Capitulis
generalibus.

Ut autem tota Religio noscat, quinam ex Provinciali-
bus, & Commissariis debeant habere votum pro futuro se-
xennio in electione Vicarii generalis causa mortis, in quo-
libet generali Capitulo, inter reliqua Statuta ponatur hu-
jusmodi decretum. Si contingat Reverendiss. Patrem Ge-
neralem diem obire (quod Deus avertat) pro futuro sexen-
nio ij erunt electores Vicarii generalis una cum Patribus
Collegis defuncti Generalis, nempe pro natione Italica
Patres Provinciales talis & talis, & talis & talis Provin-
ciae mittant suos Commissarios: pro natione verò Gallica
talis, & talis Provincialis; & talis, & talis Provinciae
mittant suos Commissarios, pro natione verò Hispanica ta-
lis, & talis Provincialis; & similiter talis, & talis Provin-
ciae suos Commissarios destinabunt, & hoc inviolabili-
ter servabitur in futuris Capitulis generalibus.

Decimotertio,

Decimoquarto, de notificatione loci, in quo obit Pater Generalis.

Speſtabit autem ad Patrem Collegam, cui commiſſa erunt ſigilla Religionis, dum ſignificabit mortem Generalis omnibus Provinciis Ordinis, ſimul etiam notiſicabit Conventum, in quo prædictus Pater Generalis obiit, ut ſciatur, quod Superior illius Conventus debet habere votum in electione, & quod proinde in illa natione, in qua ſitus eſt ille Conventus, non debet fieri electio, niſi unius Commiſſi, nempe in antiquiori Provincia ex duabus illis, quæ veniunt in vice ſua, quoniam Superior Conventus, cum ſit ejuſdem nationis, ſupplet pro altero Commiſſo. Si verd extra Conventum obeat Pater Generalis, & hoc ipſum notiſicabit prædictus Pater Collega Generalis, ut ſciant quælibet nationes, ſibi deligendos eſſe duos Commiſſos.

Decimoquarto, de loco, in quo fieri debet electio.

Si Pater Generalis diem claudat Romæ, electio fiet Romæ, & illuc omnes electores conveniant, & quidem, ſi moriatur in Conventu Sanctiſſ. Trin. Pater Corrector illius Conventus votum habebit in electione, & computabitur pro natione Gallica, ſi verd in Conventu S. Andreæ vel S. Franciſci, Superior illorum reſpectivè Conventuum votum habebit pro natione Italica. Porro in quocumque horum trium Conventuum obiit Pater Generalis, in eo conveniant Patres electores ad faciendam electionem Vicarii generalis.

Decimoquinto, de Patre Zeloso.

Pater Zelofus votum habebit in electione Vicarii generalis, in quocumque Conventu Romano deceſſerit Pater Generalis. Quo caſu natio illa, de qua eſt Pater Zelofus, non mittet alium Commiſſum, verbi gratia ſi Pater Zelofus ſit Italus, & pater Generalis diem claudat in Conventu S. Andreæ, vel S. Franciſci, Superior illius Conventus, & Pater Zelofus erunt electores, & cum ſint ambæ Italiz Provinciz, quæ deberent eligere Commiſſos, non eligent pro hac vice. Si Gallus fuerit, & Pater Generalis obeat in Conventu Sanctiſſ. Trinitatis, Corrector, & Zelofus ſimiliter erunt electores, & ex Gallia non mittentur Commiſſi. Si Hiſpanus, tunc unus tantum Commiſſus veniet ex Hiſpania, nempe is qui eligetur ab antiquiori Provincia ex duabus, ut ſuprà dictum eſt.

Decimoſexto, de loco electionis quando Pater Generalis diem claudat extra Romam.

Ac ſi contigerit Patrem Generale obire extra Romam, utputa dum viſitat Provincias, conveniant omnes electores in Conventum commodiorem pro nationibus, exempli gratia ſi decedat Pater Generalis in Italia, omnes electores veniant ad Conventum Januensem, qui eſt in conſinio Italiz, Galliz, & Hiſpaniz: ſi in Gallia deceſſerit, electio fiet in Conventu Maſſilienſi, qui eſt viciniſſ. aliis nationibus: ſi in Hiſpania, conveniant ad electionem in Conventu Barchinonenſi, & hoc ſemper ſervetur pro regula in omnibus futuris electionibus Vicarii generalis.

Decimoſeptimo, quo tempore debent convenire electores.

Quia verd Ordo valdè extenſus eſt, & oportet aliquod temporis ſpatium ad hoc ut mors Patris Generalis toto Ordini innotefcat, dabitur ſpatium quinque menſium à die obitus Patris Generalis uſque ad diem electionis, ſufficient enim duo menſes ad notiſicandam mortem toto Ordini, & reliquum ad hoc, ut electores conveniant ad locum electionis.

Decimoſextavo, cuius erit indicere tempus, & diem, ac locum electionis.

Speſtabit ad P. Collegam Generalis, qui in manibus habebit ſigilla Religionis, eodem tempore, quo ſignificabit mortem Generalis, ſimul etiam indicere tempus, & diem, ac locum ſuprà in c. 16. determinatum futuræ electionis, ita quod ſemper ſint quinque menſes integri inter obitum, & diem electionis, Provinciales verd, & Commiſſi, ſub pœnis iſdem, quæ ſunt ſtatutz contra eos, qui non interſunt Capitulis generalibus, ſint obligati ſtatuto tempore præſentes eſſe in loco, in quo fieri debet electio futuri Vicarii generalis, ſi qui verd fuerint abſentes, elapſo tempore præſinito, continuò præſentes procedant ad electionem, ampliùs non expectando.

Bullar. Mag. Tom. 17.

Decimoquinto de Prefide Capituli in electione.

Quando omnes electores convenierint, præſidebit in Capitulo Pater Collega Generalis, cui commiſſa ſunt ſigilla Ordinis abſque aliquo reſpectu Provincialium.

Vigeſimo, quiſnam poteſt eligi in Vicarium generalem.

Omnes electores ſic coadunati poterunt ex toto Ordine eligere in Vicarium generalem, quem magis idoneum judicaverint, etiam ex corpore ipſorum electorum, ſi qui inter ipſos magis capaces, & ad hoc officium magis idonei reperiuntur.

Vigeſimoſimo, de poteſtate Vicarii generalis electi.

Qui verd electus fuerit in Vicarium generalem, ſtatim ſungetur officio ſuo ſecundùm exigentiam negotiorum, juxta privilegia ejuſdem Ordinis, ſicut hæcenus factu eſt.

Vigeſimoſecundo, de notificatione electionis Vicarii generalis.

Statim atque facta fuerit electio Vicarii generalis, curabunt Patres electores, ut notiſicetur per omnes Provincias Ordinis, & ideo mittent ad omnes Patres Provinciales authenticas literas electionis à ſe factæ.

Vigeſimotertio, quibus expenſis Patres conveniant ad electionem.

Juſtum eſt, ut Patres Collegæ Generalis conveniant ad locum electionis expenſis ſuarum reſpectivè nationum, Patres verd Provinciales, & commiſſi expenſis ſuarum Provincialium, ſicuti ſit in Capitulis generalibus.

Vigeſimoquarto, quid faciendum in caſu, quo Pater Generalis diem claudat extremum poſt expletum quadriennium ſui Generalatus.

Si Pater Generalis obeat poſt expletum quadriennium ſui officii, tunc ſi eligent Vicarium generalem, qui jam olim deputati fuerunt à Capitulo generali Paulitano, quibus adjungentur Pater Provincialis viciniſſ. Provinciz cum ſuis Patribus Collegis, ut major ſit votorum numerus: ſi verd fuerit diſcrepantia, quænam ſit viciniſſ. Provincia, tunc poſita æquali diſtantia, antiquior Provincia votum habebit.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, *Modo autem* Egidius prædictus plurimùm cupiat ſtatuta hujusmodi *ſuppletur pœna* pro firmiori illorum ſubſiſtentia, & inviolabili obſervatione *ut ea omnia* Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communi *Apoſt. auctoritate communitate dignetur* niri. Ideo Nobis totius Ordinis prædicti nomine humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportunè prævidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ejuſdem Egidii deſideriis in præmiſſis annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum conſilio ſtatuta præſentia hujusmodi, ita tamen ut à Capitulo generali ejuſdem Ordinis proximè celebrando ruruſ examinentur, atque approbentur, alioquin ex eo tempore præſens confirmatio nulla proſus atque irrita ſit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 5. Ipſaque ſtatuta in prædicto Ordine, ſi ab eodem Capitulo denuò examinata, & probata fuerint, ut petitur, perpetuò obſervari debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 6. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Maii 1624. Pont. noſtri anno 1.

XIX. Comprobatio omnium gratiarum, & privilegiorum Congregationis Joannis Dei, sub regula Sancti Augustini degentis, una cum largitione, & communicatione quarumcumque prerogativarum, & indulgentiarum Ordinibus Mendicantium, & signanter Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumque locis, & personis haecenus concessorum, & concedendorum.

Institutionem Congregationis horum Fratrum per lege in Pii Quinti consil. 143. tom. 2. ubi notavi. Et illius erectionem in veram Religionem habes super in Pauli Quinti consil. 69. tom. 3. & consil. 100. Romanus, ubi vide notata. Quibus nunc addo, quod iste Sanctiss. Pont. prohibuit ne Fratres sacerdotes Praelatos, aut dignitates ipsius Religionis exercere possent, cum declaratione quamam sub eorundem nominibus veniant, ac impositione poenarum tam electis, quam eligentibus contra hujusmodi prohibitionem, ut inf. consil. 84. Circumspecta, & novissime eorundem Praecedentiam cum Ordinibus Mendicantium declaravit, & confirmavit in consil. 76. Commissi, ut inf.

Edita An. D. **URBANUS PAPA VIII.**
1624.
Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctum Apostolatus officium, quod humilitatem nostram, nullo licet meritorum suffragio, gerere voluit Altissimus, jugiter postulat, ut paternam Sacrarum Religionum, atque Congregationum, uberes, & suaves in militanti Ecclesia fructus assidue praestantium curam gerentes, privilegia, gratias, & indulgentias illis à Rom. Pont. praedecessoribus nostris concessa, non solum approbemus, verum alia eis concedamus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§. 1. Hinc est, quod Nos dilectos filios fratres Congregationis Joannis Dei sub regula Sancti Augustini, qui sicut accepimus, ab ipso Congregationis praedictae initio multiplicia atque insignia pietatis, & Christianae charitatis opera erga pauperes, & infirmos in eorum Hospitalibus degentes, magno cum Reipublicae Christianae spirituali commodo, & utilitate exercuerunt, & in dies exercere non desinunt, spiritualibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Gasparem Diaz Campomanes, istius Congregationis in Regnis Hispaniarum Procuratorem generalem, super hoc humiliter portatis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prerogativas, favores, concessiones, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessionem, indulgentias, & indulgentias spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis, seu alias per quoscumque Rom. Pont. praedecessores nostros, ac nos, & Apostolicam Sedem sub quacumque verborum forma, & expressione, in genere, & in specie, quomodolibet concessa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulis literis, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, aut alias desuper confectas, quatenus tamen sint in usu, & non sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini de-

cretis non adversentur, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuis, & inviolabilibus Apostolica firmitatis robor adjicimus, omnesque & singulos tam juris, quam facti, & quovis alios etiam quomodolibet substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Et insuper, ut fratres Congregationis hujusmodi tanto ferventius divinis beneplacitis, plorumque operum hujusmodi exercitio insistant, quanto majoribus se viderint spiritualibus gratiis fore munitos, omnia, & singula privilegia, prerogativas, concessionem, favores, facultates, declarationes, conservatorias, immunitates, exemptiones, libertates, ceterasque gratias, praeminentias, & indulgentias ejusmodi generis existentia, spiritualia, & temporalia, qualiacumque illa sint, quae pariter sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, neque sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut Apostolicis constitutionibus adversentur, ut praefertur, Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumque Conventibus, domibus, & aliis locis regularibus, necnon Ecclesiasticis, & dilectis filiis Ordinum, & Congregationis hujusmodi Generalibus, Praesidentibus, & quibusvis aliis Superioribus, Praelatis, & Capitulis etiam generalibus provincialibus, seu intermediis, eorumque Definitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus, Conventibus, Donatis, ac quibusvis eorum regularibus personis, tam in Urbe, quam etiam in quibuscumque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pont. praedecessores nostros, seu per Nos, & successores nostros, aut alios auctoritatem habentes, concessa sunt, & concedentur, ac quibus de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, seu concessione Apostolica, in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ad dictam Congregationem Joannis Dei, & singula illius Monasteria, Domo, Hospitalia, & alia loca regularia, illorumque Superiores, Praelatos, & quascumque regulares personas, auctoritate, & tenore praedictis etiam perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac suffragari volumus.

§. 3. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quandocumque, per se vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum Congregationis Joannis Dei praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittebant quinquam desuper contra praesentium tenorem sub quovis praetextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, quinimò quicquid in contrarium attentari, vel fieri continget, omnino semper in pristinum reponi, contraditores quoscumque, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & poenas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac pie mem. Bonifacii Papae VIII. etiam praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibus-

Communicatio prerogativarum, & indulgentiarum Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis concessorum, & concedendorum.

Deputatio Auditorum hujus Bullae.

Deputatio Auditorum.

Comprobatio gratiarum, & privilegiorum, ut in rubr.

enique tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Vides transumptum.

§. 5. Verum quia difficile foret presentes literas ubicumque opus esset deferri, volumus, & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 20. Junii.

Dat. Romæ apud S. Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Junii 1624. Pont. nostri Anno primo.

XX. Confirmatio omnium privilegiorum, immunitatum, prærogatarum, gratiarum, & indultorum, tam spiritualium, quàm temporalium, etiam per modum communicationis, ac extensionis, Ordini Fratrum Minorum S. Francisci de Paula concessorum, quatenus sint in usu, nec revocata, seu sub revocationibus comprehensa, neque sacris Canonibus, aut Concilio Tridentino adversentur.

Attende qua sunt signata ad const. §. Sixti IV. tom. 1. & etiam ad const. 17. Ut ea, hic sup.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmatio de qua in rubrica.

Injuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino fructus assidue præstantium paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pont. prædecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validius perpetuo subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communicamus.

Supplementum de festo.

§. 1. Volentes igitur universum Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, ex quo uberrimi in eadem Dei Ecclesia fructus ad ipsius omnipotentis Dei laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, & utilitatem ab ipsius Ordinis initio semper prodierunt, & in dies prodeunt, ac ipsius Ordinis Correctorem generalem, & Fratres universos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatis existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Deodatum Lomellinum Fratrem, & Procuratorem generalem ejusdem Ordinis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservaciones, declarationes, facultates,

dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, eidem Ordini Minorum, ejusque Correctori generali, ac fratribus, & sororibus, aliisque religiosis utriusque sexus, eorumque domibus, Monasteriis, Ecclesiis, & locis regularibus quibuscumque, per quoscumque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem sub quibuscumque verborum formis, & expressio-nibus, in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet concessa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas literas, tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, aut aliis desuper confectas, quarum tenorem presentibus pro expressis haberi volumus, quatenus tamen sint in usu, & non sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilio Tridentini decretis non adversentur, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 2. Ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplementum.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque fuerint requisiti, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Correctoris generalis, & fratrum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eisdem plenum earum effectum sortiri, illosque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes quempiam desuper contra presentium tenorem, sub quovis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, quinimmo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnino semper in pristinum reponi. Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliasque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari

non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Transumptio
non facta.*

§.5. Verum quia difficile foret presentes literas ubique operari, & fieri, volumus, & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptis manu alicujus ex Secretariis cujusvis praedictorum Praelatorum generalium, ac Romanae Curiae Commissarii, & successorum, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii alterius eorundem, aut personae in dignitate Ecclesiastica constituta, seu Curiae Ecclesiasticae munitis eadem pro suis fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Dat. P. An. D.
du 28 Junii.*

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 28. Junii 1624. Pont. nostri anno 1.

*XXI.
Edi. An. D.
1624.*

Revocatio facultatum disponendi de officiis vacabilibus Romanae Curiae, eorumque pretio: & moderatio Indulgentiarum transferendi pensiones.

*Causa hujus
omni.*

Sanctissimus D. N. D. Urbanus divina providentia Papa VIII. pro Sedis Apostolicae indemnitate officiorum quorumcumque vacabilium Romanae Curiae, ad collationem, seu concessionem dictae Sedis quomodolibet pertinentium, liberam dispositioni, & devolutioni ex personis illa obtinentium provenire solite, & quandoque imminenti, necnon exonerationi beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet prospicere, prout par est, intendens.

Revocatio facultatis disponendi de officiis vacabilibus Rom. Curiae, eorumque pretio.

§.1. Omnes, & quascumque facultates, indulta, & privilegia disponendi quovis modo de officiis praedictis, seu eorum pretio, absque speciali suo, & successorum suorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium assensu, & beneplacito de tempore dispositionis hujusmodi interponendo, etiam per viam subrogationis, translationis, vel deputationis, etiam praetextu concessionis tituli, & officiorum hujusmodi locis piis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & vim contractus importantibus, ac aliis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores haberi voluit pro expressis, vel aliis quovis modo, & ex quavis causa factae, etiam illorum vigore ad deputationem, & resignationem hujusmodi, vel aliam quamvis dispositionem processum fuisset, ac etiam si officia ipsa tempore concessionis indulgentiarum hujusmodi actu vacarent in ea parte, qua vivente Rom. Pont. illorum auctore consummata, & realem effectum sortita non sunt, salvis tamen remanentibus decretis, & reservationibus dispositionum in concessione officiorum tunc actu vacantium, particularibus personis dumtaxat, non autem Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, vel Capitulis facta interpositis, ipsorumque decretorum translationibus.

Moderatio indulgentiarum transferendi pensiones.

§.2. Necnon transferendi quascumque pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium mensarum, & quorumvis Ecclesiasticorum, tam secularium, quam regularium beneficiorum quomodocumque qualificatorum fructibus, tam certis, quam incertis, ac etiam distributionibus quotidianis reservatas, quae tamen per exactorem integram pensionum hujusmodi ab ipsis translatis factam, realem, & realem effectum similiter sortita non sunt, pro summa, quae medietatem veri anni valoris fructuum mensae, seu beneficii, super quibus pensio transferenda, seu translata reservata reperitur, excedat, quibusvis personis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, sive etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & collegiorum quovis intuitu, & consideratione, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon clausulis, & decretis paribus, quorum tenores similiter pro expressis haberi voluit, tam per quoscumque Rom. Pontifices praedecessores suos, quibus Sanctitatem suam concessa haecenus revocavit, cassavit, & annullavit, ac vitiis, & effectu evacuavit: ita tamen ut facultates trans-

ferendi pensiones hujusmodi pro ea parte, quae medietatem fructuum, etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis sint impositae, non excedat, firmas, & illas remaneant. Et insuper voluit, & ordinavit eos, qui praetextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum hujusmodi partem pensionum translatarum solvere recusaverint, ad excessum ipsum probandum teneri, nec interim praesentis dispositionis praetextu processum executivum, aut solutionem integram pensionis, quatenus aliis illis locus sit, impediri, aut retardari debere.

*Appositis de
crevis irritu-*

§.3. Decernens sic in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, & ipsosmet Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet altere iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; iudicari, & definiti debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super praemissis per quoscumque, etiam praetextu facultatum, indulgentiarum, & privilegiorum praedictorum scienter, vel igno- rante contigerit attentari.

*Derogatio
omnium con-
stitutionum.*

§.4. Facultatibus, indulta, & privilegiis, aliisque praemissis, necnon statuto, ordinatione, & declaratione Suae Sanctitatis in crastinum ejus assumptionis ad summi Apostolatus apicem editis, & in Cancellaria Apostolica sub die 21. mensis Octobris anni millesimi sexcentissimi vigesimi tertii publicatis; quodque dicti S. R. E. Cardinales constitutionibus, & regulis per Sanctitatem suam post priorum suarum constitutionum, & regularum editionem, & publicationem faciendis non includantur, nisi ille eorundem Cardinalium favorem concendant, vel ipsae constitutiones, & regulae edendae, de ipsorum Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editae fuerint, aliisque regulis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus.

Placet, publicetur, & describatur. M.

Letta, & publicata fuit supradicta Constitutio Roma in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicae 1624. die vero Veneris 24. mensis Januarii, Pontif. Sanctiss. D. N. Urbani divina providentia Papa Octavi anno secundo.

Marcus Antonius Ascensius Procurator.

Ne fratres Reformati Discalceati Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniae, post emissam professionem, sub quovis praetextu, transcant ad alios quoscumque Ordines, etiam Fratrum Minorum Sancti Francisci de Paula, excepto Carthusianorum Ordine.

XXII.

Vide qua tibi indicabo ad const. seq. Cum sicut.

URBANUS PAPA VIII. *Edita An. D. 1624.*
Ad perpetuam rei memoriam.

Commissi nobis per abundantiam divinae gratiae pastoralis officii debitum postulat, ut ad ea mentis nostrae aciem sedulo intendamus, per quae regulares Ordines in Ecclesia Dei militantes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Procurator.

§.1. Aliis siquidem fel. rec. Paulus PP. V. praedecessor noster, prospero fratrum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum discalceatorum Reformatorum nuncupatorum, Congregationis Hispaniarum regimini consulere volens, inter alia statuit, & ordinavit, quod nullus omnino tam fratrum, quam donatorum dictae Congregationis, post emissam in ea professionem hujusmodi, absque speciali pro tempore existentis Romani Pontificis licentia, certam tunc expressam mentionem faciente, ad moderatos, seu mitigatos, vel alios fratres, tam Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum hujusmodi, quam aliorum quorumvis Ordinum, Congregationum, & Religionum, etiam emissionis quarti voti, aut alio quocumque praetextu (Carthusianorum Ordine

*Paulus P.
prohibuit in
fratribus
transcantum ad
alios quos-
cumque Or-
dines, Car-
thusianorum
Ordine ex-
pro, alio
Rom. Pontif.
licentia.*

XXIII. Confirmatio Constitutionis Pauli V. circa eleemosynam, quam Rectores Ecclesiarum Parochialium Indiarum Occidentalium, & Orientalium habere possunt ab his, qui in Ecclesiis domorum utriusque sexus S. Francisci de Observantia sepeliuntur, aut pro eorum anima Missas celebrandas reliquerint. Cum deputatione hæreticæ pravitatis Inquisitorum pro ejusmodi Constitutionis executione.

Parochi autem, & Clerici quam pro sepulturâ, & Missis eleemosynam petere possunt, vide supra in Clem. VIII. const. 96. tom. 3. & const. 47. Pauli V.

De istis Fratribus vide notata ad const. 23. Leon. X. sup. tom. 1. & infra ad const. 36. hujus Pont. quæ incipit, *Sacrosanctum.*

URBANVS EPISCOPVS S.
Servus Servorum Dei. Dilectis filiis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus in Limana, & Mexicana, aliisque Orientalium, & Occidentalium Indiarum Civitatibus, & diocesisibus commorantibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Pauli ad idem comp. qua est sup. tom. 3. supra summo hic referunt.

Aliàs scilicet. rec. Paulo Papa Quinto prædecessori nostro pro parte tunc in humanis agentis Martini de Recalde, etiam tunc Vicecommissarii generalis Indiarum Occidentalium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia exposito, quod Rectores Parochialium Ecclesiarum Indiarum Occidentalium, & Orientalium, ne Christi fidelium, qui pro tempore ab humanis decedebant, cadavera ita commode in Ecclesiis Fratrum, & Monialium d. Ordinis Ecclesiasticæ sepulture tradi valerent, de consilio forsan Superiorum suorum ab usum introduxerunt, ut majorem scilicet eleemosynam exigerent ab illis, qui in Ecclesiis dicti Ordinis sepeliebantur, quam si in propriis Ecclesiis sepelirentur, itaut Christi fideles, qui in Ecclesiis hujusmodi sepeliri desiderabant, parem ad minus parochialibus Ecclesiis Eleemosynam relinquere debebant ratione eorum sepulture, ei quæ Ecclesiis Ordinis hujusmodi relinquebant, & quod pejus erat, si quis pro animæ suæ refrigerio nonnullas Missas à Fratribus prædicti Ordinis celebrandas reliquisset, prætendebant Parochi eleemosynam ratione missarum hujusmodi reliquam, inter ipsos, & Fratres prædictos dividendam esse, & ulterius iidem Rectores mandato forsan Ordinariorum suorum filios, quorum Patres in Ecclesiis dictorum Fratrum, & Monialium sepulti erant, aut sepulturem particularem pro se, & suis habebant, nulla consuetudine legitima suffulti, in eorum parochialibus Ecclesiis sepeliri, & dictos Patres, ad hoc ut in dictis Parochialibus Ecclesiis sepelirentur, cogere & compellere contendebant, & quot Fratres regulares ad sepulturem Ecclesiasticam in suas regulares Ecclesias comitabantur, tot Sacerdotes sæculares, aut Clericos assumi volebant, in maximum domorum, & Monasteriorum dicti Ordinis præjudicium, eo quod multi duplici hujusmodi funerum impensa difficultate deterriti in dictis regularibus Ecclesiis sepulturem eligere non poterant. Unde fiebat, ut dicti Ordinis Ecclesiis mortuorum sepulture, & consequenter eleemosynis, & quæ in suffragium animarum heri consueverant, paulatim destitutas iri verendum erat. Idem prædecessor supplicationibus sibi desuper tunc porrectis inclinatus, & abusus hujusmodi è medio tollere, ac prædicti Ordinis, ejusque religiosorum, ut majores in vinea Domini fructus afferre studerent, commoditatibus prospicere cupiens, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, omnibus, & singulis parochialium Ecclesiarum in partibus Indiarum, tam Occidentalium, quam Orientalium Rectores tunc, & pro tempore existentibus interdixit, prohibuitque, ne sub excommunicationis majoris lætæ sententiæ pœna, à qua nominè ab

ipso Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo absolvi possent, ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus majorem eleemosynam ab his, qui in dictarum domorum utriusque sexus Ordinis S. Francisci Ecclesiis sepulturem eligebant, & sepeliebantur, ea quam illis præscribit Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. juxta explicationem à piæ memoriæ Pio Papa V. prædecessore nostro, sub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1567. septimo Kal. Junii, Pontific. sui anno secundo, quovis prætextu, aut occasione, etiam de consilio, consensu, & mandato suorum Ordinariorum exigere, nec filios, quorum patres in Ecclesiis dictorum Fratrum, & Monialium sepulti erant, aut sepulturem particularem pro se, & suis habebant, & in eorum parochialibus Ecclesiis sepeliri, & patres ad hoc, ut in dictis parochialibus Ecclesiis sepelirentur, cogere valerent, seu præsumerent, mandans propterea dilectis filiis causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac eandem Indiarum Societatis Jesu Provincialibus pro tempore existentibus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus foret, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrum eujuscumque domus, & Monasterii dicti Ordinis fuissent requisiti, vel eorum aliquis fuisset requisitus, prædictas literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, facerent Apostolica auctoritate illorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiçtores quoscumque, & præmissis non parentes, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè dantes, per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus foret, brachii sæcularis auxilio, & aliàs prout in dictis literis plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Fr. Jo. Baptistæ Sanchez moderni Custodis Provincie Carthaginens. ac Secretarii, & in Romana Curia Procuratoris dicti Ordinis, petitio continebat, rerum usu competum fuerit, quod prædicti Provinciales, qui adeo pauci, & propter negotiorum multitudinem detenti existant, ac etiam propter locorum, in quibus pro tempore commorantur, distantiam, tum etiam ex eo, quod Provinciales præfati nullos Notarios, quorum opera prædictæ literæ, & in eis contenta præmissis contrafacientibus intimari, illasque adimpleri facere possint habentes, Notariorum Ordinariorum locorum parochis potiùs quàm prædictis Religiosis adherentium opera uti cogantur, quo sit ut dictarum literarum executio non ita facile reportari possit, præmissis difficilè intendere possint; id verò in grave, maximumque dictorum religiosorum incommodum cedat. Et si prædictæ literæ, ac in eis contenta Nobis committentur, multo faciliùs, & citiùs dictarum literarum executionem reportare possent. Quare pro parte dicti Joan. Baptistæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus prædictorum Religiosorum indemnitate, ac aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur eundem Joannem Baptistam, ac Ordinis hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censens, necnon dictarum literarum, & inde legitime secutorum quorumcumque tenores, ac Dat. præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, si, & postquam dictæ literæ vobis præsentatæ fuerint, ad illarum executionem, servata aliàs earum forma, auctoritate nostra procedatis, illasque exequamini, & in eis contenta quæcumque adimpleri faciatis in omnibus, & per omnia, perinde ac si illæ vobis, & non prædictis Provincialibus

In tit. de de. form. ser. 17. K. al. l. un. ut in tom. 1. ad finem.

Præfati Fr. Jo. Baptistæ Sanchez

Præfati Fr. Jo. Baptistæ Sanchez

Provincialibus à principio directæ fuissent.

Non obstantibus omnibus illis, quæ dictis præde-

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Domini-

XXIV. Beatificatio Servi Dei Jacobi de Marchia, Or-

URBANVS PAPA VIII.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suf-

§. 1. Sanè pro parte charissimi in Christo filii nostri

§. 2. Quare Nos re prius per ven. fratres nostros Sanctæ

§. 3. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris,

Sequitur extensio à Concessione ad omnes Fratres d.

URBANVS PAPA VIII.

Nuper pro parte Charissimi in Christo filii nostri

plicato, ut donec Canonizationis honor dicto Jacobo de

§. 1. Cum autem, sicut Philippus Rex ac Clerus, & Populus,

§. 2. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis

§. 3. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam

Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 23. Octobris

Concessio recitandi Officium, & celebrandi Missam

URBANVS PAPA VIII.

Domini nostri Jesu Christi, qui servos, & ancillas

Quid in d. ad p. n. m. e. t. d. e. m. e. x. t. e. n. d. i. s. a. d. o. m. n. e. s. f. r. a. t. e. s. d. e. i. O. r. d. i. n. i. s. S. F. r. a. n. c. i. s. c. i. u. b. i. q. u. e. e. x. i. s. t. e. n. t. e. s.

Contra r. d. e. r. o. g. a. t.

Transumptis fidei manu d. a. t.

Dat. P. An. d. die 23. Octobris

XXV.

Edicta An. D. 1624.

Exordium.

§. 1. Sanè

Supplicatio
Procuratoris
Ordinis
Eremitarum
S. Augustini
pro libertate ce-
lebrandi Mi-
ssam, & reci-
tandi officium
de B. Clara
de Monte
Falabio.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Procuratoris generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex peculiari, quem erga B. Clara de Monte Falabio, ejusdem Ordinis Monasterium, gerunt devotionis affectu, in cujus visceribus Passionis Domini Nostri Jesu Christi mysteria maximè cum devotione in vicinis incolis venerari assentunt, & ad augendam Christi fidelium erga illam devotionem, Officium & Missam de eadem B. Clara recitari, & celebrari posse summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

Et hic Pontifex
tam excedit

§. 2. Nos igitur piis eorumdem Procuratoris, & Fratrum votis hujusmodi annuere, illosque specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut de dicta B. Clara Officium, & Missa de Communi Virginum, cum oratione propria, in ejusdem Ordinis Missalibus inserta, ab omnibus Ordinis prædicti utriusque sexus Regularibus personis tantum recitari, & celebrari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam concedimus, & impartimur.

Contra
revertit.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contra
officium
in sumptibus
credi jubet.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. S.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

XXVI. Congregationi Monachorum Cælestinorum Ord. S. P. N. Benedicti, ejusque personis, & locis communicat, & elargitur hic Pontifex gratias, & privilegia omnia nostræ Congregationi Cassinensi, aliisque Monachorum Congregationibus concessa, & concedenda.

De statu d. Congregationis Cælestinorum vide notata sup. in const. 1. Cælest. V. tom. 1. Quibus addendum, quod de mandato hujus Pont. compilarunt nonnullas Constitutiones diversis temporibus factas, easque à S. D. N. approbatas ediderunt, ut inf. const. 56. Sacrosanctum.

Scias, quod Abbati Generali hujus Congregationis, ut habitu Prælatorum Regularium, ac pontificalibus indumentis in Monasteriis sui Ordinis uti possit, ac alia omnia facere quæ Abbates exempti facere consueverunt, concessum fuerat à Paulo V. de anno 1606. ut in Const. quam hic subinferendam opportunum censui, videre poteris.

Edicta An D
1624.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Scordiam.

Sacrosancti Apostolatus ministerium, quod ineffabilis divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei altitudo humilitati nostræ, nullis licet suffragantibus meritis, per abundantiam cælestis misericordiæ credidit, jugiter Nos admonet, ut inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, eam peculiari sollicitudine amplectamur, qua privilegia piis Christi fidelium Congregationibus in militanti Ecclesiæ ad divini nominis laudem, & gloriam,

sanctæque fidei Catholice exaltationem salubriter institutis à Sede Apostolica concessa non solum conserventur, verum etiam Congregationes ipsæ novis ab eadem Sede gratiis, atque indultis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Hinc est, quod Nos ad uberes fructus, quos dilecti filii Monachi Congregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti, vel ab ipsius Congregationis primordio in eadem Ecclesia magno cum Republicæ Christianæ spirituali commodo attulerunt, & in dies afferunt, paternæ dirigentes considerationis intuitum, & attentè prospicientes, quod Congregatio prædicta una ex duodecim exitit, quæ cum Camera Apost. tempore Fel. rec. Pii Papæ V. prædecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt: necnon Monachos prædictos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personæ à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, non ad Abbatis seu Procuratoris generalium, aut aliorum quorumcumque Superiorum, vel Monachorum ejusdem Congregat. aut alterius pro eis Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula privilegia, prærogativas, favores, facultates, declarationes, libertates, immunitates, exemptiones, præminentias, indulta, aliasque gratias, tam spirituales, quam temporales, cujusvis generis, & speciei existentes, tam Cassinensi Ordini S. Benedicti, quam quibusvis aliis Monachorum Congregationibus, eorumque Superioribus, Præsentibus, Abbatibus, Monachis, aliisque regularibus personis, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & locis regularibus quibuscumque, tam specialiter, & nominatim, quam in genere, & per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pont. prædecessores nostros, seu Nos, & Sedem Apostolicam, eorumque & nostros de latere Legatos, & Nuntios sufficienti ad id auctoritate sussultos concessa, & in futurum per successores nostros, aut alios auctoritatem habentes concedenda, & quibus ipsæ Congregationes, eorumque Abbates, & alii quocumque nomine nuncupati Superiores, & Monachi, ceteræque personæ regulares, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim quam divisim, seu aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Conc. Tridentini decretis non adversentur, Congregationi Cælestinorum prædictæ, illiusque Generali, ac cæteris Abbatibus, Prioribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus, Monachis, & personis regularibus quibuscumque, necnon Monasteriis, Ecclesiis, Domibus, Conventibus, & locis regularibus quibuscumque tenore presentium perpetuè concedimus, dictaque privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, ac gratias spirituales, & temporales hujusmodi primodiæ Congregationi, illiusque Generali, cæterisque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, personis prædictis, necnon eorum Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus. Ita quod Congregatio Cælestinorum prædictorum prædictæ, illiusque Generalis, & cæteri Abbates, Superiores, Monachi, & personæ hujusmodi, eorumque Monasteria, Prioratus, Grangie, Domus, Ecclesiæ, Oratoria, Collegia, & alia loca regularia, necnon res, & bona quocumque præmissis omnibus, & singulis, non solum ad aliarum Congregationum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, perinde ac si ea omnia illis, & eorum singulis specialiter, & expressè, & non ad instar, sed à principio concessa essent, & in primodiæ Congregationis favorem à Sede Apostolica nominatim emanassent.

Gratias
privilegia
omnia quæ
quocumque
Monachorum
Congregationibus
concessa sunt
quæ personis
& locis
com-
municantur
& extenduntur
Cælestinorum
Congregationibus
personis, &
locis (quæ
non sunt
veritas
communis
& elargitur

§.2. Decernentes presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostrae, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, seu infringi, aut in jus, vel contraversionem revocari posse, sed eas semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Congregationi Coelestinorum hujusmodi, illiusque personis, & locis regularibus supra expressis, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quodcumque, per se vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis Generalis, & Monachorum Congregationis Coelestinorum Ordinis S. Benedicti praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra eisdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere, non permittentes quemquam desuper contra praesentium tenorem sub quovis praetextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae, per quodcumque quomodolibet indebitè molestari, quinimò quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingerit, omnino semper in pristinum reponi, contradicentes quoscumque, & rebelles, etiam per quascumque de quibusvis eis videbitur, censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstant praemissis, ac pie mem. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apost. Const. Ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua sita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Verùm quia difficile foret praesentes literas ubique opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transmissis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. P. An. d. 14. Aug.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Bullar. Mag. Tom. IV.

Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

Ex libro Constitutionum Monachorum Coelestinorum, novissime impressarum Roma anno 1629.

Sequitur facultas concessa Abbati Generali praedictae Congregationis, quod eas facere valeat functiones, quas alii Abbates exempti facere consueverunt, habituque Praetorum regularium, & in Monasteriis sui Ordinis pontificalibus indumentis uti, ac Missas solemniter celebrare, & interessentibus solemnem benedictionem impartiri posse.

PAVLVS PAPA V. Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis Apostolici muneris debito Jus suum ubique conservare tenemur.

§.1. Proinde cum sicut pro parte dilecti filii Celsi Romani Abbatis Generalis Congregationis Coelestinorum Ordinis S. Benedicti Nobis nuper expositum fuit, ex antiquo privilegio Apostolico, à sel. rec. Coelestino Papa V. nimirum concessio, & ab Eugenio IV. & aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris confirmato, pro tempore existens Abbas Generalis dictae Congregationis Coelestinorum functiones omnes, quas ceteri omnes Abbates exempti faciunt, & exercere, facere, necnon semper, tam in Urbe quam in omnibus aliis Civitatibus, & ubique locorum habitum Praetorum regularium, capitulum scilicet, sive mozzettam super mantelletto, & biretum quadratum, more Clericorum saecularium, ac pileum more Praetorum, ac in Ecclesiis, & Monasteriis suo Ordini subiectis cappa, baculo, mitra, & ceteris pontificalibus indumentis uti, & in eisdem Ecclesiis missas solemniter more aliorum Abbatum Benedictinorum celebrare, ac Monachis sui Ordinis, & aliis Christi fidelibus quibuscumque, ad dicti Abbatis missas audiendas convenientibus, & interessentibus, quodcumque Episcopi, & alii Superiores Praelati, & S. R. E. Cardin. ibi praesentes non sint, solemnem benedictionem impartiri possint, & consueverint: cumque in Congregatione venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & caeremoniis deputatorum, examinatis privilegiis supra dictis, decretum semel atque iterum fuerit, praedictum Abbatem Generalem Congregationis Coelestinorum pro tempore existentium in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutenendum esse, illumque à quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis super praemissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit: & cum sicut eadem expositio subjungebat, ipse Celsus Abbas pro majori eorundem decretorum validitate cupiat illa confirmationis Apostolicae robore communiti.

§.2. Nos illius honestis votis benignè annuentes, ac ipsum Celsum Abbatem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet Innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, suspensionibus ejus nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinatis, decreta ejusdem Congregationis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmantes, & approbantes, juxta illorum seriem per easdem praesentes decernimus, & declaramus, praedictum Celsum modernum Abbatem Congregationis Coelestinorum, ejusque successores, stante antiqua possessione d. Abbatis, & praedecessorum praedicta faciendi, & exercendi, in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutenendum, ac manutenendos esse, nec illos, aut quempiam illorum à quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis, desuper quovis praetextu molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse.

Edita An. D. 1606.

Exp. in Cap. su Romanorum Abbat. generalis Congreg. Monachorum Coelestinorum ex antiquo Pontificum privilegio Abb. generalium d. Congr. annos facere functiones, quas alii Abbates exempti faciunt, & habitum Praetorum regularium ubique locorum deservire, & in Monasteriis sui sibi subiectis, & aliis Christi fidelibus, & aliis Superiores Praelati, & S. R. E. Cardin. ibi praesentes non sint, solemnem benedictionem impartiri possint, & consueverint: cumque in Congregatione venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & caeremoniis deputatorum, examinatis privilegiis supra dictis, decretum semel atque iterum fuerit, praedictum Abbatem Generalem Congregationis Coelestinorum pro tempore existentium in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutenendum esse, illumque à quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis super praemissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit: & cum sicut eadem expositio subjungebat, ipse Celsus Abbas pro majori eorundem decretorum validitate cupiat illa confirmationis Apostolicae robore communiti.

Quilibet ap. probat. & confirmat.

P §.3. Sic

*De rebus in
vitiis appo-
nit.*

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinatos, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Excepi-
tibus*

§.4. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusmodi Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Prothonotari, & causarum Cur. Cam. Apost. Generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum presentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Celsi moderni, aut pro tempore existentis Abbatis Generalis dictae Congregationis fuerint requisiti solemniter publicantes, ac ipsi Abbati in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illum eorundem praemissorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittenes illum desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contraditores quoscumque per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

*Commissariis
omnino immo-
vatis.*

§.5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. etiam praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Dat. P. An. 1.
die 9. Dec.
1606.*

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 9. Decembris 1606. Pont. Nostri Anno 2.

XXVII. Revocatio quarumcumque licentiarum à praedecessoribus Pontificibus loca regularia erigendi non servata forma Constitutionis Clementis VIII. & Decretorum Sedis Apost. concessarum, quae nondum effectum suum sortitae sunt. Ac prohibitio illa de cetero erigendi absque licentia Ordinariorum, & sac. Canon. Concilioque Trid. necnon Clem. VIII. & Greg. XV. Constitutionibus non servatis.

Sacri Canones hic enuntiati sunt Bonifac. VIII. in cap. 1. de statu Regular. in 6. & cap. 1. de excess. Pralator. in 6. & Concil. Trid. cap. 3. & sess. 25. necnon Clem. VIII. const. 99. sup. tom. 3. & const. 31. Greg. XV. Cum aliis, sup.

*Edita An. D.
1614.*

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Praemissis.

Romanus Pontifex, cui Salvator, & Dominus noster, qui Caritas est, & Deus pacis, Universalis Ecclesiae credidit Principatum, ea interdum, quae certis etiam rationabilibus de causis, à Sede Apostolica concessa sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & majoribus ex causis, quibusvis praesertim personarum sub suavi Religionis jugo Altissimo famularium paci, & quieti consulitur, litibusque ac controversiis inter eos obviamitur, revocat, & immutat, in hisque pastoralis sollicitudinis, & providentiae suae studium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

*Revocatio li-
centiarum, de
qua in rubr.
loca regula-
ria erigendi.*

§.1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, eomplures licentiae suae, sive facultates à nonnullis Rom. Pont. praedecessoribus nostris per diversos Ordines etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutuum Superiores, seu alios eorum nomine, ubique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca regularia quovis nomine nuncupata, servata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum forma, de sola Ordinarii scientia, seu etiam forsitan non servata forma, & absque licentia huiusmodi, & contra decreta à Sede Apostolica super praemissis edita fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel aliis obtentae, & exortae fuerint, idcirco

Nos omnes, & quascumque licentias, ac facultates huiusmodi, literasque desuper tam sub plumbis, quam in huiusmodi forma Brevis desuper expeditas, earumque tenentiam veriores, & Dat. praesentibus, ac si specificis, & sigillatim exprimerentur, & infererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, iustis de causis animum nostrum moventibus, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnes, & quascumque licentias & facultates huiusmodi, literasque desuper tam sub plumbis, quam in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes & Institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Dommorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum huiusmodi, quae suum nondum sortitae sunt effectum, tenentiam praesentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque & effectu prorsus evacuamus.

*Prohibitio
in usum
quovis
textu
di loca
di ab
sania
Ordin
nario
servata
ma
Canon
Conc. Trid.
const. Cle
VIII. & Gr
XV.*

§.2. Praeterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum regularium Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, ceterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctae obedientiae, ac sub poena privationis vocis activae, & passivae, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis poenis interdiximus & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut praefertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis praetextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, Collegia, Domos, Conventus, & alia loca regularia huiusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Conc. Trid. necnon Constitutionibus fel. rec. Clem. VIII. quae incipit, Quoniam ad institutum, dat. Romae apud S. Marcum sub annulo Pisc. die 23. Julii 1603. ac Decretorum de mandato ejusdem Clementis, necnon similis memoriae Greg. XV. Rom. Pont. praedecessorum desuper editorum forma, recipere, erigere, fundare, seu aliis quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absolvere audeant, seu praesumant.

*Clusula
in legis
servata.*

§.3. Decernentes praesentes literas, etiam ex eo, quod causa, propter quas illae emanarint, expressae, verificate, & iustificate, aut quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vel aliis ex quocumque capite, praetextu, colore, ingenio, vel causa, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, & impugnari, redargui, infringi, retractari, in us vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eos, ac omnia, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse & fore, & suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Executio
eius de
tia.*

§.4. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episc. & aliis locorum Ordinariis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, faciant illas, & illa ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, contraditores quoslibet, & rebelles per censuras & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§.5. Nou

Constitutio
quasi non tollen.
et rec. mem. Bonifacii Papae VIII. simili-
litor p[re]decessoris nostri de una, & in Concilio generali
edita de quibus dictis, dummodo ultra tres dietas aliquis
autocitate presentium ad iudicium non trahatur, aliis-
que constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac
quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societa-
tum, & Institutorum regularium, etiam juramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis,
etiam Mare magnum, vel aliis quomodolibet nuncupa-
ris, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, &
personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque ef-
ficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decre-
tis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consti-
tutorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium p[re]mis-
forum quomodolibet concessis, confirmatis, & saepius in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum
sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus
specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad
verbum, non autem per clausulas generales idem impor-
tautes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium
tenores p[re]sentibus pro plenè, & sufficienter expressis, &
ad verbum infertis habentes, illis aliis in suo robore per-
manentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè deroga-
mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio
Roma facta
omnes ligat.
§. 6. Volumus autem, quod p[re]sentes in Valvis Basili-
carum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum
de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ, om-
nes quos illæ concernunt ita ardeant, & afficiant, perinde
ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Transumpti-
que plenè cre-
antur.
§. 7. Quodque earundem p[re]sentium transumptis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, &
sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mun-
itiis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ p[re]sentibus
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An.
die 18. Aug.
Datum Romæ apud S. Mariam Majoræ, sub annulo
Piscat. die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno 2.

Publicatio.
Anno 1624. Indiit. 7. Pontificatus autem Sanctiss. in Chri-
sto Patris, & D.N.D. Urbani divina providentia Papa VIII.
anno ejus secundo, die verò ultima mensis Augusti, retrospectis
litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basili-
carum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac in acie
Campi Floræ, ut moris est, per nos Camillum Fundatum de Cesis,
& Julium Marzittellum, p[re]sentes S. D. N. Papa Curf. & C.
Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Curf.

XXVIII. De Regularibus apostatis, & ejectis, ac de in-
novatione, declaratione, & observantia gene-
ralium decretorum à Clem. VIII. ad Regula-
rium reformationem, Novitiorumque rece-
ptionem spectantium editorum.

Ista Clem. VIII. Decreta sunt hic inserta, licet non-
nulla etiam habeas in Clem. VIII. const. 60. Nul-
lus, sup. tom. 3. pag. 60. tamen quia non omnia, &
hic innovantur, ideo ponenda censui.

Quoad apostatas, & extra Claustra Religionum vagan-
tes, edita olim fuit à Paulo IV. const. 14. sup. tom. 1. quæ
tamen (ut ibi notavi) ad terminos juris redacta fuit.

Edita An. D. Decreta S. Congregationis Concilii de Regularibus apostatis,
1624. & ejectis.

Causa consti-
tui.
Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trident. In-
terpretum, Regularium ejectorum, & fugitivorum
statui consulere, illorumque scandala summovere, & suc-
crescentem numerum frangere operæ pretium existimans,
auditis Religionum Superioribus, reque diligentissimè
perpenfa, communicato etiam consilio cum S. D. N. Ur-
Bullar. Mag. Tom. 1 V.

§. 1. Ac primò, ut infecta semina, è quibus pravi ejus-
modi fructus potissimum prodeunt, deinceps ne serantur
in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi
auctoritate innovat Constitutiones, & Decreta generalia
sanct. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformatio-
nem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque in-
stitutionem spectantia, districtèque præcipit Generalibus,
atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exa-
ctè observent, atque ut observentur, efficiant, sub p[re]senti
statutis in iisdem Constitutionibus.

§. 2. A quibus tamen excipiendum censuit caput il-
lud, quo decernitur, ne in Conventibus, seu Monasteriis
ad Novitios recipiendos hætenus designatis, & appro-
batis, seu imposterum designandis, & approbandis. Novi-
tium ad habitum ullatenus recipi possint, nisi priùs à Con-
gregatione Reformationis Apostolicæ, vel à propriis lo-
corum Ordinariis expressè, & nominatim approbati fue-
rint. A cujus quidem decreti observatione Sacra Con-
gregatio justis de causis censuit Regulares esse absolven-
dos, prout auctoritate Sanctissimi Domini nostri absol-
vit, atque exemit.

§. 3. Deinde, ut apostatandi opportunitas Regularibus
præcipiat, statuit ut de cætero nullus permittatur ad
arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legiti-
mè constiterit, eam Religionem paratam esse illum re-
cipere, qui licentiam petit, tumque Regularis rectè se
transferat ad arctiorem. Quod ut re ipsa adimpleatur,
idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.

§. 4. Rursus statuit, ut fugitivi, & apostatæ, si ve habitum
regularem deserant, si ve non, possint, ac debeant ab
Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, &
Superioribus Regularibus consignari, secundum regula-
ria instituta puniendi, utque ipsi quoque Superiores te-
neantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque ef-
ficere, ut apprehendantur, salva tamen in omnibus fa-
cultate Ordinariis locorum attributa decreto Concil.
c. 3. sess. 6.

§. 5. Quod si apostatæ hujusmodi citra montes infra
quatuor, ultra montes verò infra octo menses à p[re]sentis
Decreti publicatione inchoandos, sua sponte ad suam
fidei Religionem redierit, tum p[re]sentium omnium ip-
sorum propter apostasiam infligatarum, aut infligendarum re-
missionem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen ut
debeat à Superiore absolutionem humiliter petere, &
coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri.
Superior verò è contra benignè illos teneatur ab hujus-
modi p[re]senti absolvere, & paterna charitate complecti.

§. 6. Ad hæc, ut imposterum à Religionibus nullus le-
gitimè professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis,
verè autem incorrigibilis minimè censetur, nisi non so-
lum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris commu-
nis dispositione requiruntur, sublatis hæc in parte Sta-
tutis, & Constitutionibus cujusque Religionis, & Or-
dinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirma-
tis: verum etiam unius anni spatio in jejuniis, & p[re]ni-
tentia probeatur in carceribus, proindeque Religio priva-
tos habeat carceres in qualibet saltem Provincia. Elapso
autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo
indurato in sua pertinacia perseveraverit, ne contagione
pestifera plurimos perdat, tanquam p[re]cor morbida, ac
membrum putre ejici tandem possit, sed ab ipsomet Ge-
nerali tantum, de consilio, & assensu sex Patrum ex gra-
vioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel
Congregationibus generalibus: tumque non nisi instru-
to secundum eorum stylum, & Constitutiones processu,
& plenè probatis causis expulsionis ad Sacrorum Cano-
num p[re]scriptum, Interea tamen usque ad primum ge-
nerale Capitulum, seu Congregationem proximè cele-
brandam, si quempiam ex justis, & necessariis causis ex-
pellere oportebit, ejectio fieri possit à Generali cum con-
silio, & assensu sex Patrum, ut supra, quos idemmet Ge-
neralis eligere debeat infra quatuor menses à p[re]sentis
Decreti publicatione, servata tamen in reliquis forma su-
perius p[re]scripta.

§. 7. Sic verò ejecti, quandiu non redierint ad Re-
ligionem

Innovat. &
obferuari in-
dat hic p[re]s-
decreta Cle-
ment. VIII. ad
Regularium
reformatio-
em, edita.
Hæc decreta
max subfer-
quuntur.

Excipit caput
de licentia
approbandi
Novitios.
Hæc cap. est
infr. in Clem.
decretis lib-
insurgendis,
non p[re]sentis
& antep[re]-
sentis.

Inbet Repu-
lacionis tran-
sire ad arctio-
rem Religio-
nem recipere
non juratam.

Apostatæ &
fugitivi ju-
bit ab Episc-
po carcerari
& eorum Super-
ioribus con-
signari: ab ip-
somet puni-
endi, & etiam
ab Ordinariis
locorum jux-
ta Concil.
Trid. sess. 6.
cap. 3.

At si in ter-
mino hic p[re]-
scripto ad Re-
ligionem re-
derint, ab ip-
somet peten-
dam absolu-
tionem recipi
mandat.

Incorrigibilis
tantum p[re]-
cipio vrosse à
Religionibus
ejici oportet.

Ejici quæ ne
ligionem

visari Ordini loci jurisdictioni, & obedientie subint, proindeque Generalis illico expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

§. 8. Ceterum Sacra Congregatio Religionum Superiores serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternae charitatis, & mansuetudinis, quam profiterentur, nihil intentatum relinquunt, ut lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur. Idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemororum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus in Supremo Dei judicio de eorum Prælatorum manibus sit requisiturus.

§. 9. Præterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

§. 10. Item, ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

§. 11. Ac postremo censuit, esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat Constitutionem fel. rec. Gregorii IX. relata in c. fin. extra de regul. ac præterea declarat eam Constitutionem in iis quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, definitivè, ac juris ordine servato expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis hujusmodi subit spes evidens emendationis ex literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his literis concedendis Sacra Congregatio serio operavit.

§. 12. Ne qua verò difficultas in superscriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboritur, Sacra Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent atque observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, efficiantque ut tam Decreta suprascripta fel. rec. Clem. VIII. quam præsentis Ordinationes in singulis ejusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

§. 13. Si quis verò ipsorum adversus ea, quæ superius præscripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præsumperit, ipso facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuè inhabilitatis ad illa posterum obrinenda. pœnaque hujusmodi sit Sanctitati Sæ, ac Sedi Apostolicæ reservata iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit irritum, & inane quicquid secus à quoquam actum extiterit.

§. 14. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac locorum regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu

extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum suffcienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialibus, & individuis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea quæ suprascriptis quomodolibet adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expressè Sanctitatis Sæ auctoritate derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 21. Sept. 1624.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Dat. P. An. die 21. Sep.

Subsequuntur suprascripta Decreta generalia Clementis Papæ Octavi.

Primum de Novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conventibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII. Edit. An. D. 1596.

Regularis disciplina restitutioni, pro qua potissimum juxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidianum usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, iis præsertim, qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur. Unde fit, ut quo magis Nos variis Constitutionibus malè affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravata, infructuosaque ejusmodi noviter profitentium germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsentis Decreto statuimus, directèque præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, cæterisque Superioribus Conventuum intra Italiam, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscumque, quorumcumque Ordinum Mendicantium, ut de cætero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra propediem in unaquaque Provincia designandis. Insuper sancimus, ut quoad ejusdem Conventus, ut præfertur, per Nos deputati non fuerint, omnes prætorum Ordinum Superiores à receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstineant. Superior, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & perpetuè inhabilitatis ad alia posterum obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam pœnis arbitrio nostro subiacet. Receptiones verò & possessiones quilibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus, & declaramus, privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Dat. Romæ die 12. Mart. 1596.

Secundum revocationis, & ampliationis ejusdem Decretum.

De Novitiis ad habitum regularem non recipiendis, nisi in Monasteriis, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum jam dudum animadverteret collapsæ Regularis discipline restitutioni, pro qua potissimum, juxta sui muneris debitum vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasteriis, & Conventibus, iisque præsertim, qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitentiam accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis variis Constitutionibus malè affectas radices evellere studet, eo magis infructuosa noviter profitentium germina quotidie succrescant, cumque ob zelum ac desiderium, quo tenetur Sanctitas

Sua,

visari Ordini loci jurisdictioni, & obedientie subint, proindeque Generalis illico expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Superiores serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternae charitatis, & mansuetudinis, quam profiterentur, nihil intentatum relinquunt, ut lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur.

Idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemororum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus in Supremo Dei judicio de eorum Prælatorum manibus sit requisiturus.

Præterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

Item, ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Ac postremo censuit, esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat Constitutionem fel. rec. Gregorii IX. relata in c. fin. extra de regul. ac præterea declarat eam Constitutionem in iis quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, definitivè, ac juris ordine servato expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis hujusmodi subit spes evidens emendationis ex literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his literis concedendis Sacra Congregatio serio operavit.

Ne qua verò difficultas in superscriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboritur, Sacra Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent atque observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, efficiantque ut tam Decreta suprascripta fel. rec. Clem. VIII. quam præsentis Ordinationes in singulis ejusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

Si quis verò ipsorum adversus ea, quæ superius præscripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præsumperit, ipso facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuè inhabilitatis ad illa posterum obrinenda. pœnaque hujusmodi sit Sanctitati Sæ, ac Sedi Apostolicæ reservata iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit irritum, & inane quicquid secus à quoquam actum extiterit.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac locorum regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu

extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum suffcienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialibus, & individuis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea quæ suprascriptis quomodolibet adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expressè Sanctitatis Sæ auctoritate derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 21. Sept. 1624.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Dat. P. An. die 21. Sep.

Subsequuntur suprascripta Decreta generalia Clementis Papæ Octavi.

Primum de Novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conventibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII. Edit. An. D. 1596.

Regularis disciplina restitutioni, pro qua potissimum juxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidianum usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, iis præsertim, qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur. Unde fit, ut quo magis Nos variis Constitutionibus malè affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravata, infructuosaque ejusmodi noviter profitentium germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsentis Decreto statuimus, directèque præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, cæterisque Superioribus Conventuum intra Italiam, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscumque, quorumcumque Ordinum Mendicantium, ut de cætero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra propediem in unaquaque Provincia designandis. Insuper sancimus, ut quoad ejusdem Conventus, ut præfertur, per Nos deputati non fuerint, omnes prætorum Ordinum Superiores à receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstineant. Superior, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & perpetuè inhabilitatis ad alia posterum obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam pœnis arbitrio nostro subiacet. Receptiones verò & possessiones quilibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus, & declaramus, privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Dat. Romæ die 12. Mart. 1596.

Secundum revocationis, & ampliationis ejusdem Decretum.

De Novitiis ad habitum regularem non recipiendis, nisi in Monasteriis, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum jam dudum animadverteret collapsæ Regularis discipline restitutioni, pro qua potissimum, juxta sui muneris debitum vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasteriis, & Conventibus, iisque præsertim, qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitentiam accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis variis Constitutionibus malè affectas radices evellere studet, eo magis infructuosa noviter profitentium germina quotidie succrescant, cumque ob zelum ac desiderium, quo tenetur Sanctitas

Sua,

Sus, omnes Regulares ad veteris sue cuiusque Religionis institutum redigendi, districtè prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profiteretur, ve, quousque Monasteria, & Conventus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius Regularis observantia secundum reformationem à Sanctitate Sua institutam introduci: Quia tamen, non obstante tali prohibitione cognovit, nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum noticiam non pervenerit, receptos, & admissos præter mentis sue sensum; Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac prætextu Decretum Sanctitatis Suae irritum reddatur, nunc de huiusmodi præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præfidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscumque, cæterisque Superioribus Conventuum, Monasteriorum, ac Domorum, quocumque nomine appellentur, intra Italiam, & Insularum adjacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum, Mendicantium, & non Mendicantium, (exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de strictiori Observantia, necnon Capucinatorum, S. Francisci Reformatorem, S. Dominici, Discalceatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulienfis Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremitæ Camaldulensis, & Montis Coronæ, Clericorum Regularium Theatinarum, Societatis Jesu, S. Pauli Decollati, & aliorum de Somascha, Ministrorum Infirmorum respectivè Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quæ etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi.) Ne sub cuiusvis licentiæ, & facultatis impetrandæ obtentu, nisi per literas in forma Brevis dumtaxat, & non aliàs quemquam ad Habitum Regularem suscipiendum, nec etiam Conversos, nisi in Conventibus, Monasteriis, & Domibus auctoritate ejusdem S.D.N. propediem in unaquaque Provincia designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modo audeant. Quinimò contra primam prohibitionem Sanctitatis Suae receptos, etiam si imperfectum habitum, aut sine caputio gerant, post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem, omninò ejicere debeant.

Superiorem autem, quæ hujus Decreti transgressor exiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis activæ, & passivæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia imposterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decrevit, & aliis etiam poenis arbitrio Sanctitatis Suae imponendis subiacere.

Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcumque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conventus, Domus, & Monasteria à se probata pro Novitiorum receptione, & educatione, hæcenus permissione sua constituerint.

Certas verò licentiâs, sive particulares, quæ in hanc diem effectum non sunt sortitæ, revocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatum, ita prædictorum singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, privilegiis, statutis, & constitutionibus quibuscumque in contrarium minimè obstantibus.

Dat. P. An. die 20 Jun.

Dat. Romæ apud S. Marcum, die 20. mensis Junii 1599.

Edita An. D. 1599. & 1602.

Decreta alia pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium ejusdemque Ordinis, & Instituti.

Est sup. in Bullar. t. 3. pag. 20. ubi sunt etiam in margine Apostil. qua præterea hic omittuntur.

URBANVS PAPA VIII.

Nullus omninò prætextu cuiuscumque privilegii vel superioritatis, etiam Generalatus, à servitio Chori censetur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Le. Bullar. Mag. Tom. IV.

toribus autem, & Prædicatoribus Superiores hie tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valeat cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutarè poenitentia Superiores animadvertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio Sacræ Scripturæ, vel casuum conscientiarum bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.

Quò Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelitè observentur, præcipitur ut nullus ex Fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum certis illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4. Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem Fratribus, aut alicui bona stabilia, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

5. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat ut proprium, neque ut proprio utatur.

6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, poenas nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multò graviores, Superiorum arbitrio imponendas incurrat.

7. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quo culpæ, & poenæ ab eisdem Concilii Decretis impositæ, ipso facto incurrendæ obnoxil sint, etiam si Superiores alleverent, huiusmodi dispensationes, aut licentiâs concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

8. Fratrum vestitus, & supellex cellarum ex communi pecunia compartitur, & omninò uniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam quod sit necessarium, alicui denegetur.

9. Quæcumque Fratrum vestes, sive laneæ, sive lineæ, omnisque alia supellex in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obionio, sive eadem (ut aiunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit, & si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiâs ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fidelitè, & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contigerit, ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis qui secum erunt, victus ad præscriptum regulæ, & constitutionum suppeditetur.

12. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum,

niarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per se ipsum habere, sive exercere possit, sed universum id omni tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum curam habeat, alter tanquam depositarius, pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet: alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum hujusmodi confusione penitus interdita.

13. Ceterum hi tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejusdem Conventus probatoribus, rerumque usu peritis, rationem reddant. Deinde ipsi metum rursus, presentibus Priore, & peritis predictis, Generali, cum advenerint, denique ipse Generalis in quolibet proximo Capitulo generali, saltem coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universamque suae administrationis, tam publicae, quam privatae rationem reddere teneatur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc ut ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicae Romam transmitti possit.

14. In unoquoque Conventu, Fratrum is tantum deinceps constituatur, & impostetum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singularum elemosynis, aliisve quibuscumque obventionibus in commune (ut praefertur) conferendis, commode possit sustentari, redditus vero & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

15. Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut haec nostra Decreta declarate, interpretati, aut relaxare ullo modo possint, omnino interdiciamus, & prohibemus, decernentes irritum, &c. Si quis autem contra praesumptis attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis existat.

16. Nullus, nisi actu legat, vel praedicet, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

17. Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum agat annum, & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit laicus conversus.

18. Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventus clausura perpetuo, ac diligenter servetur, propterea à Superiore Janitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur: is januae custodiendae semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtulerit.

19. Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sapiens, Licentiae vero generales exeundi nulli omnino concedantur.

20. Contravenientes autem poena gravi etiam carceris ad superioris arbitrium pleantur, eandem etiam Janitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

21. Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum adibat, benedictionem receptorus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint.

23. Si quis autem sine hujusmodi facultate Romam venire praesumpserit, voce activa, & passiva biennio privatus existat, subitarius etiam alias arbitratu Superiorum infligendas poenas. Quae item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

24. Habeat Superior clavem ita fabricatam, ut cum

sibi videbitur, cellas omnes referare possit, & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

25. In medio Dormitorii totam noctem lampas colucet.

26. Nullus etiam Superior cellas sive in claustris, sive alibi separatas à communi Dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella, eadem cum ceteris aliorum Fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique suppellectili, ut praefertur, quemadmodum Religiosos decet, contentus sit, possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum, si eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

27. Cellae sive aedulae, quae extra Dormitorium separatae sunt, ad officinas, aut alias ad communem usum, & commoditatem Conventus redigantur.

28. Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ullibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29. In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim; cardinibus etiam à parietibus convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuo duratura videatur; cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Praedicatoris exceptis.

30. Conventus fenestras omnes, quae in vias publicas, aut in vicinas laicorum aedes prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino is prospectus impediatur.

31. Valetudinarium in singulis Conventibus certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo Fratres omnes, cum aegrotabunt, curentur, nec inde nisi recuperata sanitate, abire permittantur. Qui vero infirmorum curae praepositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam praestabunt, ac curabunt, ne quid aegrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32. Ineatur ratio, qua sublatis licentiis, ac facultatibus haecenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

33. Nulli impostetum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputatis.

34. Curent Superiores, ut constitutio interdicens largitiones munerum, & praescribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observetur.

35. Ut omnis officiorum ambitus occasio pracludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratore, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris praetertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, praeter alias poenas, & censuras haecenus contra hujusmodi ambientes instrictas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam pleantur. Porro supradictas omnes poenas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36. In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma praescripta à sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter servetur, jurentque Electores secundum veritatem cujusque conscientiae probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deveniant, in primis, & ante omnia praesententur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & praeturas illi praecipue eligantur, qui possint, & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

37. Eligantur in Capitulo generali, vel provinciali

aliquot graves, & petiti ex Fratribus cujuslibet Provin-

38. Illud porro Superiores omnes in Domino adnemo-

39. Quo vero omnia ordinatè peragantur, appenda-

40. Quibus horum Decretorum capitibus certa pœna

41. Ne vero prætextu dilate publicationis eorum ob-

42. Insuper mandamus, quod Generales in Conventi-

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 25. mensis Junii 1599.

Aliud Decretum de licentia obtinenda à Fratribus Roman

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum

Dat. Romæ die 10. Martii 1601.

Aliud Decretum super casuum reservationis ab omnibus Regulari

Sanctissimus Dominus noster qui jampridem accura-

§. 1. Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportunè præ-

1. Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

2. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive re-

3. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit pec-

4. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum

5. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Mona-

6. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

7. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujus-

8. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aper-

9. Si quod aliud præterea peccatum grave pro Reli-

§. 2. Non liceat Superioribus Regularium confessiones

§. 3. Superiores in singulis domibus deputent duos,

§. 4. Tam superiores pro tempore existentes, quam Con-

§. 5. Licebit tamen Superioribus determinare pœni-

§. 6. Atque ita per quoscumque Regularium Super-

§. 7. Superiores graves pœni-

§. 8. Superiores graves pœni-

§. 9. Superiores graves pœni-

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 26. mensis Maii, Anno

Hoc decretum non est in Bull. impress.

Regularium Superiorum non reservari sibi confessiones peccatorum, nisi supra dicendis.

Neque confessiones audire subditos nisi proprio motu non petierint, nisi peccatorum non reservatorum.

Confessarii pro subditorum numero deputentur, quibusque in primis Confessarius judicaverit.

Superiores non reservari sibi confessiones peccatorum ad exteriorum gubernationem non adantur.

Superiores graves pœni-

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 26. Martii.

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessarii casus alienius reservari facultatem potentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtemperata a Superiore facultate absolvere.

Aliud de Formula concedendi facultatem pro novitiis ad regularem habitum recipiendis in Monasteriis, & locis deservatis.

Non est in Bullario in possum.

Sanctissimus in Christo Pater, D. N. D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum revocare maxime coperet, regularesque omnes vitam moreisque suos ad rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ita componere, ut quae ad votorum vim, habitum vitamque communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissime observarent, generali decreto, quod de mense Julii editum, tertio Julii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit ne aut Novitios recipere, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quam a Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem praescripta essent, in quibus observantia regularis vigeret.

Et vide etiam in decreto subsequenti.

Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandaverat, certior facta, infrascriptis Monasteriis, & Conventibus Ordinis N. praesinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis elemosynis sustentari ibi commodè possent, atque in iis omnia fideliter observari, quae sunt cum illorum professionis perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae vota, una cum ceteris decretis particularibus, vel Instituti ipsius, vel Pontificiis, etiam ad vitam, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, ut supra edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitiatum in infrascriptis Monasteriis, & Conventibus erigendi, & Novitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modò tamen id ad praescriptum instructionis, jussu Suae Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea est Suae Sanctitatis mens, & voluntas, ut in Monasteriis, & Conventibus ad alendos Novitios praesinita, regularis observantia perpetuò retineatur, mandat, & praecipit, ut in ipsis praescriptus jam personarum numerus in posterum servetur, nullusque omnino Superior cujusvis conditionis, personarum, & Novitiorum numerum augere praesumat, ea poena proposita, ut in omnibus privatis officiis, vocis activae, & passivae jus omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua, hujusmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apostolicae hoc Decreto Secretarii manus subscripto concedi, non obstante Decreto ut supra promulgato.

Dat. Romae die, &c. Praescribitur vero numerus Sacerdotum... Clericorum... Novitiorum... Conventorum autem...

N. Reformationis, & Reformationis Apostolicae Sacrae.

Aliud Decretum super forma recipiendi Novitios Regularium ad habitum, & professionem.

6 Dec. An. D. 1602. die 19. Martii. Et sup. in Bull. in fine 1.3 ubi sunt etiam in margine Apostolica, qua praescribitur lib. omni. parant.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Clemens divina providentia Papa Octavus, qui alias pro regularis disciplina restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad regularem habitum Novitios in posterum reciperent, receptosve ad professionem admitterent, quousque in aliquibus cujusvis Ordinis Monasteriis, seu Conventibus (in quibus Novitiatum pro recipiendis, & educandis Novitiis designarentur, & approbarentur) ad ejusquam professi sunt, regulis praescriptum, vitam moreisque restituerent, & componerent, certior deinde factus, quosdam omnium ferè Ordinum Conventus, seu Monasteria ad pristinam illam regularem vivendi formam & disciplinam, quam diutius desideraverat, fuisse redacta, in

eisdem Monasteriis, & Conventibus, ut Novitiatum erigerent, & Novitii recipi possent, (sub certis tamen legibus, ac ea praesertim, ut licentia a Congregatione Reformationis Apostolicae prius obtemperata esset) concessit, & ad illa designavit, & approbavit. Nunc volens, ut ea quae pro Novitiorum receptione de mandato Sanctitatis Suae praescripta fuerunt, in posterum accuratius, & exactius observentur, ultra formam traditam in Constitutionibus fel. record. Sixti Papae V. & etiam Sanctitatis Suae super receptione Novitiorum, decrevit, ac praesentis Decreti virtute mandavit, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos de Sanctitatis Suae, seu dictae Congregationis Reformationis licentia haecenus designandis, & approbandis.

Novitii ad habitum recipi nullatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel a propriis locorum Ordinariis, aut ab illis in quorum diocesi Novitiatum existunt, in quibus Novitii recipiendi fuerint, expressè, & nominatim Novitii ipsi recipiendi approbati fuerint, & ut recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quoad scripturam concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eosdem Ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, ut circa aetatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, ceterasque qualitates in ipsis Novitiis requisitas, observentur institutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factae & publicatae, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant. Ordinarios ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbaverint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & juxta constitutiones praedictas approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus poenis omnibus contra Superiores quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habitum, & professionem Novitiis formam constitutionum, & institutionum praedictarum non servaverint, aut Novitium aliquem, quantumvis idoneum, & approbatum, in quovis alio Conventu, & loco, seu Monasterio, praeterquam in haecenus a Sua Sanctitate, vel a dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis praescriptum, seu praescribendum receperint, vel admiserint, seu aliis praemissis quovis modo contrafecerint, irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secus, vel aliis quavis auctoritate à quovis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscumque, &c.

Dat. Romae apud S. Petrum, die 10. Martii 1602. Pont. ejusdem S. D. N. anno 11.

Aliud de institutionibus super receptione, & educatione Novitiorum Religiosorum in Monasteriis, & Conventibus designatis, vel designandis, Clementis ejusdem jussu editum.

Cum ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam praeceptorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an verè esset, ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis. Idcirco, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, necnon in magistri, & aliorum ministrorum electione, praeter alia, quae in sacris Canonibus, ac Decretis, praesertim Conc. Trid. Pontificiis, & cujuscumque Ordinis, aut Instituti constitutionibus continentur, tam in aliis designatis, quam nunc, & imposterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conventibus, haec quae sequuntur, inviolatè observari, & exequi perpetuò curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda

Ad hoc etiam dicitur.

Dat. P. A. die 29. Nov.

Edita An. 1602.

Et sup. Bullar. tom. 9. ubi in fine in margine Apostolica, qua praescribitur lib. omni. parant.

URBANUS OCTAVUS.

69

benda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitu, dine, moribus, & vita antea, ac præcipue eorum, qui sextumdecimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno gravati, vel reddendæ alicujus administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam constitutionis sel. rec. Sixti V. & Moderationum subsecutarum, illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus, ex Apostolica facultate Novitatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus præscriptas non habeat, juxta Decretum super forma recipiendi Novitios die 19. Maii 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt, eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præferat, ut minores, & suis temporibus majores Ordines, juxta decreta Sacri Conc. Trid. suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens, ad habitum regularem admitti postulerit, & talis eruditionis in expertus inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur, ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita novitint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberè famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes desistantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cujusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est nedum Conversos ad professionem admittendos, verum & oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaquæque Religio suas peculiare Constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius antea vitæ conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem uniuscujusque Novitatus spectat, locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commodè sterna possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiatur.

In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu Capella, si commodè fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, præsertim in cæremoniis, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus ad sit, sin minus hortum cæteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsi verò novitiis sibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eundem quisquam alius ingrediat.

Ad hujusmodi locum Novitatus nemini ejusdem, vel alterius ordinis Regulari, etiam Conventus, & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam

Monasterii, aut Conventus Superiori, si quodcumque ingrediendum sibi necessariò existimaverit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conventus, & Monasterii Patribus socium assumat.

Hujus loci clausuræ clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsentem, & non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Novitiorum regimen spectant, dicto Magistro immediatè subjectus existat, eliganturque tam Magister, quam socius per provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi subitari. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum & socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores seu Vicarios, de Desinitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu fieri permittatur, idemque servetur, si intra triennium, alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri vel mori contigerit, in cujus, vel quorum locuta alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quæ Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigessimam ætatis suæ anno constitutus, & per decennium à professione emissa in Religione perstiterit. Socius verò trigessimam annum excedat, sicutque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam antea exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus additi, prudentia, charitateque repleti, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine præferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ab ira præsertim & indignatione, quæ in se & erga alios charitatem impedire consueverunt, quamlongissimè alieni, & tales demum, qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quàm vereantur, nec illis unquam detrudere quicquid possint.

Habeat etiam Magister plenam & absolutam potestatem circa Novitiorum instructionem, ac Novitiorum regimen, ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipue divinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit atque perfecta votorum solemnium, & quam necessaria cujusque Ordinis Constitutionum observantia: modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones, & vitia ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atque proclivis, per sensuum custodiam & mortificationem cohibendi, austeritatem, jejunia, cilicia, disciplinas, conscientie puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per apertionem quotidianam motuum interiorum, cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Licet tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorundem Novitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statim horis in Choro, nocturnis, diurnisque divinis Officiis assistant.

Exeret

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & comodo extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsentem, vel socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore, cujusque in quam natura feratur, propensionem scrutentur.

Non liceat eis, durante Novitiatus, & Probationis tempore, unâ cum Professo, nisi in Choro & in Ecclesia tempore officiorum, in processibus, aut in cœnaculo causa refectiois commorari, nec permittatur eis Professos domos exeuntes comitari.

Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis ætate, moribusque provectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia prout opus fuerit, agat, cui etiam januæ custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus ædificationem, exemplum atque utilitatem afferre, Conversus ipsis à Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum juxta cujusque Ordinis Statuta, & Constitutiones subditi esse & obedientiam præstare debent, à quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conciones, quæ per Magistros Novitiis fieri solent, accessiri debent, & in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore verò probationis elapso, si tantum, qui non solum religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti novo, ac diligenti examine reperti fuerint (cummodo ætatis suæ annum quoad Clericos decimum sextum, quo verò ad Conversos, vigesimum primum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire etiam durante tempore probationis, non possunt.

Superior cujuslibet Conventus, in quo Novitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo Novitii professio registretur, illamque Novitius professus propria manu, & duo testes qui præsentem fuerint, subscribant.

Conversus verò litterarum ignarus professus, in eorundem testium qui se subscripserint, præsentia propria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in Archivio, ubi scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia verò in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventus designatos quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum hujusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus est, eos quos prænaratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, juxta cujusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum juxta præsentem Institutionem, & aliâ servatis servandis ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiarum cum testimonialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorundem nomine, & instantia recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis hujusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, ut præmissum est, exerceri debent.

Porro, ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere quæ magis expedire videbitur.

Ut autem Novitii jam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti, melius in bono spiritu, regularisque disciplina observantia stabiliantur, & confirmantur, mandatur ut statim post professionem emissam, si in Conventibus, aut Monasteriis pro Novitiis assignatis locus aderit secundi Novitiatus, sive Professorii, ab ea, quæ Novitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium aut Conventus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitiatum supernarratis reperiat, vel accommodetur, aut de novo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiantur, quæ suarum Constitutionum, seu institutorum vigore majoris temporis cursu novos professos intra Novitiatum detinere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire judicaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quam servant antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permanent, quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devenierint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo & debebunt litterarum studiis operam navare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen quod propter præmissa non censetur concessa licentia recipiendi Novitios in locis, nisi Novitiis designatis, aut imposterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine superiores sunt, & alii, ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium quæ tunc obtinebunt privationem, gravioresque pro modo admittæ culpæ poenas se subituros certò sciant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 19. Martii Das. P. A. die 19. M. 1603.

Ant. Seneca Reformationis Apost. Sec.

Anno 1624. Indictione 7. Pont. auctum Sanctiss. Domini Publica N. D. Urbani divina providentia Pape VIII. anno ejus Secundo, die verò vigesima sexta mensis Octobris, supra dicta Decreta, tam Sacra Congregationis Concilii, quam san. mem. Clem. VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principii Apostolorum, necnon in acie Campi Flora, ut moris est, per nos Camillum Fundatum, & Julium Marzettiolum Cursores Sanctissimi.

Brandimartes Latinus Pro Magistro DD. Curf.

Deputatio Francisci Ubaldi Sac. Romæ Auditoris in Præsidentem & Judicem Probationum Equitum Religionis Militiæ Christianæ. XXIX.

Erexit hic Pont. Militiam istam in sua constit. Imperferutabilis, hic sup. ubi notavi. Hanc autem deputationem posui ad cognoscendum de facultate Judicis hujus Militiæ.

VRBANVS

URBANUS PAPA VIII. Dilecti filii Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum Nos nuper supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantae, ac Catholi Nivernien. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Altham Nobis humiliter porrectis inclinatum militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, sub certis modo, & forma tunc expressis, Apostol. auctoritate crexerimus, & instituerimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Idcirco, ut eorum, qui habitum per dictæ Militiæ Fratres Milites gestari solitum susceperunt, professionem per eisdem emitti consuetam expressè emittere voluerint, regulares nobilitatis, & aliorum requisitorum probationes rectè, & juxta ejusdem Militiæ Statuta Apost. auctoritate confirmata fiant, quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, doctrina, rerumque experientia plurimum in Domino confisi, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apost. potestatis plenitudine, Te in præsentem, seu Judicem probationum prædictarum, cum omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis solitis, & consuetis, ad nostrum beneplacitum tenore præsentium facimus, & constituimus & deputamus, tibi que ut probationes prædictas, sufficientes, vel non sufficientes juxta ejusdem Militiæ Statuta, seu stabilimenta eadem auctoritate confirmata decernere, & declarare in actis Notarii per te eligendi, & nominandi, aliaque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna facere, gerere, & exequi liberè & libitè possis, & valeas, auctoritate, & tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Majoram, sub annulo Piscatoris, die 26. Sept. 1624. Pont. nostri anno 2.

XXX. Revocatio concessionum diversorum Officiorum, ac Privilegiorum, Exemptionum, Gratiarum & Indultorum, in præjudicium Sedis & Cam. Apost. emanatarum.

Ad hujusmodi materiam plures extant Pontificia Constitutiones, quarum præcipua sunt à me indicata hic in Apostillis.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Superni benignitas Conditoris, cujus admirabili providentia cuncta reguntur, cum nullis nostris suffragantibus meritis, Nos ad sublime exerit Apostolicæ dignitatis fastigium, universam Reipublicæ curam ad ipsius Dei laudem amplectentes, ad hoc inter alia nostræ Pastoralis vigilantie studium duximus adhibendum, ut officia tam Romanæ Curie, quam alia ad Sedem Apostolicam pertinentia à probatis viris exerceantur, ac illa personis idoneis, modoque debito conferantur, Cam. Apostolicæ, quam ob varias superiorum temporum causas magno ære alieno constato, & ejus ærario exhausto, in maximas reddituum, & pecuniarum angustias incidisse comperimus, ab ære alieno, ac angustis hujusmodi, quantum in Nobis est sublevertur, frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitæ usum pertinentium copia in hac Urbe nostra, & reliquo Statu Ecclesiastico conservetur, & vigeat, ejusdem Sedis auctoritas, & Romanæ Curie dignitas eluceat, ac perdebitæ reformationis, & provisionis occursum, impedimentis quibuscumque sublati, omnia prosperè dirigantur, ac justitia duce, quod

suum est unicuique tribuatur, felicitique profectu virtus undique suscipiat incrementum.

§. 1. Cum itaque inter cætera, quæ mentem nostram non modicè perturbant atque perturbant, inveperimus pleraque Sedis, & Camere prædictarum officia seu munera, præsertim administrationem habentia, & quæ amovibilia sunt & esse debent, tam in Urbe, quam extra eam, contra eorum naturam, & consuetudinem, per ambitionem, & importunitatem (ut credimus) impetrantium ad vitam, & non solum unius, verum plurium etiam personarum, concessa fuisse, necnon super illis, & aliis etiam Romanæ Curie prædictæ officiis, etiam perpetuis, coadjutorias cum futura coadjutorum successione factas, & constitutas esse: quo fit, ut eadem officia, quæ antea personis benemeritis, & idoneis, ac doctrina, prudentia, & consilio præditis, experientiaque, & ætate maturis concessa sunt, interdum ad personas minus idoneas, coadjutoriarum nomine deveniant, in Sedis, & Curie hujusmodi dignitatis diminutionem, & ipsorum officiorum detrimentum.

§. 2. Et licet plerique Romani Pontifices Prædecessores nostri, & novissimè fel. record. Paulus Papa Quintus ad indemnitati Camere prædictæ, necnon Communitatum, & universitatum status Ecclesiastici opportunè consulendum, ac etiam ad ubertatem Annonæ, & Gratiæ in Urbe, Statuque prædictis conservandam, & augendam, plures constitutiones ediderint.

§. 3. Et inter alia idem Paulus Prædecessor per binas suas in forma Brevis editas constitutiones, in una videlicet omnes & quascumque immunitates, & exemptiones à solutione Gabellarum, Dationum, Impositionum, & aliorum onerum Cameralium quorumcumque, & quæ etiam per Communitates, & Universitates pro eorundem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione indicta & imposita, ac exigi solita erant.

§. 4. Necnon assignationes, & provisiones super Camere prædictæ redditibus, & juribus, penarum quoque maleficiorum applicationes, appropriationes, cæterasque tam illarum, & Cancellariarum, sive bancharum civilium, & criminalium, ac Secretariarum, & illarum emolumentorum, quàm bonorum, & jurium ejusdem Camere, cujusvis qualitatis, & quantitatis, gratias, & concessiones, in præjudicium ipsius Camere eatenus concessas, & factas.

§. 5. Et in altera omnia, & singula ac quæcumque privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum & alia, tam Annonam, quàm Gratiæ concernentia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, ex quibuscumque status nostri Ecclesiastici temporalis provinciis, ac Civitatibus, terris, Castris, & Locis, eorumque territoriis & districtibus Nobis & S. R. E. mediatè, vel immediatè quomodolibet subjectis extrahendi, similiter eatenus concessa, præterquam quoad aliqua tunc expressa, ac alias modo, & forma eisdem constitutionibus, & literis desuper expeditis contentis revocaverit, & Prædecessorum suorum prædictorum constitutiones, ordinationes, & literas desuper expeditas, & omnia in eis contenta perpetuò approbando, confirmando, & innovando, illas, & illa, ex tunc de cætero observari mandaverit, ac frumenta, blada, legumina, oleum, animalia, & alia prædicta extra Statum Ecclesiasticum extrahi sub excommunicationis, & aliis gravissimis pœnis de novo expressè prohibuerit.

§. 6. Et postremò idem Paulus prædecessor ad tollendam omnem dubitationem super ultimò dicta constitutione excitatam, per suam Motus proprii cedulam die vigesima sexta Augusti anni Domini 1626. publicatam sub ultima dicta ejus constitutione quæcumque loca S. R. E. mediatè subjecta comprehendi, & comprehensa fuisse, & esse declaraverit, & quatenus opus sit, illam cum omnibus in ea contentis ad loca prædicta extenderit, & ampliaverit, prout in eisdem constitutionibus, & cedula latius continetur.

§. 7. Nihilominus cum acceperimus nonnullos contra dictas constitutiones & literas eisdem immunitates, exemptiones, privilegia, extrahendique facultates, & gratias

Narrat hie Pont. in præjudicium sedis & Cam. Apost. alijque officia amovibilia, ad vitam unius & plurium personarum concessa, & super illis, ac aliis officiis coadjutorias cum futura coadjutorum successione factas, & constitutas esse. Hoc habes etiam revocatum à Pio V. ut sup. conf. a. Rom. 15. n. 2. ubi vide etiam Consil. Trid. Et licet idem Pont. desuper pro indemnitate d. Cam. & Universitatum status Ecclesiastici, & pro ubertate annonæ & gratiæ ediderit constitutiones. Ac Paul. V. exemptionem à solutione oner. Cameralium revocaverit in sua cõf. 11. r. 3. Pna cum applicationibus d. d. vray. civilibus, ut ibid. in §. 4. & 5. Præsentiaque & alia ad annonam, & gratiæ pertinentia, locis status Ecclesiastici, ex locis & facultate extrahendi. Pna etiam excommunicationis prohibuerit in r. 12. Vide etiam in §. 15 & 16. ut in r. 12. Et postremò hanc prohibitionem, etiam ad loca mediæ sedis Apost. subjecta extendit in d. conf. 11. Nihilominus contra const. Paulus dicitur quoad loca pertinentia, ceteris locis in sedis Camera, & Papa formæ cessasse, ac Rom. Curie dicitur tunc præjudicium extorta fuisse.

que antea eis concessa fuerant, confirmari, & innovari, ac in pristinum statum restitui, ac respectivè tam ipsos, quam alios, etiam Communitates, Universitates, Collegia, & loca diversa, & forsitan majora, & etiam quod in quibusdam Provinciis, Civitatibus, & locis spolia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum fieri, & colligi non possint, & alia privilegia Sedi, & Camere prædictæ, Romanique Pont. supremæ potestati, ac ejusdem, & Sedi, & Rom. Curie dignitati, & auctoritati præjudicialia sibi dari, & concedi impetrasse, & obtinisse, seu potius extorsisse.

*Ita dicitur in
reformatione
republicæ, &
prohibita
colligere vel
quoscumque
coadjutorias
ad officia
Curie, Camere,
Sedis, quorum
collatio ad
Papam, &
eandem
deum spolia
necnon ad
pau vitam
illas obtinere
solummodo
concessas
modo per
obtinere
aut
a iam vacan-
tiam, effe-
ctum (sicut
non sibi) nec-
non perpetui-
tate, & pro
reformatione
vocat.
vide etiam
inf. §. 10.*

§. 8. Nos pro debito pastoralis officii hos, & alios abusus & corruptelas, necnon damna, & præjudicia, quæ circa præmissa hæcenus irrepperunt, & facta sunt, ac quotidie augentur, & hinc, è medio tollere volentes, Motu proprio, non ad alicujus super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de Apost. potestatis plenitudine, hac perpetuè valitura constitutione in primis omnes, & quascumque ad quevis officia, & munera etiam collegiata, etiam militaria, ac etiam venalia, tam perpetua, quam temporaria Sedi, & Cam. Apost. ac Rom. Cur. & tam in Urbe quam extra eam, & in quibusvis etiam Avenionen. Bononien. Ferrarien. Beneventan. aliisque Civitatibus, Terris, Locis, Dominiis, & Regnis, & ad Nos, Sedemque prædictam, nostramque, & ejusdem Sedi collationem, concessionem, & deputationem quomodolibet pertinentia, coadjutorias, & coadjutorum quorumcumque deputationes, constitutiones, necnon eorundem officiorum & munerum ad vitam plurium personarum, seu aliud tempus vitam cujusque illa obtinentium excedens concessiones, confirmationes, & prorogationes, etiam in remunerationem laborum, meritum, ac etiam prætextu expensarum factarum, damnorum passorum, ac illorum intuitu, aut ex quavis alia causa, per quosvis prædecessores nostros Rom. Pont. Sedemque prædictam, & illius officiales, etiam Motu simili, & cum quibusvis decretis, & clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis quomodolibet ad favorem quorumcumque personarum factas, & concessas, veluti quandam imaginem hæreditariæ successionis representantes, ac dictæ Sedi, bonoque publico, ac ipsis officiis perniciosas, & quascumque literas etiam sub plumbio, & in alia quavis forma expeditas, cum omnibus inde sequutis, quæ hæcenus tamen per obitum illa obtinentium, aut aliam quamcumque vacationem effectum sortitæ non sunt, necnon quoad illarum perpetuitatem, quascumque concessiones, confirmationes, extensiones, seu prorogationes ad vitam officiorum & munerum quorumcumque, præsertim negotiorum, & pecuniarum dictæ Camere administrationem, vel causarum civilium, seu criminalium cognitionem, advocacionem, defensionem, seu etiam procuracionem, & sollicitationem concernentium, ad collationem, concessionem, & deputationem scilicet pro tempore Romani Pontificis, Sedi que prædictæ spectantium, quæ à primæva eorum erectione, seu ex inveterata consuetudine perpetua, & ad vitam concedi solita, seu collegialia non sunt, ac etiam ea quæ extra Romanam curiam exercentur per quoscumque Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Nos, Sedemque prædictam ex quavis causa, etiam Motu simili, & ex certa scientia, & de similis potestatis plenitudine in favorem quorumvis personarum, cum quibusvis decretis, & clausulis, etiam insolitis, & derogatoriis derogatoriis, & aliis quomodolibet factas revocamus, ac irritas declaramus, ita ut in re, vel ad rem, sive in possessorio, sive in petitorio, etiam ad plures actus positivos, & possessorios devenitum fuerit, coadjutoribus, & deputatis acquisitum jus dici aut ceteri non possit, sed officia, & munera prædicta libera sint, & remaneant, ac ut prius liberè conferri, & concedi possint, & quæ ac si coadjutorie & coadjutorum deputationes, & constitutiones, ac eorundem officiorum concessiones, extensiones, & prorogationes minimè factæ fuissent, ac in futurum coadjutorias, & coadjutorum deputationes, constitutiones, ac officiorum, & munerum prædictorum, ad plarium, vel unius vitam contra primævam eorum naturam, & antiquam consuetu-

dinam concessiones, extensiones, & prorogationes quascumque hujusmodi, tanquam apprimè præjudiciales, ac Republicæ, bonoque gubernio damnosæ reprobamus, ac in posterum fieri prohibemus.

§. 9. Quinimodò omnia etiam & singula officia, seu munera, tam in dicta Urbe, quam extra eam, & in quibusvis Regnis & Dominiis consistentia, pro quibus lalaria de pecuniis Camere nostræ prædictæ persolvuntur, seu quæ negotiorum, vel pecuniarum Camere prædictæ administrationem, vel causarum tam civilium, quam criminalium cognitionem, advocacionem, defensionem, procuracionem, seu sollicitationem habent, per quosvis etiam Sedi Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ officiales, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos conferti, seu concedi solita (non tamen ea, quæ ab initio venalia, vacabilia, & perpetua legitime creata ratione officiorum majorum, quæ obtinent, eis specialiter assignata, seu concessa sunt, in quibus aliquid innovare non intendimus) nostræ, Romanorumque Pontificum successorum nostrorum dispositioni ita reservamus, ut ex nunc in perpetuum, & quodcumque illa à nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutum quibus libuerit, quibuscumque deputationibus, & concessionibus per officiales etiam Cardinales, & Legatos prædictos quibusvis personis quomodolibet hæcenus factis, & in posterum forsitan faciendis minimè obstantibus, dari, & concedi possint.

*Officiis
omnia, pro
quibus sala-
ria de pecu-
niis Camere
persolvuntur,
vel quæ illi
cognitionem,
defensionem,
procuracionem
vel sollicita-
tionem habent
(aliquibus
hic exceptis)
sibi, & suc-
cessoribus
reservant.*

§. 10. Cum Nos ab omnibus officiorum coadjutorias, & coadjutorum deputationibus hujusmodi, necnon ab eorundem officiorum, & munerum ad vitam plurium personarum, sive etiam unius, contra eorum primævam institutionem, seu antiquam consuetudinem concessionibus, deputationibus, confirmationibus, & prorogationibus de cetero abstinere intendimus, & quæ Nobis licere non patimur, ac videntur incongrua, & præjudicialia, successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam indicamus, & sic neque eosdem successores nostros Rom. Pont. similia concessuros esse arbitremur, ob id omnes, & quascumque similes, vel dissimiles concessiones, deputationes, confirmationes, extensiones, & prorogationes, quæ contra præsentium formam, & tenorem à Nobis & successoribus nostris prædictis quodcumque (quod non credimus) emanarent, per subreptionem, obreptionem, ac præoccupationem potius extortas, quam obtentas, ac nullas, nulliusque roboris, & momenti fore, esse, & ceteri, neminique suffragari posse, vel debere, & quæ ac si factæ, & concessæ non essent, decernimus & declaramus.

*Coadjutorias
& supradic-
tas officiorum
concessiones
ut Rom. Pont.
præjudiciales,
si qua forsitan
fieri contigerit,
nullas, &
per subreptionem
extortas
declarat.*

§. 11. Præterea pro indemnitate Camere nostræ, ac ubertate Annonæ, & Gratiæ, tam in Urbe, quam toto Statu Ecclesiastico conservanda, prædictorum Pauli V. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, illorumque constitutiones etiam opportunè extendentes, Motu, scientia, & potestate similibus omnes, & quascumque immunitates, & exemptiones à solutione subsidii triennalis, quaterni carnis, taxarum equorum, talliarum, censuum, Archivii, fongliettæ, triremium, utensilium, necnon Dohanarum, Gabbellarum, Datorum, taxæ portus Anconæ, quaternorum, tractatum, & aliarum impositionum, & onerum Cameralium, & etiam eorum, quæ per Communitates, & Universitates pro eorundem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione, ac pro viis, & pontibus construendis, & manutenendis, seu alias indicta, & imposta, ac exigi solita sunt, ac etiam recipiendi, & hospitandi milites, & Sedi Apost. officiales, barigellos, executores, aliosque justitiæ ministros, eisque utensilia alia necessaria subministrandi, ac aliorum quorumcumque, tam realium, quam personarum seu mixtorum, ordinariorumque & extraordinariorum quorumcumque.

*Exemptiones
à solutione
onera Camere-
ralium ordi-
natorum cum
nisi abrogat.
Hujus Pauli
constit. est n.
11. tom. 3.
Tu vide mo-
derationem in
& hinc inf.
§. 12. & seq.
& ibidem in-
dicari alia
hujusmodi
revocantur.*

§. 12. Necnon omnia privilegia localia, ne scilicet in quibusdam Civitatibus, locis, & Dominiis temporariis, etiam Avenionen. Bononien. Ferrarien. Beneventan. seu aliis Provinciis, Civitatibus, & locis, etiam privilegiatis, & speciali nota dignis (non tamen in Urbe prædicta, & ejus districtu, præter & contra formam constitutionis

*Privilegia, ut
spolia sunt,
præterquam
in Urbe, juxta
bullam Pauli
V. pro Curia-
libus it. irritas.*

constitutionis ejusdem Pauli prædecessoris in favorem Curialium, & Incolarum dictæ Urbis editæ, quæ in suo robore permanere, & omnino servari volumus...

§. 13. Ac omnes etiam, & singulas provisiones, assignationes super Camera prædictæ redditibus, & juribus, pœnarum quoque malefactorum, & introituum applicationes, appropriationes, necnon Cancellarium, Notarium, seu Bancharum civilium, & criminalium Secretarium, & illarum emolumentorum, aliorumque jurium, & honorum stabilium Cameræ, & Communitatum prædictarum, cujusvis qualitatis & quantitatis gratias, concessionem, & alienationem quæcumque in præjudicium eandem Cameræ, & Communitatum.

§. 14. Necnon indulta de bonis stabilibus, & juribus ejusdem Cameræ in civitate nostra & districtu Ferrariensi, seu alibi consistentibus, certis personis tantum infundandis, per Pæ mem. Greg. PP. XV. etiam prædecessorem nostrum concessa.

§. 15. Ac omnia, & singula privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, olivas, & alia quæcumque, tam Annonam, quàm Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tam ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quàm etiam ad loca mediata, vel immediata Sedi Apostolicæ subjecta, præterquam ad Urbem prædictam asportandi, etiam tempore Annonæ difficultatis, & pro usu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibusvis Molendinis molendi, sive terra, sive mari, vel per aquam dulcem, ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporalls Provinciis, & etiam à dicta Urbe, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territoriis, & districtibus, Nobis & dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediata subjectis extrahendi, aut illa ultra usum contra tamen formam constitutionum, & ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum defuper editorum, & edendorum emendi, ac ut dicitur, etiam incertandi, per quoscumque Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio & consistorialiter, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & Cameram prædictam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros, quibusvis etiam Avenionen. Ferrariens. Beneventan. & alijs etiam speciali nota dignis Civitatibus, & illarum Regiminibus, Communitatibus, & Universitatibus, necnon familiis, nobilibus, Principibus, Ducibus, & Marchionibus, Baronibus, Domicellis, & quibusvis alijs personis quacumque, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tam seculari, quàm Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam pro se, & filiis, eorumque hæredibus, & descendentes, necnon familiaribus, & inservientibus, colonis etiam partiaris, laboratoribus, & assiduariis, ac pro eorum Civitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, Prædiis, Vincis, & alijs bonis stabilibus, fructibus, juribus, & actionibus perpetuè, vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, & etiam causa emporiorum, seu nundinarum, etiam publicarum, aut alias, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in appaltatum, seu locationum instrumentis provisum, & cautum sit, illas observari debere, Appaltatoresque, & Conductores ad illarum observationem teneri, ac illas quomodocumque, & qualitercumque hætenus, in genere, vel in specie, tam Bullar. Mag. Tom. IV.

ante, quàm post ejusdem Pauli V. & aliorum Prædecessorum prædictorum, & quomodocumque datas, factas, seu confirmatas, restitutas, reintegratas, aut alias concessas, & hinc, etiam auctoritate Justitias spectas quacumque, etiam perperam, et Motu, scientia, & potestate similibus revocamus, & abrogamus.

§. 16. Necnon similes memorie Pauli III. & Julii etiam III. Pii V. Sixti V. prædictorum, ac Clementis VIII. similiter Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & que incipit: In maxima rerum difficultatibus, per prædictum Paulum V. prædecessorem, sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1603. Pontificatus sui Anno 1. editas constitutiones exemptionum, immunitatum, concessionum, & gratiarum prædictarum revocatorias, ac rec. mem. Pii IV. super revocatione similibus licentiarum, & facultatum extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Provinciis, Terris, & locis dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediata subjectis, quibusvis concessarum, ac prohibitionem ne à dictis Provinciis, Civitatibus, Terris, locis frumenta, blada, & legumina prædicta quicumque extraherent, ac dicti Pii V. per quam revocationem, & prohibitionem ejusdem Pii Papæ IV. ad licentias, facultates quodcumque genus Grasciæ, etiam in carnibus, ovibus, agnis, & alijs animalibus, necnon oleo, ac rebus alijs quibuscumque consistentis extendit, & ampliavit, & Gregorii XIII. pariter Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, per quam omnibus, & singulis Communitatibus, Universitatibus, & quibuscumque personis inhibuit, ne quovis prætextu, directè, vel indirectè, cujusvis generis frumenta, blada, legumina, atque animalia quæcumque extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare auderent, seu præsumerent, & ejusdem Gregorii XIII. sub Datum die prima Maii 1578. sub Pontificatus anno sexto, per quam quod nulli, sibi, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediata subjecti, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existetent, etiam si Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini in temporalibus existerent, sub excommunicationis majoris, & læsæ Majestatis criminis, dominiorum, & honorum suorum confiscationis, feudorum amissionis, & quorumvis privilegiorum suspensionis, ac alijs etiam pecuniariis arbitrio suo imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamandis per Annonæ Præfectos pro tempore tam eatenus editis, & emissis, quàm in futurum edendis, & emittendis, contentis censuris, & pœnis triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges, à terris, & locis dicti Status Ecclesiastici, absque expressa ipsius Gregorii prædecessoris, & ab eo obtenta in scriptis, & ejus manu signata licentia extrahere, vel extrahi facere, nullique ex prædictis eorum Subditos, & Vassallos, aut alias quascumque personas, quominus triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges prædicta in quibusvis locis eis subjectis, quovis prætextu, etiam molituræ, aut cujusvis alterius oneris solutionis ad Almam Urbem afferrent prohibere, aut per se, vel aliam, seu alios, directè, vel indirectè impedire auderent, quin potius illis sic afferentibus omnem opem, & favorem præstarent, ac insuper nulli quamlibet tritici, hordei, & leguminum, omnisque generis frumentorum, & frugum quantitatem, nisi pro suo, suarumque familiarum unius anni dumtaxat usu emere valerent, & contrafacientes pœnas prædictas incurrisse declararentur, & aggravarentur ipso facto, non obstantibus etiam privilegijs, indultis, literis, & gratijs Apostolicis quibusvis personis, Civitatibus, Terris, & locis in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis, statuit, atque decrevit, ac dicti Clementis, per quem prædicta omnia, dempta ex illis excommunicationis pœna, approbavit, & confirmavit, necnon ejusdem Pauli Quinti, per quem omnes, & singulas Pii Quarti, Pii Quinti, Gregorii Decimertii, & Clementis Octavi prædecessorum suorum constitutiones, & literas in quibuslibet earum partibus, quoad excommunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad frumen

Constitutiones Pontificum Romanorum contra supra dictos extrahentes editas approbat, & innovat, nempe Pauli, & Julii III. quæ tam hinc non habetur: Pii vero V. est n. 108. & habetur sup. com. 2.

Sixti V. non habetur in d. Bulla.

Clem. VIII. conf. est 4. 49. tom. 3.

Pauli V. est n. 12. tom. 3.

Gregor. XIII. est conf. 50. tom. 3.

Credo autem præferendum esse conf. Greg. XV. Romæ, sup. ubi excommunicationis, & censuras Ecclesiasticas, etiam in casibus absque licentia.

Ita conf. nox sup. tom. 1. leat sume.

earundem Monialium, & illorum Superiorum consensu ingredi possint, seu debeant.

§. 2. Nos omnem dubitandi materiam, quæ super modo consensum hujusmodi præstandi forsitan oriri posset, è medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, harum serie decernimus, atque declaramus, consensum dictarum Monialium de cætero per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstandum esse, & præfari debere, aliàs licentiæ hujusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur.

Et absque eo Monasteria ingredi non possunt.

§. 3. Et quæ sanctimonialium Monasteria vigore licentiarum prædictarum, absque consensu capitulariter, ut præfertur, præfari ingredi præsumpserint, sententias, censuras, & pœnas contra clausuras Monasteriorum Monialium violantes inflictas, se noverint incursumas.

Prohibetur illis in clausuras ingredi.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fides transumptis de his.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Dat. P. A. 2. die 15. Oct.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 27. Octobris 1624. Pont. nostri anno 2.

XXXI. Institutio Confraternitatis Aulicorum Urbis in Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarios, sub invocatione Confraternitatis Urbanæ; cum concessione Ecclesiæ S. Laurentii in Fonte in Regione Montium Urbis sitæ, eidem Confraternitati, ad pia opera in ipsa exercenda.

De forma aggregandi Confraternitates lege constit. 115. Clem. VIII. Quæcumque, sup. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoris æterni, qui pro gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices quanquam immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium vota, Divini cultus augmentum, & ipsorum fidelium salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, & devota opera exercenda Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Alicuiusmodi pro gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices quanquam immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium vota, Divini cultus augmentum, & ipsorum fidelium salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, & devota opera exercenda Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Almæ Urbis nostræ Aulici Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi peculiari devotionis affectu ducti, & ut alios Christi fideles ad ejusdem devotionis studium accendant, in Parochiali Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarios de Urbe, unam eorundem Aulicorum Confraternitatem Urbanam nuncupandam, ad Dei gloriam, & honorem, ac animarum dictorum fidelium salutem per Nos erigi summo opere desiderant.

§. 2. Nos piis eorundem Aulicorum desideriis hujusmodi benignè annuere, animarumque salutem paternam charitate prospicere, eosdemque Aulicos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium demtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorundem nomine Nobis super hoc humiliter petitis inclinatis, in prædicta Ecclesia unam Christi fidelium Aulicorum dictæ Urbis Confraternitatem Urbanam nuncu-

pandam, quæ non sit pro hominibus unius specialis artis, sine alicujus præjudicio, Apostolica auctoritate perpetuò erigimus, & instituitus.

§. 3. Necnon Confratribus dictæ Confraternitatis pro tempore existentibus, ut processionaliter incedere, Divina Officia in suo Oratorio recitare, & pro ipsius Confraternitatis negotiis se congregare, ac quæcumque Statuta, Capitula, Ordinationes, & Decreta pro salubritate eorum, & dictæ Confraternitatis regimine, & administratione necessaria, & opportuna, licita tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria, per dilectum filium nostrum in dicta Urbe Vicarium in spiritualibus generalem examinanda, & approbanda facere, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, & expediens fuerit, prævia simili examinatione, & approbatione, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare.

Confraternitas in suo Oratorio recitanda, & approbata.

§. 4. Ac insuper omnia, & singula legata, relicta, res, & bona quomodolibet qualificata, mobilia, & immobilia, per quoscumque Christi fideles dictæ Confraternitati pro viam testamenti, donationis, aut aliàs quomodolibet pro tempore legitime elargita, & relicta recipere, illaque per eorum Officiales, & Deputatos regere, gubernare, & administrare, ac in ipsius Confraternitatis, & ejus priorum operum usus convertere liberè similiter, & licitè valeant, ita tamen, ut de receptis, & administratis per eandem eidem Vicario juxta Decreta Concilii Tridentini hujusmodi rationem reddere teneantur, auctoritate, & tenore præsentis concedimus, & indulgemus.

Necnon bona quomodolibet qualificata, mobilia, & immobilia, per quoscumque Christi fideles dictæ Confraternitati pro viam testamenti, donationis, aut aliàs quomodolibet pro tempore legitime elargita, & relicta recipere, illaque per eorum Officiales, & Deputatos regere, gubernare, & administrare, ac in ipsius Confraternitatis, & ejus priorum operum usus convertere liberè similiter, & licitè valeant, ita tamen, ut de receptis, & administratis per eandem eidem Vicario juxta Decreta Concilii Tridentini hujusmodi rationem reddere teneantur, auctoritate, & tenore præsentis concedimus, & indulgemus.

§. 5. Postremò, ut dicta Confraternitas majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui in dictam Confraternitatem imposterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpsissent, plenariam.

Postremò, ut dicta Confraternitas majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui in dictam Confraternitatem imposterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpsissent, plenariam.

§. 6. Necnon pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus, in cujuslibet eorum articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

In articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

§. 7. Ac eisdem pro tempore existentibus Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium die festo exaltationis Sanctæ Crucis à primis Vesperis usque ad occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Visitantibus illius Ecclesiæ, vel Oratorii in die festo exaltationis Sanctæ Crucis à primis Vesperis usque ad occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

§. 8. Insuper dictis Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in Conceptionis B. Mariæ Virginis, ac S. Urbani Papæ, & Martyris, & Sanctorum Joannis, & Pauli, ac Sancti Antonii festis diebus, ut præfertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem Annos, & totidem quadragenas.

Visitantibus illius Ecclesiæ, vel Oratorii in diebus festis Conceptionis B. Mariæ Virginis, ac S. Urbani Papæ, & Martyris, & Sanctorum Joannis, & Pauli, ac Sancti Antonii festis diebus, ut præfertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem Annos, & totidem quadragenas.

§. 9. Quoties verò ipsi Missis, & aliis Divinis Officiis in dicta Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum dictæ Confraternitatis, quàm aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quàm cum ad infirmos, aut aliàs ubicumque, & quomodocumque pro tempore defertur, comitati fuerint,

Indulgentiam 60. dierum, ad quam pia quædam opera exerceantibus impertitur.

aut si impeditur campana ad id ligno dato semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem prædictas pro animabus defunctorum Confratrum dictæ Confraternitatis recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & ea quæ ad salutem sunt, docuerint, aut aliud quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu aliis quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulgentias prædictas relaxamus, & remissiones præfatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

§. 10. Volumus autem, quod si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregetur, vel quavis alia ratione uniat, seu etiam quomodolibet instituat, præfates, & quævis aliæ literæ Apostolicæ illis nullatenus quoad Indulgentias, & remissiones præfatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Octobris 1624. Pontificatus nostri anno Secundo.

Sequitur concessio S. Laurentii in Fonte in Regione Montium Urbis sue, dictæ Confraternitati, ad pia opera per ejus Confratres in ipsa exercenda.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Aliàs à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentiis, videlicet, Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam, Pastoris æterni, &c.

Omittitur residuum, quia est Bulla que præcedit.

Subinde verò postquam de anno proximè præterito cupientes providere, ut Ecclesia S. Laurentii in Fonte nuncupata in Regione Montium de Urbe, antiquitate, aliisque pluribus nominibus venerabilis, debitis non careret obsequiis, prævia revocatione (quatenus opus esset) concessionis Ecclesiæ præfate aliàs de anno nunc præterito Fratibus Ruthenis per Nos factæ, Ecclesiam præfatam S. Laurentii, simul cum omnibus suis juribus, bonis, redditibus, proventibus, & emolumentis supradictæ Confraternitati, ad utendum in perpetuum, prout de similibus Ecclesiis Laicorum Confraternitates, seu Congregationes ad sacros, & pietatis usus destinatæ uti consueverunt, ita tamen, & non aliàs, ut ipsa Confraternitas Ecclesiam Sancti Laurentii præfatam in necessariis reparare, & manutenere, sacraque, & sufficienti suppellectiliprovideat, Missamque Dominicis, ac festis diebus saltem, in ea celebrari facere teneretur, & quod Ecclesiam præfatam S. Laurentii etiam ad pios usus aliis concedere non valeret, & cum Decreto, quod si quodcumque contingeret Confraternitatem præfatam dissolvi, reparationes, & melioramenta facta, & ad quancumque summam ascendente eidem Ecclesiæ cessisse, & cedere sine aliqua refectione intelligerentur, concesseramus.

§. 2. Per Nos accepto, quod occasione concessionis Ecclesiæ hujusmodi, inter dictam Confraternitatem ex una, & dilectos filios Priorem, & Canonicos Regulares Monasterii S. Petri ad Vincula de Urbe Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S. Augustini ex altera partibus orta fuerit controversia, cum nimirum Prior, & Canonici præfati prætenderent dictam Ecclesiam Sancti Laurentii à centum & amplius annis Ecclesiæ eorum Monasterii hujusmodi Apostolica auctoritate unitam fuisse, ob idque concessionem præfatam viribus non sustinere, & redditus, seu canonem domus annexæ dictæ Ecclesiæ S. Laurentii singulis annis solvi solitum per quondam Prudentiam Agazinam, & hæredes quondam Sancti Mazzi, necnon dilectum in Christo filium Mitium de Gradibus Ecclesiæ dicti Monasterii debere.

§. 3. Nos concessionem Ecclesiæ Sancti Laurentii hujusmodi per Nos ut supra factam, suum plenarium effectum sortiri debere, & canonem præfatum dictæ Ecclesiæ S. Laurentii fore, & esse solvendum decrevimus, &c.

Bullar. Mag. Tom. 1. V.

positis pro parte prioris, & Canonicorum præfatorum minimè obstantibus.

§. 4. Volumus autem, quod dicta Confraternitas singulis annis à die concessionis in recognitionem directi juris solvetet Ecclesiæ dicti Monasterii libras quinque ceræ albæ die festo ejusdem S. Laurentii.

§. 5. Quodque si contingeret prædictam Confraternitatem dissolvi, seu à prædicta S. Laurentii recedere, jura Ecclesiæ dicti Monasterii de & super Ecclesia sancti Laurentii hujusmodi illæsa, & illibata remanerent, perinde ac si concessio ejusdem Ecclesiæ S. Laurentii per Nos, ut præfertur, facta non emanasset.

§. 6. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis prædictæ Nobis nuper expositum fuit, ipsi plurimum cupiant concessionem dictæ Ecclesiæ, ac Decretum desuper emanatum, aliæque præmissa Apostolicæ hostiæ confirmationis robore communiri, ac aliàs sibi per Nos infra indulgeri.

§. 7. Nos Officiales, & Confratres præfatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portatis inclinatis, concessionem Ecclesiæ S. Laurentii hujusmodi, necnon Decretum à Nobis desuper emanatum prædictum, aliæque præmissa cum omnibus in eis contentis, & inde sequutis Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 8. Præterea eandem Confraternitatem cum omnibus, & singulis Indulgentiis, ac peccatorum remissionibus, & penitentiarum relaxationibus illi per Nos ut supra concessis, à prædicta Ecclesia S. Nicolai ad Ecclesiam S. Laurentii hujusmodi, necnon Indulgentiam septem Annorum, & totidem quadragenarum in conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & S. Antonii festis diebus per Nos similiter concessam, ad ejusdem sancti Laurentii, & Sancti Hippolyti festos dies, itaut dictæ Confraternitatis Confratres, præmissa in ipsis festis diebus, ad quos translatio, ut infra fiet, adimplentes, eandem Indulgentiam prorsus consequantur, auctoritate, & tenore præfatis transferimus.

§. 9. Decernentes præmissa omnia, & singula, necnon præfatas literas, & in eis contenta quæcumque valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Confraternitati in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 10. Sique per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ighoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Monasterii, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 15. Junii 1628. Pontificatus nostri anno quinto.

Indulgentias prædictas relaxamus, & remissiones præfatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Confraternitas Officialis supplicavit pro prædictæ Confraternitatis confirmatione.

Et Papa dicitur approbati & confirmati supradictis.

Indulgentias Ecclesiæ S. Nicolai supra concessas, ad Ecclesiam S. Laurentii, de quibus hic, transferuntur.

Claufula præfatorum apponitur.

Ita iudicari mandatur.

Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Das. P. An. 5. die 15. Junii

XXXII. Indultum pro Fratribus Jesuatis S. Hieronymi Ordinis S. Augustini, quod abjecto Caputio albi coloris, quod hactenus super humeros gestarunt, aliud coloris eorum habitus, eaque forma qua ceteri Mendicantes utuntur, deinceps gestare valeant.

Insuper horum Fratrum habes sup. in Martini V. conf. 11. tom. 1. ubi vide qua indicata sunt, & plenius in conf. 16. Pauli 3. tom. 3. Et eisdem Fratribus approbati à locorum Ordinariis ad audiendas confessiones in Ecclesiis Parochialibus d. Ordinis, ut Parochianorum confessiones audire valeant, concessit Greg. XV. in conf. 35. Ex injuncto, sup. Qui etiam comprobavit Novitiatum in Vrbe, ut in eisdem conf. 50. Inter multiplices.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Onerosa pastoralis officii cura, Nobis licet immeritis, ex alto commissa postulat, ut religiosos viros, qui spretis mundi vanitatibus, divini numinis obsequiis sese manciparunt, propensius studiis complectamur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Fratres Jesuatos Sancti Hieronymi Ordinis Sancti Augustini specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sacris Ritibus praepositorum consilio, eisdem Fratribus, ut abjecto caputio albi coloris, quod super humeros hactenus gesserunt, aliud in capite coloris eorum pallio simili, atque ea forma, qua ceteri Mendicantes utuntur, gestare liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ac licentiam & facultatem impartimur.

§. 2. Decernentes, illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari nullatenus posse, neque debere, praesentes verò literas validas, & efficaces esse, & fore, eisdemque Fratribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam, sub annulo Piscatoris die 19. Novembris 1624. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Claus. d. Constit. & Indult. p. servativa.

Decretum b. v. i. o. n. a.

Delegatio curiarum.

Approbatio, & Confirmatio Confraternitatis XXXIII.
Artis Musicae, sub Visitationis B. Mariae, S. Gregorii Papae, ac S. Ceciliae invocationibus antea in Ecclesia S. Pauli Decollati de Urbe Instituta, cum Indultorum, ac Indulgentiarum concessione.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pietatis, & Christianae charitatis opera ubique cum divini cultus incremento exerceri cupientes, his quae propterea pie, & providè facta fuisse dicuntur, libenter, cum à nobis petitur, Apost. muniminis adjicimus firmitatem, Christianae fideles, ut in eorumdem piorum operum exercitio magis confoveantur, favoribus, & gratis prosequimur opportunis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres Confraternitatis Musicorum noviter sub Visitationis Beatae Mariae Virginis, ac S. Gregorii Papae, & Sanctae Ceciliae invocationibus, quod alias Confraternitas praedicta in S. Pauli Clericorum Regularium Congregationis ejusdem S. Pauli decollati, seu alia Almae Urbis nostrae Ecclesia canonice erecta, & instituta fuit.

§. 2. Ac pro felici, prosperaque illius directione, & gubernio nonnulla statuta condita fuerint, illaque à dilecto filio nostro in dicta Urbe Vicario in spiritualibus generali probata fuerunt, prout in publicis desuper confectis scripturis plenius dicitur contineri.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, firmiora sint ea, quae à Sede Apost. approbantur, & confirmantur, cupiantque propterea Officiales, & Confratres praedicti erectionem, & institutionem, statutaque praedicta Apostolica confirmationis patrocinio communiti, aliaque sibi per Nos indulgeri.

§. 4. Nos eorum votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem, & institutionem praedictas, quatenus canonice factae fuerint, ut praefertur, necnon statuta praedicta, dummodo tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Conc. Trident. decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Eisdemque Officialibus, & Confratribus, ut statuta hujusmodi pro temporum varietate, prout eis melius, & expediens videbitur, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare, ac etiam de novo condere, praevia tamen ejusdem Vicarii examinatione, & probatione, liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 6. Praeterea ut Officiales, & Confratres praedicti in piorum operum exercitio magis accendantur, & confoveantur, nonnullorumque compefcatur temeritas, qui nullis, vel saltem incompositis Artis Musicae hujusmodi studiis, aut legibus servatis, publicè typis mandare non verentur: Omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, & praesertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera pro una Camerae nostrae Apostolicae, ac pro alia eidem Confraternitati, ac pro reliqua tertiliis partibus accusatori, & Judici exequenti irremissibiliter applicandorum, eo ipso absque ulla declaratione incurrenda poena, de cetero in Urbe quascumque, tam proprias,

Edita An. D. 1624. 1625.

Coordium.

Nulla fuit Confraternitas Musica sub Visitationis B. Mariae, S. Gregor. Papae, ac S. Ceciliae invocationibus in Eccl. S. Pauli decollati de Vrbe. Ac pro istius gubernio in dicta fuerunt statuta. Pro quorum omnium confirmatione approbatione supplicans fuit.

Qui modo in confirmat. O. approb. sup. plendo omni. (si qui alioq. per intervenerint) deficiat.

Cum facultate statuta mutandi, corrigendi, etiam de novo condendi.

Prohibet librorum impressoribus, ac Bibliopolis, imprimant, aut vend. quascumque musicales positiones, & de specie Correptoris seu Rev. ad dicta Cf. ad hoc spec. litor depon. litor licita. Revoca. sp.

URBANUS OCTAVUS.

præs, quam illarum musicales compositiones & modetta
cujusvis generis, & speciei existentiæ, jam per quolibet
ejusdem Artis peritos composita, & de cætero compo-
nenda, & imprimenda, sive ad ipsam Urbem ad effectum
impressionis transmittenda, absque speciali Correctorum,
seu Revisorum ab ipsa Confraternitate deputatorum li-
centia in scriptis obtinenda, quæ tamen gratis concedi
debeat, imprimere, aut ab alio, vel aliis impressa vendere,
seu venalia habere, vel proponere quoquo modo audeat,
seu præsumat, intendimus, & prohibemus.

§.7. Ad hæc, ut ad publicas Artis Musicæ hujus-
modi scholas in dicta Urbe aperiendas imperiti nullatenus
admittantur, dictæ Confraternitati, quod de cætero omnes,
omnes, & singuli, sive clerici, sive laici Artis Musicæ, hu-
jusmodi scholas in dicta Urbe aperire, in eisque publicè
Musicam docere volentes, licentiam ab eisdem
deputatis in scriptis, & sigillo ejusdem Confraternita-
tis munitam, quæ gratis concedatur, petere, & obti-
nere, auctoritate, & tenore præsentium concedimus, &
indulgemus.

§.8. Postremò, ut dicta Confraternitas majora in
dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei mi-
sericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi
fidelibus, qui d. Confraternitatem impostero ingre-
dientur, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes
Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumserint,
plenariam.

§.9. Necnon nunc, & pro tempore descriptis, & de-
scribendis in dicta Confraternitate Confratribus, in cu-
jusbet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, &
confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id
facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si po-
tuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plen-
ariam.

§.10. Ac eisdem nunc, & pro tempore existentibus
Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac
eadem sacra Communione refectis, qui prædictæ Con-
fraternitatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium die
festi Sanctæ Cæcilie, à primis Vesperis usque ad occa-
sum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitave-
rint, & ibi pro Christianorum Principum concordia,
Hæreticorum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie
exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam
similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, &
remissionem misericorditer in Domino concedimus, &
elargimur.

§.11. Insuper dictis Confratribus, etiam verè pœ-
nitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis,
Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in
Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum An-
gelorum Custodum, & Sanctorum Gregorii, & Leonis
Secundi Romanorum Pontificum festis diebus, ut præ-
sertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die præ-
dictorum id egerint, septem annos, & totidem quadra-
genas.

§.12. Quoties verò Missis, & aliis divinis officiis
in dicta Ecclesia, vel Capella, vel Oratorio pro tem-
pore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus
publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis
faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint,
vel pacem inter inimicos composuerint, seu com-
poni fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui
corpora defunctorum, tam Confratrum, & Confortorum
dictæ Confraternitatis, quam aliorum ad sepulturam
affocaverint, ac quascumque processiones de licentia
Ordinarii faciendas, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut
aliàs ubicumque, & quomodocumque pro tempore de-
feretur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id
signo dato, semel Orationem Dominicam, & Saluta-
tionem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Ora-
tionem, & Salutationem eisdem pro animabus defun-
ctorum Confratrum, & Confortorum dictæ Confrater-
nitatis recitaverint, aut devium aliquem ad viam salu-
tis reduxerint, & ignorantæ præcepta Dei, & quæ ad
salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pleta-

tis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet
prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu
aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccle-
siae consueta relaxamus, præsentibus perpetuis futura
temporibus valituris.

§.13. Volumus autem, ut si dictis Confratribus præ-
missa peragentibus aliquam Indulgentiam perpetuam, vel
ad tempus nondum elapsam duraturam concesserimus,
præsentibus nulla sint.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo
Piscatoris, die 20. Novembris 1624. Pontificatus no-
stri Anno 2.

Sequitur revocatio prohibitionis, de qua in §. 6. ac
Indulti, de quo in §. 7. Constitutionis
præcedentis.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1626.

Humana rerum ea est incerta conditio, ut nihil
tam prudenter statui, & tam providè concedi possit,
quod interdum novis rationibus, & causis exigentibus,
immutandum, atque in aliam formam omninò redigen-
dum esse non appareat.

§.1. Aliàs siquidem supplicationibus dilectorum filio-
rum officialium, & Confratrum Confraternitatis Musi-
corum nuncupatorum de Urbe nobis humiliter porrectis
inclinati, inter cæteras gratias eis à Nobis concessas, om-
nibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, &
præsertim librorum impressoribus, & Bibliopolis sub cer-
tis pœnis eo ipso absque ulla declaratione incurrendis,
ne de cætero in Urbe quascumque tam proprias, quam
alienas musicas compositiones, & modetta cujusvis ge-
neris, & speciei existentiæ, cætenus per quolibet Artis
Musicæ peritos composita, & de cætero componenda, ve-
ad ipsam Urbem ad effectum impressionis transmitten-
da, absque speciali Correctorum, seu Revisorum ab ip-
sa Confraternitate deputatorum licentia in scriptis ob-
tinenda, quæ tamen gratis concedi deberet, imprimere,
aut ab alio, vel aliis impressa vendere, seu venalia habere,
vel proponere quoquo modo auderent, seu præsumerent,
interdiximus, & prohibuimus.

§.2. Ad hæc ut ad publicas Artis Musicæ hujusmodi
scholas in d. Urbe aperiendas imperiti nullatenus admitt-
entur, d. Confraternitati, quod de cætero omnes, &
singuli, sive Clerici, sive Laici Artis Musicæ hujusmo-
di scholas in d. Urbe aperire, in eisque publicè Musi-
cam docere volentes, licentiam ab eisdem Deputatis in
scriptis, & sigillo ejusdem Confraternitatis munitam,
quæ gratis concederetur, petere, & obtinere debe-
rent, concessimus, & indulgimus, & aliàs prout in
nostris desuper in simili forma Brevis, sub die vige-
sima Novembris 1624. expeditis literis, quatum tenores
præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.3. Cum autem, sicut accepimus, per prohibitionem,
concessionem, & indultum supra expressa, non solum-
modo Cantoribus & Capellanis Capellæ nostræ, verum
etiam aliis Christi fidelibus, & præsertim Musicis & Bi-
bliopolis, ac Impressoribus præjudicium infertur experi-
entia compertum sit.

§.4. Nos illorum omnium indemnitati paterna chari-
tate consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia
nostra, prohibitionem, & concessionem, ac indultum,
quoad supra expressa tantum, Apostolica auctoritate te-
note præsentium revocamus, cassamus, & annullamus,
viribusque, & effectu evacuamus, ac revocata, cassa, vi-
ribusque & effectu vacua esse, & fore, nec officialibus,
& Confratribus prædictis de cætero suffragari posse, aut
debere.

§.5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices or-
dinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum,
& inane si secus super his à quoquam quavis auctori-
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctori-
tate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

hanc pro-
hibitionem
Papa VIII.
in h. sig.
1626.

Neque aperi-
ent scholas
d. Artis, vel
eam do erent
nisi de licen-
tia eorumdem

Indulgentiam
rogare etiam
infra
scriptis, sive
de Confrater-
nitatis im-
pressionibus
in prima im-
pressionem
plena-

in morticulo
veris etiam
lauciam.

Ac pariter
visantibus
Ecclesiam
Oratorium
festi S. Cæ-
ciliæ plenaria.

Necnon in
diebus
7. anno
7. ac toties
quadragena-
rum.

Modò indul-
gentiam
d. Confrater-
nitatis
operibus
modis.

Indulgentiam
perpetuam, vel
ad tempus non-
dum elapsam
duraturam
concesserimus,
præsentibus
nulla sint.

Præsentibus
nulla sint.

Neque aperi-
ent scholas
d. Artis, vel
eam do erent
nisi de licen-
tia eorumdem

Neque aperi-
ent scholas
d. Artis, vel
eam do erent
nisi de licen-
tia eorumdem

Modò ex cano-
nicis hinc
supra

Revocata
indulgentiam,
indultum
præ-
dictis

Aliis iudi-
candi
causis
solutis

§. 6. Non obstantibus literis nostris prædictis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
 Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 9. Decembris 1626. Pontificatus nostri anno quarto.

XXXV. Contra malè ad sacros, vel minores ordines, seu Clericalem characterem ordinantes, & malè ordinatos.

Edicta An. D. 1624. **URBANVS PAPA VIII.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Secretis æternæ providentiæ consiliis, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israel in sublimi Apostolatus culmine constituti, eo potissimum Pontificiæ sedulitatis officia convertenda esse arbitramur, ut qui in sortem Domini vocantur, Christianæ Militiæ dant nomen, spiritualem Ecclesiæ tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirmant, vires augeant, ac tam strenuè se gerant, ut ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferæ potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant.

§. 1. Hæc autem quanto impensius fieri optamus, tanto majori indignatione irreligiosam quorundam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum decreta non verentes, Clericales Ordines illegitimè suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum ministrorum cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum salutem, omnibusque ad optimum Christianæ Reipublicæ regimen pertinentibus plurimum obesse noscuntur.

§. 2. Aliàs siquidem fel. record. Clemens Papa IV. Prædecessor noster, volens periculis animarum eorum obviare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel aliàs Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciebant ad hujusmodi Ordines promoveri, statuit ut nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem ultramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente Prædecessore, vel ab Episcopo, de cujus diocesi traxerat originem ordinandus, vel in cujus diocesi beneficiatus existebat, per ejus patentes literas causam rationabilem continentes, quate ipsum nolebat, aut nequebat ordinare, nisi speciale licentiam haberet, eos verò, quos contra præmissa contigisset ordinari, manere voluit absque spe dispensationis super hoc à Sede Apostolica obtinendæ suspensos, ac ordinantes condigna poenitentia puniri.

§. 3. Cum autem non sine gravi animi nostri molestia Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos suæ salutis immemores, Deique timore postposito, ad Ordines prædictos dimissorialibus literis, seu etiam cum titulo patrimonii ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoveri fecisse. Nos innumeris, quæ ex minis canonica Clericorum ordinatione hujusmodi proveniunt, malis quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, prædictam Clementis Prædecessoris constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innovantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quacumque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundos, non solum ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promoveri audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum literas à nostris & hujus Sanctæ Sedis nuntiis, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorundemve Nuntiorum, seu Collectorum subscriptio-

nes à dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali similiter examinatæ, recognitæ, & approbatæ fuerint, aliàs promoventes ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti verò perpetuè suspensionis poenam, absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ incurrant eo ipso. Insuper promotos hujusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint, non solum prædictis, verum etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis poenis.

§. 4. Italos verò, si quos impostorum Clericali characteris insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissoriais contigerit, etiam si qualitatibus per Concilii Trident. Decretum c. 16. l. 23. requisitis præditi sint, nihilominus (sequuta tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione) fori privilegio minime gaudere, sed sæculari jurisdictioni, ut antea plene in omnibus subjacere, & subiectos esse respectivè volumus.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & desiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 6. Per præsentem autem constitutionem rec. mem. Pii Papæ II. Prædecessoris nostri contra malè promotos editæ, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perinde ac si præsentem non emanassent, decernimus.

§. 7. Ut autem præsentem literæ ad omnium notitiam facilius devenire possint, volumus quod illæ, si eorum exempla in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ, omnes & singulos, quos illæ concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

§. 8. Quodque earundem transumptis, etiam manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profusus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 11. Novembris 1624. Pont. nostri anno 2.

Anno Milleesimo sexcentesimo vicesimo quarto, Indictione Publicianæ septima, Pontificatus Sanctissimi Domini N. D. Urbani divina providentia Papa VIII, die vero decimasexta mensis Decembris retroscripta litera Apostolica affixæ, lecta, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per nos Alexandrum de Rochis, & Fabianum Arianianum Sanctissimi D. Papa Cuscores.
 Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Cusf.

Deputatio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Transyberim in loco Ecclesiæ Sancti Pauli extra Urbem, stante suspitione pestis, unà cum concessione (cumulative tamen) omnium Indulgentiarum, ac spiritualium gratiarum dictæ Ecclesiæ sancti Pauli competentium.

Deputavit etiam alias tres Ecclesias in Urbe locotrium extra Urbem consistentium, ex ista causa hic Pontif. ut in consis. seqq. Et de Anno Jubilæi vide consis. 16. Omnes gentes, sup.

URBANUS OCTAVUS.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Paterna Gregis cura, quam misericordiarum Pater, & consolationis Deus humilitati nostrae, nullo licet meritorum suffragio, commisit, a Nobis postulat, ut apertis abundantius praesenti Anno Jubilaei Ecclesiae thesauris, provideamus, quo Grex ipse thesauros hujusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur, & si quae pium ejusdem Gregis in praemissis desiderium impedire, seu retardare posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnullae Regni Siciliae Civitates, Oppida, & Terrae innumeris malis, atque incommodis ob saevientem inibi pestiferam contagionis morbum miserabiliter conflidentur, & propterea pro avertendis, quantum divinae bonitati placuerit, in hac Alma Urbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiae partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christi fidelibus ad percipiendos spirituales ejusdem Jubilaei fructus Ecclesiam S. Pauli extra muros Almae Urbis nostrae, unam ex quatuor ad id deputatis visitare volentibus, mora, atque impedimentum inferantur.

§. 2. Idcirco pro pastoralis, quam procurandae ejusdem Gregis animarum salutis impendere tenemur, sollicitudine spirituali, Christi fidelium praedictorum consolationi, benedicente Domino consulere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilii, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui Ecclesiam Sanctae Mariae Transyberim loco Ecclesiae Sancti Pauli praedictae visitaverint, & praescripta, atque injuncta pro consequendis spiritualibus ejusdem Jubilaei fructibus adimpleverint, quod omnes, & singulas indulgentias, etiam plenissimas, & peccatorum remissiones, necnon poenitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales eidem prorsus modo, & forma consequantur, (cumulative tamen, non autem privative quoad Ecclesiam Sancti Pauli praedictam, quas consequerentur, si ipsam Ecclesiam Sancti Pauli visitarent, ibique praescripta, & injuncta, ut petuntur, adimplerent) quodque ad effectum hujusmodi dictae Ecclesiae Sanctae Mariae Transyberim omnibus & singulis Indulgentiis, etiam plenariis, & plenissimis, stationibus, peccatorum remissionibus, poenitentiarum relaxationibus, aliisque quibusvis gratiis spiritualibus, tam citra Altarium quorumcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Ecclesia Sancti Pauli extra muros hujusmodi utitur, potitur, & gaudet, ac uti, potiri, & gaudere possit, & poterit quomodolibet in futurum, pari modo, & aequè principaliter, sine ulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat. Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Praesentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat valituris.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1625. Pont. nostri anno 1.

XXVII. Deputatio Ecclesiarum Sanctae Mariae de Populo, Sanctae Mariae Transyberim, ac Sancti Laurentii in Lucina in Urbe consistentium, loco Ecclesiarum Sancti Sebastiani, & Sancti

Pauli, & Sancti Laurentii extra muros positarum. Ac declaratio, quod visitantes septem Urbis, & extra illius moenia Ecclesias, tres praedictas loco istarum visitare possint, cum concessione omnium Indulgentiarum, quae in visitatione praedictarum Ecclesiarum consequi solent (cumulative tamen) ob suspensionem pestis.

Consimilem deputationem, & ex eadem causa factam ab istis Pont. pro Ecclesia S. Pauli, una ex quatuor, qua visitari solent Anno Jubilaei, habes in cons. praeced.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1625. Ad suam rei memoriam.

Paterna Dominici Gregis cura, quam misericordiarum Pater, & totius consolationis Deus humilitati nostrae, nullo licet meritorum suffragio commisit, a Nobis postulat, ut apertis abundantius praesenti Anno Jubilaei Ecclesiae thesauris, provideamus, quo Grex ipse thesauros hujusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur, & si quae primum ejusdem Gregis in praemissis desiderium impedire posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnulla Regni Siciliae Civitates, Oppida, & Terrae innumeris malis, atque incommodis ob saevientem inibi pestiferam contagionis morbum miserabiliter conflidentur, & propterea pro avertendis, quantum Divinae bonitati placuerit, ab hac Alma Urbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiae partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christi fidelibus septem Ecclesias Almae Urbis nostrae, & extra illius muros devotionis causa visitare volentibus, circa eas, quae extra muros hujusmodi sunt, mora atque impedimentum inferantur.

§. 2. Idcirco pro pastoralis, quam procurandae ejusdem Gregis animarum salutis impendere tenemur, sollicitudine spirituali, Christi fidelium praedictorum consolationi benedicente Domino consulere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilii, Omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui Sanctae Mariae de Populo nuncupatae, loco Sancti Sebastiani, ac etiam Sanctae Mariae Transyberim loco Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii in Lucina etiam nuncupati Ecclesias ejusdem Almae Urbis loco Sancti Laurentii Ecclesiarum extra muros hujusmodi visitaverint, & praescripta, atque injuncta pro Indulgentiis, & aliis gratiis spiritualibus, quibus Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesiae extra muros hujusmodi decoratae sunt, consequendis adimpleverint, quod omnes, & singulas Indulgentias plenarias, & peccatorum remissiones, necnon poenitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales, etiam pro animabus defunctorum eidem prorsus modo, & forma consequantur, cumulative tamen, non autem privative quoad Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias extra muros hujusmodi, quas consequerentur, si ipsas Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii, Ecclesias extra muros visitarent, ibique praescripta, & injuncta ut praesertur adimplerent, quodque ad effectum hujusmodi Sanctae Mariae de Populo, ac Sanctae Mariae Transyberim, necnon Sancti Laurentii in Lucina Ecclesiae praedictae omnibus, & singulis Indulgentiis, etiam plenariis, & stationibus, peccatorum remissionibus, poenitentiarum relaxationibus, aliisque quibusvis gratiis spiritualibus, tam circa Altarium quorumcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Sancti Sebastiani, & Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesiae

Procurium.

Enarrat multa Sicilia oppida, & Civitates pestis morbo conflidentur, idcirco pro avertendis, quantum Divinae bonitati placuerit, ab hac Alma Urbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiae partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christi fidelibus septem Ecclesias Almae Urbis nostrae, & extra illius muros devotionis causa visitare volentibus, circa eas, quae extra muros hujusmodi sunt, mora atque impedimentum inferantur.

idcirco.

hujusmodi.

idcirco.

idcirco.

idcirco.

idcirco.

URBANUS OCTAVUS.

Ecclesie extra muros hujusmodi utantur, possunt, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & æque principaliter, sine ulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Contra non obstantibus

§. 3. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Quod præsentibus litteris ad valitatis.

§. 4. Præsentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat

Quodque eorum sumptibus fidei adhibeatur.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 1625. Jan. 30.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1625. Pont. nostri anno 2.

XXXVIII Erectio Custodiæ Bavariz Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, in Provinciam Ordinis ejusdem Sancti Francisci Reformatorem Discalceatorum Bavariz nuncupandam, conformis aliis Provinciis Regnorum Hispaniarum, cum communicatione omnium gratiarum spiritualium, & temporalium ad Provincias concessarum, ac nonnullis aliis ordinationibus pro bono hujus Provinciz regimine.

De istis Fratribus vide quæ notavi ad Gregor. XV. conf. 8. Onerosa, sup. Et ad hujus Sanctissimi Pont. conf. 27. Romanus.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrofanctum Apostolatus ministerium humilitati nostræ, licet nullo meritorum suffragio, per ineffabilem divinæ sapientiæ providentiâ commissum postulat, ut inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam personæ sub suavi Religionis jugo Salvatoris nostri obsequiis famulantes, felicioribus in dies proficiant incrementis.

Causa hujusmodi

§. 1. Cùm itaque, sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Custodiæ Bavariz, assiduis verbi Dei prædicationibus, continuaque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus afferre noscantur.

Custodia Bavariz in Provinciâ

§. 2. Nos, ut Fratres præfati in piorum hujusmodi operum exercitio perseverare valeant, providere, ac felici illorum statui, quantum cum Domino possamus, per amplius consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, custodiam præfatum in Provinciam Ordinis ejusdem S. Francisci Reformatorem Discalceatorum Bavariz nuncupandam, quæ Reformata, & aliis eorundem Fratrum Reformatorem Discalceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar effect.

Statutum vi

§. 3. Necnon sub omnimoda Ministri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicæ Nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicari Generalis, necnon & Commissarii Generalis juxta Bullam Unionis electi, non autem Commissarii Generalium eorundem Ordinis, & Regnorum, nec superioris, vel inferioris Germaniæ, ita quod Ministri, ac Vicarii, & Commissarii Generales præfati juxta Bullam hujusmodi electi, illam non nisi per se ipsos,

aut Commissarius Ordinis Reformatorem præfatorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate.

§. 4. Cujusque Fratres juxta declarationes felici recordationis Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, vivere debeant.

§. 5. Et cum hoc etiam, quod ex nunc Ministri Provincialis Provinciz Bavariz hujusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in Fratres Ordinis præfati sibi subditos, quam circa novarum domorum ejusdem Instituti in eadem Provinciam fundationem, seu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Novitios, aliaque in literis Apostolicis recollectæ mem. Gregorii Papæ XIII. & prædecessoris nostri contenta, prout alii Ministri Provinciales aliarum Provinciarum Fratrum ejusdem ordinis Reformatorem Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeat.

Ministri Provincialis

§. 6. Ac tam ipsi, quam singularum domorum dictæ Provinciz Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorem Discalceatorum nuncupatorum Bavariz superiores, necnon singulares eorum, & cujuslibet illarum personæ, omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, & aliarum domorum regularium superiores, & singulares personæ uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariter & pariformiter, ac æque principaliter, sine ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & gaudeant.

Privilegia immunitatis & gratiis spiritualibus quædam rationales.

§. 7. Quodque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis præfatus, aut Visitatores ab eo, & pro tempore mittendi, statuta, constitutiones, & ordinationes ejusdem Provinciz Bavariz, illiusque domorum Regularium hujusmodi, nisi de consensu majoris partis Fratrum vocalium dictæ Provinciz Bavariz in eorum Capitulis provincialibus præstando, alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta easdem declarationes vivant, disturbare.

Statuta, & ordinationes d. Provincie

§. 8. Necnon quod Fratres ordinis ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupati, infra limites ejusdem, seu alterius Provinciz existentes, collecturas, seu quæsturas ad domos regulares ejusdem Provinciz Reformatorem Discalceatorum Bavariz spectantes, exceptis eis à Fratribus dictæ Provinciz in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis occupare, au eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciz Bavariz hujusmodi desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè erigimus, & instituiamus.

Collecturas & quæsturas

§. 9. Et insuper eidem Ministro Generali, ut Ministri Provinciales, Custodem, & Definidores dictæ Provinciz Bavariz creare & eligere, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, & si talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, individuum, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi liberè, & licitè possit, & valeat, plenam, liberam & amplam auctoritatem, tenore præmissorum concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem, ita tamen, ut Fratres Provinciz hujusmodi, constitutionibus, & ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione generali factis, quæ strictiori observantiz non adversentur, subjaceant, ad illarumque observationem omninò teneantur.

Ministri Provinciales modo d. Provincie

§. 10. Decernentes Provinciam per præfatos erectam, & institutam hujusmodi decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus, & successoribus nostris, pro reformationibus, & custodiis Italiz emanatis, seu emanandis, nullatenus subjactam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provinciam, Custodem, & Definidores, aliosque Superiores, ac Fratres Provinciz per præfatos erectæ, &

Claufulæ servandæ

& instituta, à quoquam, quavis etiam Archiepiscopa-
li, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungen-
tes, desuper molestari, inquietari, perturbari, aut im-
pediri non possit.

Clausula

§. 10. Sicque per quoscumque Judices & Commissa-
rios ordinarios, vel delegatos, sublata eis, & eorum cui-
libet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate,
& auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritum quo-
que & inane quicquid secus super his à quoquam qua-
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-
tari.

*Clausula de-
quaria*

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, etiam dicti ordinis, illiusque Provin-
ciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, indultis, & litaris Apostolicis
eidem ordini, & provinciis, illiusque & illarum Superioribus,
& personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis,
ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium te-
nores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis ha-
bentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice
dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

at. P. An. 2.

10. Mar.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris,
die 1. Martii 1625. Pontificatus nostri anno 2.

XXXIX. Definitio quoad Imagines nondum à Sede
Apostolica Canonizatorum, vel Beatificato-
rum, cum radiis, splendoribus, & laureolis
proponendas, vel tabellas, & luminaria ad
eorum sepulchra apponenda, & cum at-
tentionibus desuper proponendis recipien-
da, & asservanda, sive eorum miracula in im-
primendis libris enarranda.

Feria V. die 13. Martii, Anno à Nativitate D.N.
JESU CHRISTI MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis
Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano
coram S.D.N.D. Urbano divina providentia Papa
VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S.R.E. Cardina-
libus, adversus hæreticam pravitatem Inquisitori-
bus generalibus à S. Sede Apostolica specialiter depu-
tatis.

Acta An. D.

1625.

Sanctiss. D.N. sollicitè animadvertens abusus, qui irre-
spere, & quotidie irrepere non cessant in colendis
quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opi-
nione defunctis, qui etsi neque Canonizationis, neque
Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede,
eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliis-
que locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut
radiis seu splendoribus proponuntur, miracula, & reve-
lationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessio-
nes accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarran-
tur, & ad illorum sepulchra tabellæ, imagines, & res
aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, &
alia luminaria apponuntur.

Prohibitio

*quæ propo-
nendi imagi-
nes, cum lau-
reolis, radiis,
vel splendori-
bus.*

§. 1. Volensque proinde huiusmodi abusus pro de-
bito officii pastoralis occurrere, etiam cum Illustriss. &
Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravita-
tem in universa Republica Christiana generalibus In-
quisitoribus communicata, & maturè considerata, ac dif-
fusa, declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis homi-
num cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque
illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quod-
cumque aliad venerationem, & cultum præferens, & in-
dicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel
Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus, cujuscum-
que Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis,
aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Se-
de canonizentur, aut Beati declarentur, & si quæ appo-

site sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri man-
davit.

*Libro admodum
ipso auctoritate
imprimendi.*

§. 2. Ac pariter imprimi de cætero inhiuit libros eo-
rundem hominum, qui Sanctitatis sive Martyrii fama, vel
opinione (ut præfertur) celebres è vita migraverint, ge-
sta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque benefi-
cia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta con-
tinentes, sine recognitione, atque approbatione Ordina-
rii, qui in iis recognoscendis Theologos, alios-
que pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne
deinceps fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inor-
dinatum in re tam gravi committatur, negotium instru-
ctum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque respon-
sum expectet. Revelationes verò, & miracula, aliaque be-
neficia prædicta, quæ in libris horum hominum vi-
tam, & gesta continentibus, hætenus sine recognitio-
ne, atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nul-
lo modo approbata censeantur, mandatque Sua San-
ctitas.

*Tabellæ, sive
Imagines, &
luminaria ad
eorum sepul-
chra apponenda.*

§. 3. Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac
inhiuit Tabellas, atque imagines, ex cera, aut argento,
seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas,
atque exsculptas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia
quæcumque lumina accendi sine recognitione ab Ordina-
rio omnino, prout supra factenda, Sedique Apostolice
referenda, ac probanda.

*Declaratio in
prædictis.*

§. 4. Declarans, quod per superscripta præjudicare in
aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per commu-
nem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis
cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scri-
pta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis
Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.

*Executores
deputati.*

§. 5. Ut autem præmissa diligentius observentur, uni-
versis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæreticæ pravi-
tatis Inquisitoribus distriçè præcipit, ut in sua quisque
Diocesi, vel Provincia sedulo pervigilent, ne sine ap-
probationibus prædictis Imagines cum memoratis si-
gnis exponantur, aut miracula, revelationes, ac bene-
ficia prædicta publicentur, aliæve contra superius dis-
posita fiant.

*Pœnam in
transgressores
impositam.*

§. 6. Transgressores verò, si Regulares fuerint, priva-
tionis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, nec-
non & suspensionis à divinis, si verò Clerici seculares,
privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à di-
vinis, & ab administratione Sacramentorum, executione-
que suorum ordinum respectivè, aliisque arbitrio præ-
dictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo
culpe insignendis pœnis plectendo.

*Et signantur
impressores.*

§. 7. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pin-
xerint, sculperint, seu quoquo modo effinxerint, vel for-
maverint, cæterique Artifices circa præmissa qualiter-
cumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insu-
per pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis, juxta
crimini gravitatem, eorundem Ordinariorum, seu in-
quisitorum arbitrio afficiantur.

*Derogatio
anteriorum
efficacia pu-
blicatiis
in Roma.*

§. 8. Contrariis quibuscumque non obstantibus.
§. 9. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo
præterendi, voluit ut Decretum huiusmodi, seu illius
exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum
Urbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perinde
arçet, atque afficiat, ac si unicuique personaliter inti-
matum fuisset.

*Fides trans-
sumptorum.*

§. 10. Quòdque præsentium transumptis, etiam impres-
sis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ead-
em prorsus fides habeatur, quæ præsentibus adhibere-
tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Joan. Antonius Thomafius S. Romanæ, & universalis
Inquisitionis Not.

Anno 1625. Indictione 7. Pont. Sanctiss. D.N.D. Urbani
divina providentia Papa VIII. Anno ejus 2. die verò 4. mensis
Aprilis, superscriptum Decretum officium, & publicatum fuit ad
valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie
Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Lætarum
Sanctiss. D.N. Papa Curforem.

Obvius Spada Mag. Curf.

Sequitur

Sequitur declaratio praeferita prohibitionis.

Declaratio de quo in rubr.

Postmodum vero idem Sanctiss. D.N. à quibusdam re- vocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret: Sanctitas Sua, quae tantummodo voluit, occurrendo abutibus qui irripere videban- tur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admi- randis operibus illustrare, re prius cum Illustriss. & Re- verendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravita- tem generalibus Inquisitoribus communicata, præsentis Decreto declaravit, quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionem- que Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita ut nulli deinceps hesitationi locus relinquatur, statuit in præsen- tiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum, sæcularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quif- quam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, loco- rumve prædictorum curæ Præpositis Tabellas, & Imagi- nes, sive pictas, sive ex quavis materia factas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque qui consilii fuerint, attestacionibus accipere, atque approbantibus Ordinariis ad quos refer- re statim omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi sanctitatis quales- cumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc exa- minandæ, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Joan. Antonius. Thomasius S. Romana, & universalis Inquisitionis Not.

Publicatio.

Anno 1625. Indictione 8. Pont. Sanctiss. D.N.D. Urbani divina providentia Papa VIII. die vero 30. mensis Octobris, supradicta litera, seu Decretum assatum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Flora, ut moris est, per nos Brandimartem Latinum Sanctiss. D.N. Papa Cursorem.

XL. Pastoralis, & pia adhortatio ad Catholicæ Ec- clesiæ Patriarchas, Archiepiscopos, & Epi- scopos, ut ipsi, & Christi fideles omnes bonis operibus muniti, omnipotentem Deum pro pace, & concordia inter Christianos Princi- pes inducenda, & Christiani populi incolu- mitate assequenda efficacibus precibus exo- rent.

URBANVS PAPA VIII. Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Narrat Prin- cipes esse dis- cordes, & bel- lorum tempo- res commo- tos.

§. 1. Tonitrua ultionis Omnipotentis exterrēt Euro- pam, & furente discordiarum turbine concu- tiuntur fundamenta Orbis terrarum. Conspicunt Prin- cipes indignantes de solis suis, & Nationes ardentis odio sitiunt sanguinem, & ad arma properant. Armata hæresis existimans abscondi non posse acceptarum cla- dium ignominiam, nisi in templorum incendiis, non pa- titur in Germania conquiescere Religionem, non pa- titur in Germania conquiescere Religionem, quamvis clarissimis viris triumphanter; quinimodò ostentans fa- ces exitiales, & remota accersens auxilia, tempestates sæ- vientis Oceani Romano Imperio minatur. Belgium diuturnis bellis vexatum, ut intestina dissidia coëreat, non potest propria viscera non laniare, eorumque popu- lorum interneccionem, quos velle paterno patrocinio tueri, cogitur appellare victoriam.

Et particula- riter in Ita- lia.

§. 2. Hæc regio pacis, & religionis arx Italia, quæ exte- raturum provinciarum calamitates misericors spectatrix lamentabatur, sit hac tempestate campus seditionum, &

ca bellorum incendia in Valtellina, finitimisque regio- nibus timet excitari, quæ non nisi gentium sanguis, & principatum casus extinguat.

§. 3. Periculum autem est, ne hac arrepta occasione, pestiferum hæresum virus latius se diffundat, & animo- rum sanitatem corrumpat contagione impietatis. Quo- cumque enim animo bellum inter Christianos Principes geratur, non potest tanta moderatione administrari, quin plerumque triumphos sceleri ferat, & usufregia Religioni. Jam vero audaces illæ hæreticorum mani- strantium voces auditi sine lachrymis non possunt, qui impiam causam defendere se posse gloriantur framea Dei nostri, id est, potentia Principum Catholicorum. Neque solum hæc existimanda sunt damna, quia regio- nibus vastitatem, & animis perniciosam parant, sed quia beatissimos triumphos creduntur adimere hoc tempore Christianitati.

§. 4. Hæc tam vasta, & tam minax humanarum mise- riarum scena, quodnam lachrymantibus oculis Pontificæ charitatis spectaculum præbeat, facile conjicere potestis Venerabiles Fratres. Tamen neque animum desponde- mus, qui scimus, Dominum aliquando in tempestate, & turbine delitescere, neque inanibus querimoniis tempus potius solatia percipientium, quam periclitantium auxilia. Accenditur velut ignis zelus noster, & si noster sanguis fortiter fusus opportuna est medicina ægrotanti Reipu- blicæ, gaudentes in proprio damno pro salute filiorum, vitam ipsam pro Dei gloria devovemus. Omnipotentem cordium scrutatorem testamur, Nos Cæsarem triumphis anteferre eas Pontificum ærumnas, qui digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati, & divinum Pæsto- rem imitantes, animam suam posuerunt pro ovibus suis.

§. 5. Cum autem non videatur ejusmodi holocaustis hoc tempore delectari Pontifex sempiternus, ea consilia dies, noctesque meditatur, quæ habeantur arma lucis ad profligandum patrem discordiarum. Armamus quidem Ecclesiasticas legiones, ne opus Dei facere negligenter arguamur: at enim eodem tempore nullum prætermittimus officium, quo possit conciliari concordia Regum, & leniri furor armorum.

§. 6. Tandem postquam accuratissimis precibus flagi- tavimus pacem humanis dissipantis gentes, quæ bella volunt, decrevimus id remedium adhibere, quod in con- simili rerum discrimine non semel peperit incolumita- tem Orbi Christiano. Ergo nuper approbante Apostolico Senatu declaravimus Ecclesiæ universæ Pastoralem sollicitudinem Cardinalitia legatione. Selegimus vero Franciscum Cardinalem Barberinum fratris nostri filium. Creditur Pontificia consanguinitas non levem adori publicæ causæ adjungere auctoritatem: porro autem al- legantes eum quem natura Nobis voluit esse charissi- mum, videmur luculentius paternum affectum testari generi humano. Nunquam certè Nos ei gravissimum hoc terrarum tumultuantium negotium mandarem, nisi exploratum Nobis foret, eam illi mentem inesse, ut glo- riam Dei, & populorum salutem existimet verum Eccle- siasticorum Principum thesaurum, ac triumphum. Nunc autem ille ad potentissimos Reges proficiscitur curaturus, ut exoptata Christianæ Reipublicæ concordia lætifi- cet moerentem Ecclesiam, & propugnacula communitat publicæ incolumitatis.

§. 7. Timidæ sunt cogitationes hominum, & consi- lia mortalitatis non raro ludibria existunt, nisi pater lu- minum cordibus nostris infundat Spiritum Sapientiæ, & fortitudinis. Quare Venerabiles fratres in partem sol- licitudinum nostrarum vocati, congregate hoc tempore populos, & quasi tubæ exaltate vocem vestram. Currat Christiana plebs ad arma justitiæ, muniatur sacco, & ci- licio, quibus lorica salutis conficitur, & distingens gladium ancipitem orationibus constatum, profliget legiones Inferni, ut potentium Ninivitarum gemitus imitata leniat iram Dei furore suo terras arguentis. Tum autem eum orate, ut det verba sua in ore Apo- stolici Legati, ne pax, quæ Christi in Cælum redeun- tis testamentum fuit, & hæreditas, à filii discordia- rum temere dissipetur. Turris fortissima nomen Domini, ad

Et hinc horrore se diffundit

Idcirco pro- mum ista let. & vici- propriam Christianis salute omni potestis

Omnes adhibet: tum pro co- lianda tra- ctatione dis- dentium

Illustriss. que Præsi- dum Cæsa- Barbarinorum S. D. N. No- rum, pro co- cordia ob- nenda. Læ- tum ad Rep- destinavit.

Horrorumque modis Patriar- chas, Archie- piscopos, & Episcopos, & in rubr.

ad a- justis in Rom- naur- nati- vum

ad hanc confugiant iusti, & fides quae montes transfor-

§. 5. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles in Alma Urbe nostra constitutos, auctoritate Apostolica paternè, enixèque requirimus, & monemus, ac in Domino hortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, necnon ad pias, ac fervidas ad Altissimum preces effundendum, ut per viscera misericordiae suae Ecclesiam exaltare, eamque ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac in necessitatibus huiusmodi subvenire dignetur.

Constitutio quae in Urbe nostra, ut illud pro sua Ecclesia multatione, & Principum Christianorum vera pace servaretur.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 25. Martii 1625. Pont. nostri anno 2.

§. 6. Nos enim omnipotentis Dei misericordia, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis licet minimè suffragantibus, contulit, universis & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe praedicta degentibus, qui solemnè processioni, quam à Basilica Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sanctae Mariae Transyberim, feria quarta sequentis hebdomadae, una cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoribus, omnibus Praelatis, & Proceribus, universoque Clero & populo agemus, interfuerint, vel qui eadem hebdomada Basilicam & Ecclesiam huiusmodi, saltem semel viderint, ibique devotè, ut supra Deum oraverint, necnon feria quarta, & sexta, ac Sabbato ejusdem hebdomadae jejunaverint, peccataque sua confessi, in qualibet ex dictis diebus, vel Dominica immediate subsequenti, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, quod omnes, & quascumque praesentis Anni Jubilaei Indulgentias, & peccatorum remissiones, poenitentiarumque relaxationes consequantur, quas consequerentur, si omnes Ecclesias ad id deputatas personaliter visitarent, & alia in literis indicationis ejusdem Jubilaei praescripta adimplerent, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Quibus infra scriptis servantiis plenariam peccatorum remissionem largiunt.

Elargitio plenariae peccatorum Indulgentiae pro omnibus in Urbe constitutis, qui Basilicam S. Petri, & Ecclesiam B. Mariae Transyberim devotè viderint, & ibi pro suae Ecclesiae exaltatione, ab hostium conatibus defensione, hæresim extirpatione, Principum Christianorum vera pace, ac imminentium in Europa necessitatum aversione oraverint.

Jubilaeum indixit pro tunc Ecclesia necessitatibus imminentibus Paulus V. ut hic sup. const. 106. Ecce, & const. 115.

Generalem autem indictionem plenariae Indulgentiae pro currenti Anno Sancto hic idem Pontifex promulgavit, ut sup. in ejus constit. 16. Omnes.

§. 7. Regularibus autem personis utriusque sexus in Claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam religiosis regularibus in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut Confessarius quem ut infra elegerint, praedicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, atque injungere valeat quae ipsi poenitentes efficere poterunt, concedimus pariter, & indulgemus.

Impeditis autem hac peragere oportet, ut providetur.

URBANUS PAPA VIII. Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 8. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, universis, & singulis utriusque sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Praebyterum Confessarium, tam saecularem, quam cujusvis Ordinis regularem ex approbatis à dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa laicis, seu infidelibus, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam in literis die Cænae Domini legi solitis contentis, atque aliis per quascumque Rom. Pont. praedecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant. Et insuper vota quaecumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutifera opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio poenis infligendis.

Licentiamque idoneam eligendi confessorem ampliamus, cum facultate eos absolvi concedimus.

§. 1. Divinae misericordiae foribus hoc sacrosancto Jubilaei Anno per Nos reclusis, terribis humani generis hostis, qui spiritualis aedificii ruinam assidue molitur, bellico furori osium referavit. Perstrepunt ubique arma, & populi quos Christiana charitate ferventes, hoc praesertim tempore charitativa meliora amulari optabamus, saevis iræ flammis incensi, mutuas in clades exardescunt.

§. 2. Nos verò, qui omnes paterna dilectione complectimur, Europae ferè universae, praecipue autem Italiae, quae illibatae religionis studio jure optimo gloriatur, ac tutissimum florentis, diuturnaeque pacis existit domicilium, casus mirum in modum dolemus, & sanguinem, qui effundi jam coepit, magna nostrarum consequimur copia lachrymarum.

§. 3. Quanquam verò tot, tantisque malis opportuna remedia adhibere cupientes, ea quae officii nostri ratio poscebat, humanaeque prudentiae leges monere videbantur, quantum in Domino potuimus, Pastoralis sedulitate providimus: nihilominus fortiora praesidia non nisi à Caelo sperantes, Patrem misericordiarum, quem iniquitates nostrae in iram concitaverunt, contritis, & humiliatis cordibus ducimus ad eundem, ut in gentes, quae cum non noverunt, non in filios iram suam effundat, ut recorderetur, quia caro sunt, nec contra folium, quod vento rapitur, ostendat potentiam suam, ut exortam sedet tempestatem, statuat procellam ejus in auram, & sileant fluctus ejus.

§. 4. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiae Romanae omnium Matris, & Magistrae more in praesentibus necessitatibus ad ejusdem Ecclesiae thesauri largam dispensationem pro nostro pastoralis munere confugiendum duximus.

§. 9. Non intendimus autem praesentes iis qui à Nobis, & Sede Apostolica, vel ab aliquo Praelato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi infra tempus, huiusmodi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, nullo modo suffragari posse, aut debere.

Hoc tenore.

Bullar. Mag. Tom. IV.

§. 10. Non

Marginal notes on the left side of the page, including 'An. D. 1625', 'An. D. 1625', and other references.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. præsertim quibus facultas absolviendi in certis tunc expressis casibus ita Rom. Pont. pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non conceden. Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis ten. specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum ten. præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis huiusmodi credi debent.

Dat. P. An. die 21. Apr.

§. 11. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Petram, sub annulo Piscatoris, die 21. Aprilis 1625. Pont. nostri anno 2.

XLII. Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. August. in Hispania & Indiis ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradus promovendi, ab Examinatoribus in Capitulo Generali à Priore generali deputandis examinentur, ad effectum ut Magistralibus exemptionibus, & dignitate gaudere possint. Cum extensione Constitutionis Clementis VIII. qua sublata fuerunt vota ex gratia concessa in Capitulis Provincialibus in quibusdam Provinciis Hispaniarum, & Indiarum, ad omnes Provincias Italiz.

De numero, electione, & qualitatibus Magistrorum sacra Theologia in Provinciis Italia eligendorum statuit Greg. XIII. cons. 83. Dominicum, sup. romo 2. Et de his Fratribus scripsi sup. ad Alexand. IV. cons. 6. Licet, tom. 1. Præter qua scias ordinationes Congregationis Sicilia approbasse Paul. V. sup. tom. 3. cons. 99. Exponi, & S. D. N. revocasse omnia privilegia, quibus gauderant. Assistentes V. tramontani, expleto eorum officio, in cons. 61. Romanus, ubi de hujusmodi Assistentibus nos abo, & alia indicabo.

Edicta An. D. V. R. B. A. N. Y. S. P. A. P. A. V. I. I. I. Ad perpetuam rei memoriam.

Quardiam.

Rom. Pont. in sacra B. Petri Sede à Domino constitutus, ex injuncto sibi munere religiosos viros, qui spreto hujus sæculi vanitatibus, divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo sese manciparunt, præcipua benignitate complectens, in his, quæ prosperæ, felicitate eorum directioni conducunt, sedulo invigilat, quæ vero in hoc impedimento esse dignoscuntur, pastoralis sollicitudine tollere procurat, prout conspiciat in Domino salubriter expedire.

Multi fratres huiusmodi in Indiis, & Hispaniis, & aliis quibusdam Provinciis, seu Magisterii in sacra Theologia gradum in eisdem Provinciis consequendorum ambitione ducti, partim ad Universitates Auditorum generalium, in

§. 1. Cum itaque (sicut accepimus) multi Ordinis Eremitarum S. Aug. Provincialium Hispaniarum, & Indiarum Religiosi doctrina, & meritis sufficientibus carentes, nimiaque Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradum in eisdem Provinciis consequendorum ambitione ducti, partim ad Universitates Auditorum generalium, in

quibus ad gradus hujusmodi suscipiendos levissima sunt examina, studiosè recurrant, partim verò ne hujusmodi quidem examina apud ullam Universitatem subeant, ac aliis, etiam minus legitimis, & honestis rationibus ad eisdem gradus aditū sibi patefacere contendunt, in non modicum Ordinis, & Provincialium hujusmodi præjudicium.

§. 2. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, prosperoque Ordinis Provincialium hujusmodi statui, & directioni providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus Ordinis, & Provincialium hujusmodi religiosus, etiam prætextu licentiæ à quibuscumque Superioribus obtentæ in qualibet Studii generalis Universitate ad hoc, ut inibi ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradum promoveatur, presentari, aut gradum ipsum aliis quoquo modo, ut suscipere deberet, ad effectum ut Magistralibus exemptionibus, dignitate, & Ordine gaudere possit, suscipere valeat, nisi prius prævio riguroso examine ab Examinatoribus in partibus per dicti Ordinis Priorem generalem in Capitulo generali deputandis faciendi, etiam per aliquos actus litterarios, ac etiam in his quæ à sacro Concilio Tridentino circa Prædicatores præcipiuntur, examinatus, & approbatus fuerit, Apost. auctoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propterea eisdem Examinatoribus, ut præfertur, deputandis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, aliorumque officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis pœnis, ne quempiam Ordinis, & Provincialium hujusmodi religiosum, doctrina, & meritis sufficientibus ad hujusmodi gradus suscipiendos non præditum quoquo modo approbent, vel admittant.

§. 4. Et nihilominus quascumque hujusmodi approbationes, aut ad gradus admissiones contra præsentium tenorem (quod absit) quomodocumque, aut quomodo-cumque faciendas, nullas prorsus, & invalidas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac nulli prorsus suffragari posse.

§. 5. Sicque, & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis & Provincialium hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eorundem Ordinis, & Provincialium religiosi, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, et si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 24. Aprilis 1625. Pontif. nostri anno 2.

Sequitur extensio Constitutionis Clem. VIII. qua sublata fuerant vota ex gratia concessa in Capitulis Provincialibus quarundam Provincialium Hispania, & Indiarum, ad omnes Provincias Italia.

URBANUS

URBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§.1. Aliis per fel. rec. Clem. Papam VIII. prædecessorem nostrum inter alia accepto, quod in Provinciis Bethica, Mexicana, de Mechoacan, del Perù, del Quinto novi Regni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electionibus ex gratia habuerant, ex quo propter magnum vocalium numerum in Capitulis provincialibus ut plurimum confusiones, & perturbationes oriri solebant, idem Clemens prædecessor ad eas omnino tollendas, ac de cetero in perpetuum in quacumque dictarum Provinciarum nulli præter eos, quibus de jure juxta dicti Ordinis Constitutiones licebat, vocem in Capitulis provincialibus haberent, sed ii, quibus ex gratia concessa esset, voce activa omnino carerent, & ex nunc privati essent, & esse censerentur, prout ipse Clemens prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit. Nuper verò Nos, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione statutum, & ordinationem hujusmodi ad Provincias Italiæ dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & ampliamus, prout in ipsius Clementis prædictis, ac nostris defuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenor præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Nunc autem spero, felicique quarumcumque aliarum dicti Ordinis Provinciarum statui, & directioni in præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire volentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus statutum, & ordinationem per Clementem prædecessorem hujusmodi facta, & per Nos extensa, & ampliata, ut præfertur, ad universas Provincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti eadem auctoritate tenore præsentium rursus perpetuo extendimus pariter, & ampliamus, illaque in universarum Provinciarum, & Congregationum hujusmodi Capitulis provincialibus locum habere, & sic ab omnibus censerentur.

§.3. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate etiam, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & singularum Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, aliisque omnibus, & singulis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstat. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 14. Septemb. 1628. Pontif. nostri anno 6.

XLIII. Confirmatio Statutorum pro Religiosis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis institutæ gubernio editorum.

Hæc statuta tibi non subjecio, quia ea poteris apud hos Milites legere. Instituit hanc militiam istemet Pont. suprâ in constit. 11. Imperferatibilis, ubi notavi. Deputavitque judicem probationum sup. in constit. 27. Clem. Nos nuper.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Aliis supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuæ, & Caroli Bullar. Mag. Tom. I V.

Nivernens. Ducum, & Adolphi Comitis ab Althan Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, unam Militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, ac sub Regula Sancti Francisci, necnon sub protectione SS. Michaelis Archangeli, & Basilii, pro uno Magistro qui Magnus nuncupetur, ipsius Militiæ Caput, & Superior existat, necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro benevolente, Apostolica auctoritate, sine cujusquam præjudicio perpetuo ereximus, & institimus, eisdem Magistro, & Capitulo generali dictæ Militiæ, ut quascumque constitutiones, statuta, ordinationes, capitula, & stabilimenta ad prosperam dictæ Militiæ directionem facientia, licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus, Conciliique Tridentini decretis minimè contraria, ab hac tamen sancta Sede approbata condere, illaque pro rerum, & temporum qualitate, & varietate alterare, revocare, mutare, moderari, corrigere, & alia de novo condere liberè, & licitè possent, & valerent, dicta auctoritate concessimus, & indulimus, & aliis prout in nostris defuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dictus Carolus Dux Nobis nuper exponi fecit, nonnulla pro felici ejusdem Militiæ statu, atque gubernio statuta nuper condita fuerint, illaque pro inviolabili eorum observatione Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri plurimum desideret. Nos piis dicti Caroli votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus, existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, statuta prædicta, dummodo tamen licita, & honesta, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint respectivè, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis, neque debita Nobis, & S. R. E. obedientiæ, & fidelitati adversentur, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui defuper quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus.

§.3. Decernentes eadem statuta ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 24. Maii 1625. Pont. nostri anno 2.

XLIV. Beatificatio Servi Dei Andreæ Avellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum, cum concessione Clericis dictæ Congregationis ubique existentibus, quotannis in die sui obitus Missam, & officium de Comuni Confessoris non Pontificis celebrandi.

Hujusmodi indulsum celebrandi Missam, & Officium istis Clericis concessum extendit ad omnes in Civitate Neapolitana, ac Diocesi existentes, quæ nuper in novum Patronum d. Beatum recepit, ejusque Reliquiis, ac statua locum in Capella Thesauri Ecclesiæ d. Civitatis debere statuit, Sacra Rituum Congregatio, quæ etiam Indulsum prædictum extendit, prout in ipsius Congregationis Decretis videre poteris.

Urbanus VIII. confirmavit in Capitulis Provincialibus, & in his, quibus de jure juxta dicti Ordinis Constitutiones licebat, voce activa omnino carerent, & esse censerentur, prout ipse Clemens prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit. Nuper verò Nos, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione statutum, & ordinationem hujusmodi ad Provincias Italiæ dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & ampliamus, prout in ipsius Clementis prædictis, ac nostris defuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenor præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quæ cum sit condita, hic Pont. ea confirmat. Etque observari jubet. Contrariis quo derogat. Dat. P. An. 2. die 24. Maii.

Edicta An. D. V R B A N Y S P A P A V I I I .
1625.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, à Deo constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, Venerabiles fratres S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositi causam Servi Dei Andreae Avellini, eorundem Clericorum Regularium à tribus Rotæ Auditoribus, ac deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Carolo Emanuele S. Mariæ in Via Lata Diacono Cardinale Pio nuncupato discussam, cum utrobique de validitate processuum, de sanctitate vitæ, ac de miraculis, tam in vita, quam in morte sufficienter constare pronunciatum fuisset, in tali statu censuerint habendam, ut ad solemnem ipsius Servi Dei Canonizationem quandocumque deveniri possit: Præpositus verò, & Clerici prædicti pro eo, quem erga eundem Servum Dei Andreae Avellinum gerunt devotionis affectum, illum Beatum nuncupari, Officiumque & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deveniatur, recitari posse summopere desiderant.

§. 2. Nos piis Præpositi, & Clericorum prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de eorundem Cardinalium consilio, ut idem Dei Servus Andreas Avellinus Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus Clericis Regularibus hujusmodi ubique existentibus Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, ipsa die ejus obitus celebrari, ac recitari liberè & licitè possit, & valeat. Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem pro fusis fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Junii 1625. Pontif. nostri anno 2.

XLV. De celebratione Missarum, ac de prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia. Necnon de earundem oneribus perpetuis suscipiendis: & de Religiosorum numero ultra redditus, & concessas elemosynas locorum Regularium non habendo.

Super his Decretis multa postea sunt orta Dubitationes, quibus eadem Sacra Congregatio respondit, & S. D. N. eas confirmavit, & approbavit, quas omnes mox tibi subjiciam.

Cum sæpè contingat in quibusdam Ecclesiis, tam magnam Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum reliquiis, aut piorum elemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri; & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur, indeque fiat, ut deperant piè testantium voluntates, obstructa benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus sub-

trahatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciores numerum à Superioribus reductum iri, aut quod Ecclesiis, sorte pecuniarum absumpta, plerumque nada remaneant onera Missarum, absque ullo emolumento; aut quod elemosyna pro illis celebrandis sit aded tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subjicere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii aded exigui, ut Sacerdotes pro necessaria sua sustentatione novis se oneribus obstringere compellantur: Sacra Congregatio Card. Conc. Trid. Interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatiq; ac justitiæ maximè consentaneam, si pro vitibus satagat hunc teterrimum abusum à Christiana Reipublica convellere atque eradicare: Sanctissimi D. N. Urbani divina providentia Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infra scripta Decreta edidit.

§. 1. Ac primò districtè prohibet, atque interdicat, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliis quoquo modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Conciliū imposita, aut in limine foundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perpecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit.

§. 2. Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis, celebrandis stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscumque, tam secularibus, quam regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione divini Judicii mandat, ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

§. 3. Id verò ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulgetia omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam secularibus quam regularibus, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

§. 4. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

§. 5. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta, statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam secularibus, quam regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim debeant penes eadem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

§. 6. Ac si eadem bona mobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis

Prohibet Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliis quoquo modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Conciliū imposita, aut in limine foundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perpecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit.

stabilibus itidem fructiferis, cum ejusdem oneris repeti-
tione, atque annexione converti debeat.

§.7. Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis,
Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon
omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum,
tam secularium, quam regularium Superioribus, vel aliis
ad quos pertinet, districtè prohibet, ne impostum ono-
ra perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, seculari-
um quidem sine Episcopi, vel ejus generalis Vicarii, Re-
gulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu,
& licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin
secularis, qui hujus prohibitionis transgressor extite-
rit, ab ingressu Ecclesie interdictus sit eo ipso: Regulari-
s vero poenam privationis omnium officiorum, quæ
tunc obtinebit, ac perpetua inhabilitatis ad alia de cæ-
tero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ, absque alia
declaratione incurrat.

§.8. Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro
Missis celebrandis ita demum iisdem accipere possint, si
oneribus antea impostis ita satisfecerint, ut nova quo-
que onera suscipere valeant, alioquin omnino abstineant
ab hujusmodi eleemosynis, etiam spontè oblati, in futu-
rum recipiendis, & capulas auferant ab Ecclesiis cum
inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili,
sub iisdem penis ipso facto incurrendis, ne fideles hæc
ratione frustrentur.

§.9. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis,
vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus
fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant
de singulis Missarum celebrandarum obligati-
onibus, cuique Ecclesie, Monasterio, aut loco pio incumben-
tibus; nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præ-
beant, quam eis legitime constiterit, illius Sacerdo-
tes tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam sus-
ceptis satisfacere posse; præcipuamque rationem habeant,
ut redditus, qui Ecclesiis, & locis piis relin-
quuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis, secun-
dum morem cujusque Civitatis, vel Provinciae; intelligant
que si in re tanti momenti desides, aut negligentes fue-
rint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris
rationem esse reddituros.

§.10. Postremò Illustriss. Patres, non sine gravi animi
dolore intelligentes; mala ferè omnia, quæ regularem
disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facili-
tatem fovent, in oneribus Missarum supra vires susci-
piendis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Re-
gularium numero, quam ferant redditus, & eleemosynæ
cujusque Monasterii, inhærentes Summorum Pontifi-
cum, ac Sac. Tridentini Concilii decretis hæc de re editis,
Sanctissimi D.N. auctoritate præcipiunt, ac mandant
omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Com-
missariis, Ministris, Præsentibus, Abbatibus, Prioribus,
Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis
Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domo-
rum Regularium bona immobilia possidentium, vel non
possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, &
Instituti existentium intra fines Italiae, & Insularum ad-
jacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Pro-
vincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Or-
dinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum usu-
peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & pro-
ventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obven-
tiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, &
Dorum ejusdem Provinciae, quam etiam singularibus
personis religiosis assignatas, seu permissas, in commu-
nem usum deinceps conferendas, decem annorum immè-
diatè præcedentium habita ratione, diligenter, & mature
recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes,
præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet ge-
neris onera consueverant absorbere.

§.11. Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Su-
perior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congre-
gatione generali, vel provinciali, coram tribus Judicibus
ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis pro-
ponat, qui computatis hujusmodi redditibus, eleemosy-
nis, & obventionibus universis, & oneribus ut supra
detractis, sedulo examinent, quot religioni homines,

connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servienti-
bus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo
regulari, juxta regionis, & proprii Instituti morem, vi-
ctum, vestitum, & medicinalia in communi habentes,
competenter valeant sustentari. Tum eorundem bono-
rum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam
notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant,
ut in illo diligenter omnibus discussis, cujusque familiae
Monasterii, Conventus, ac Domus regularis in singula
quaque Provincia certus earum tantum personarum nu-
merus, Patrum capitularium voto præfigatur, quæ de
redditis, eleemosynis, & obventionibus, ut superius,
sufficienter ali possint.

§.12. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, se-
rius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant,
mandat Sac. Congregatio, ut infra annum post proxi-
mum Capitulum generale, vel provinciale computan-
dum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authen-
ticam formam redacta, ad sacram ipsam Congregatio-
nem Concilii singuli mittant.

§.13. Numerumque familiae, singulorumque Con-
ventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi re-
gularium, Capituli, seu Congregationis generalis, vel
provincialis sententia, & auctoritate præfixitum, iisdem
Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam
locales perpetuò servare omnino teneantur, nec possint
illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti
redditorum, absque Sacre ipsius Congregationis licentia.
Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præ-
fixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra
præscriptum, quoquo modo augere præsumperint, priva-
tionis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtine-
bunt, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Reli-
gionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam
eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede
Apost. infligendis Sacra Congregatio subjacere voluit, &
declaravit.

§.14. Deinceps vero Monasterium, Conventum, Do-
mum, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Re-
gularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requi-
sita, in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Fratres,
aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, &
consuetis eleemosynis, detractis omnibus, ut supra de-
trahendis, competenter sustentari valeant, ad præscri-
ptum decreti fel. rec. Greg. XV. hæc de re editi. Alioquin
Monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in qui-
bus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque in-
habitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Or-
dinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ
jurisdictioni subiecta esse intelligantur.

§.15. Porro, ne unquam tempore hæc in oblivionem,
seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque
Monasterii, Conventus, ac Domus regularis curare at-
que efficere teneantur sub pena privationis officii, vo-
cisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in
perpetuum sexto quoque mense, idest feria secunda post
primam Dominicam Adventus, & feria sexta post octa-
vam Corporis Christi præfentes ordinationes in publica
mensa perlegantur.

§.16. Omnibus tam Ecclesiasticis personis, cujuscum-
que sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quo-
cumque honore, ac potestate præditis, præsentia Decreta
declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

§.17. Non obstantibus quod superscripta omnia, &
singula in præsentibus Decretis contenta, & Constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem qua-
rumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendican-
tium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam
S. Joan. Hierosolymitani, Congregationum, Societatum,
ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessarid, & in in-
dividuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Con-
ventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Con-
fraternitarum, & aliorum quorumcumque, tam secularium,
quam regularium locorum, necnon illorum, etiam im-
juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immem-
orialibus, privilegiis quoque, indultis, & literis

bona immobilia
sensus, ad
redditus, ac
proventus om-
nes, & obven-
tiones, ad
obventiones
ad. monaste-
rii, seu con-
ventus, seu
personis as-
signatas, in
communi
usum desti-
nata, de
d. de
annorum præ-
sentium ho-
nora ratione,
diligenter
&
mature reco-
gnoscant, de
trahendis om-
nibus, ut
supra de-
trahendis, ex-
aminent ac do-
cernant quæ
possint in
quoquo loco
regularium,
juxta
victum, &
medicinalia
sufficiant.

quodammodo
sensus, ad
redditus, ac
proventus om-
nes, & obven-
tiones, ad
obventiones
ad. monaste-
rii, seu con-
ventus, seu
personis as-
signatas, in
communi
usum desti-
nata, de
d. de
annorum præ-
sentium ho-
nora ratione,
diligenter
&
mature reco-
gnoscant, de
trahendis om-
nibus, ut
supra de-
trahendis, ex-
aminent ac do-
cernant quæ
possint in
quoquo loco
regularium,
juxta
victum, &
medicinalia
sufficiant.

mandatum in
visibilibus
scriptis
sub prelo
factis
Jubis
supra
scriptis
de
dona
dona
R. guberna
ut hic in
no compari
hic impref
sub prelo
venerunt
et. ac vult
adtra. &
passiva
pradicta
in publica
monu. legi
curare rem
sur. Sublate
quibusdam
quo per hanc
ea declaran
di, vel inter
pretandi fa
cultate.
Commissis
plurimum de
rogat.
Quod publi
catis in vrb
canon affinis
vult.
Transumpti
que fidei
dari praecepit.

Apostolica, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac eorum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu exceptionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & Innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quae praesentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suae auctoritate specialiter, & expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.
§. 18. Et ne praesentium ignorantia a quoquam praetendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut praesentes ordinationes in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Florae, ut moris est, affixae omnes, ad quos pertinet, ita ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.
§. 19. Urque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.
Datum Romae die 21. Junii 1625.
Cosmus Card. de Torres.
Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Dat. P. An. 3.
die 21. Jun.

Publicatis. Anno D. N. Jesu Christi 1625. Indi. 8. Pontificatus autem in Christo patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, die vero 22. mensis Septembris, supra scripta Decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Florae, ut moris est, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Amilianum Sanctiss. D. N. Papa Curf.
Brandimartes Latinus praebiti Sanctiss. D. N. Papa, ac S. Rom. & Unvers. Inquis. pro Mag. DD. Curf.

Sequuntur Dubia, ac Declarationes aliquos Sacrae Congregationis Concilii, S. D. N. Urbani Papa VIII. auctoritate edita super Decretis ejusdem Congregationis de Celebratione Missarum.

Super primo Sacrae Congregationis decreto de Celebratione Marum, quo prohibetur, ne Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquo modo reducant onera ultra Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine foundationis.
Quaeritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum infundendum sit pro expensis ad id necessariis?
Et quid si permittatur Episcopo in foundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?
Secundò, super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missae, quot ad rationem tributa eleemosynae praescriptae fuerint.
Quaeritur, an verba illa (praescriptae fuerint) intelligenda sint de praescriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?
Tertio, an cum Ordinarius praescripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente praescriptas celebrare?

Quarto, an Sacerdotes qui teneantur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellae, legati, aut salarii, possint etiam manuaelem eleemosynam pro Missis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Missae sacrificio utrique oneri satisfacere?
Quinto, Posito quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missae, absque ulla praescriptione eleemosynae: Quaeritur, an liberum sit haeredibus eleemosynam sibi bene visam praescribere, an verò eadem eleemosyna praescribenda sit ab Ordinario.
Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.
Quaeritur, An verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?
Septimò, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynae sibi retenta, celebrandam committat.
Quaeritur, an permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiae, Altarium, inservitium, paramentorum, luminum, vini, hostiae, & similibus?
Octavo, An hoc decretum habeat locum in beneficiis, quae conferuntur in titulum, id est, An Rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?
Decimò, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missae, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?
Undecimò, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cetera statuitur in haec verba (eleemosynas verò manuales & quotidianas pro Missis celebrandis) ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam spontè oblati, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.
Quaeritur, An hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?
Duodecimò, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat ut Sacerdos Missam celebret cum primò poterit?
Decimotertio, An poena interdicti, & aliae appositae in eodem decreto afficiant tam eos qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi praescriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem praecipitur?
Decimoquarto, An in hoc decreto comprehendantur illae capsulae, quae apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (Casse de Morti)?
Decimoquinto, An Administratores Ecclesiarum magnae devotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si illis Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiarum, & devotio, ac concursus fidelium, ut aiunt, minuantur?
Decimosexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam secularium, quam regularium Superioribus, de quibus sit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehenduntur sub clausula generali (& aliis ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?
Decimosextimò, super septimo ejusdem Sacrae Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis monasteriis Religiosorum praefigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quaeritur

URBANUS OCTAVUS.

92

Quæritur, An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim simili decreti sanctæ memoriæ Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque religioni, sit denuò faciendâ, necne?

Decimò octavo, An novitii ad habitum regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus, habita ut supra, præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimò nono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis

Ultimò, An idem decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi, &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecessens, an verò etiam extra Italiam?

Subsequuntur Declarationes, seu Responsiones ad Supradictâ Dubia.

Sacra Congr. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum, auctoritate sibi à S.D.N. attributa, ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad Primum, etsi legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi ab iis, ad quæ pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino esse judicaverit. Veruntamen si in ipsa beneficii erectione expressè cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad Secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Tertium, teneri. Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit ubi nullam certam elemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam elemosynam congruam, quæ respondeat oneribus missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Sextum, ita esse intelligenda.

Ad Septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores, ex elemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariæ sunt subeundæ; & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolutè tot missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad Octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector beneficii, qui potest missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolutè integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum, respondit non prohibere absolutè, ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum missarum celebratione, sciat, & contentiat, ut illæ tunc demùm celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu elemosyna accipiat pro iisdem missis juxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimumtertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad Decimumquartum, comprehendit. Ad Decimumquintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui elemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimumsextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

Ad Decimumseptimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam, servata forma ultimi decreti hac de re editi.

Ad Decimumoctavum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deinde in aliquo alio monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commodè ali possint.

Ad Decimumnonum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.
Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Indultum pro Fratribus S. Francisci de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentibus expressè professis, quod de suorum Superiorum licentia à quocumque Catholico Antistite de consensu Diocessani, ad omnes etiam Presbyteratus Ordines extra tempora, & non servatis interstitiis promoveri possint.

XLVI

De his Fratribus habes sup. ad Const. 23. Leonis X. lre & vos, tom. 1. Vide etiam Const. seq. qua incipit, Ad Apost.

URBANUS PAPA VIII. Editâ An. D. 1625.
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Commissarius in Romana Curia generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Fr. de observantia nuncupatorum Nobis exponi fecit, ejusdem Ordinis S. Fr. professores in Indiarum Occidentalium partibus commorantes assidua in Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, continuisque Verbi Dei prædicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis uberes in vinea Domini fructus inibi afferant, & propterea quo ipsi Fratres dicti Ordinis S. Fr. in dictis partibus commorantes in piorum operum hujusmodi exercitio utilius, & melius continuare valeant, eisdem Fratribus per Nos desuper indulgeri summopere desideret.

Fructus fratrum Fratrum Minorum de observantia S. Fr. affertur in Indis Occidentalibus.

§. 2. Nos ejusdem Commissarii generalis votis, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, ipsique specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac Domorum, seu Conventuum Ordinis Fratrum S. Fr. in eisdem partibus existentium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Commissarii generalis nomine super hoc Nobis humiliter portatis inclinatis, Omnibus & singulis ejusdem Ordinis

Ne post. officium concedat, ut ibi professio à quocumque Catholico Antistite de consensu Diocessani ad observantiam Presbyteratus ordinis extra tempora, & non servatis interstitiis promoveri possint.

diis S. Fr. in partibus Indiarum Occidentalium hujusmodi tantum existens, expressè professi, ut de Superiorum suorum licentia, à quocumque quem maluerint Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, in propria Dioc. residente, vel in aliena de Diocessani loci consensu Pontificalia exercente, per eos eligendo, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines extra tempora ad id à jure statuta, ac interstitiis à Sacro Concil. Trid. designatis minime servatis, annique circulo non excepto, etiam si in unoquoque ex dictis sacris Ordinibus susceptis antequam ad alium promoveantur, se minime exercuerint, dummodo tamen ad id idonei reperiantur, & servatis aliis servandis, promoveti, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem impartimus.

Quibuscumque non obstantibus.

Transumptis rudi mandatis.

Dat. P. An. 2. die 30. Junii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 30. Junii 1625. Pontificatus nostri anno 2.

XLVII. Confirmatio, & approbatio Constitutionis Greg. XV. de electione summi Rom. Pont. ac Cæremonialis continentis illius ritus.

Constitutionem de electione habes sup. n. 13. Eterni, ubi tibi notavi quæ ad ejus materiam pertinent. Approbationem verò illius Cæremonialis habes Const. 19. Decret. sup. & etiam ipsum Cæremoniale impressum pro majori lectoris commoditate.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

AD Rom. Pont. providentiam spectare dignoscitur, Aut ea quæ salubriter à Prædecessoribus suis, præsertim Sedis Apost. universalis Ecclesiæ decore, & utilitati conducentia statuta sunt, firma & inconcussa, quantum ex Alto conceditur, perseverent.

Greg. XV. editæ Constitutionis præscriptam fel. rec. Greg. Papa XV. Prædecessor noster Pastoralis sollicitudine permotus, ut res tanti ponderis postulabat, perfectius dirigendam duxerit Constitutione de super edita, cujus tenor est talis: Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Eterni Patris filius, Magister, & Legislator Christus Dominus, &c.

Et postea confirmavit Cæremoniale electionis ritus in Const. præscripta in Rubrica.

Idem isti Pont. prædicta approbat, & confirmat.

§. 1. Cum igitur firmam in eisdem Pont. electione servandam, factorum Conciliorum decretis, & variis Apost. Constitutionibus sæpius præscriptam fel. rec. Greg. Papa XV. Prædecessor noster Pastoralis sollicitudine permotus, ut res tanti ponderis postulabat, perfectius dirigendam duxerit Constitutione de super edita, cujus tenor est talis: Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Eterni Patris filius, Magister, & Legislator Christus Dominus, &c.

§. 2. Et successivè idem Gregorius Prædecessor Cæremoniale ritus dictæ Electionis continentis de ejus mandato compositum confirmaverit, cujus tenor sequitur: Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem.

§. 3. Nos qui ut rei tam arduæ negotium ritè, & rectè procederet, & absolveretur, intentis studiis desideravimus, cum primùm (nullis licet suffragantibus meritis) ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, animo revolventes quantam in omnium animis Constitutionis exequutio, & Cæremonialis prædictorum usus approbationem excitavit, ut Constitutio, & Cæremoniale prædicta nostrâ etiam confirmatione roborata, inviolabiliter semper observentur providere cupientes, ex mera animi nostri deliberatione, & de Apost. potestatis pleni-

tudine, ac de Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio & assensu, Constitutionem, & Cæremoniale prædicta, cum omnibus, & singulis in eis, & eorum quoslibet contentis clausulis, & decretis hac nostra perpetuè valitura constitutione, Apostolica auctoritate perpetuè confirmamus & approbamus.

Etque perpetuè in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Constitutione dicti Gregorii prædecessoris insertam, semper vigere, suamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decernimus.

§. 4. Eaque etiam perpetuè in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Constitutione dicti Gregorii prædecessoris insertam, semper vigere, suamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decernimus.

Contrariis omnino tolli.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, ea in parte, qua præsentibus advenitur, recolendæ memoriæ Alexandri Papæ III. similiter Prædecessoris nostri in Lateranen. quæ incipit, Licet ad vitanda, & quibuscumque aliis, etiam in universalibus Conciliis editis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus illis quæ dictus Gregorius Prædecessor in Constitutione, & Cæremonialis confirmatione prædictis voluit non obstare: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad reliqua omnia, quæ Constitutioni dicti Gregorii & Cæremoniali prædictis, & huic nostro præcepto, mandato, & decreto non sunt repugnantia, in suo robore permanentibus, harum serie de simili plenitudine potestatis derogamus, & derogatum esse volumus, & hanc nostram derogationem suam pariter effectum perpetuè consequi jubemus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Decretum generale factis addis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, voluntatis, & jussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ die 28. Jan. 1625. 5. Kal. Febr. Pont. nostri anno 3.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Papa subscripsit.

- † Ego Fr. Maria Episc. Ostiensis S.R.E. Card. à Monte promitto, voveo, & juro.
- † Ego O. Episc. Portuen. S.R.E. Card. Bandinus, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Jo. Baptista Episc. Albanen. S.R.E. Card. Detus promitto, voveo, & juro.
- † Ego B. Episc. Sabinen. Card. Bevilacqua promitto, voveo, & juro.
- † Ego A. Episc. Prænestin. Card. Perettus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Dominicus Cardin. Gymnasium tit. S. Laurentii in Lucina promitto, voveo, & juro.
- † Ego C. Card. Madrutius tit. S. Cæsarii promitto, voveo, & juro.
- † Ego Scipio tit. S. Chrysoconi presb. Card. Burghesius Major Penitentiarius promitto, voveo, & juro.
- † Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum presb. Card. Millinus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Marcellus tit. SS. Quirici, & Julittæ presb. Card. Lantes promitto, voveo, & juro.
- † Ego Jo. B. tit. S. Cæcilie presb. Card. Lenius promitto, voveo, & juro.

Cardinalis subscripsit.

† Ego

URBANUS OCTAVUS.

- † Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola promitto, voveo, & juro.
- † Ego Fr. August. S. R. E. presb. Card. tit. S. Mariæ de Araceli promitto, voveo, & juro.
- † Ego Gaspar tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Fr. Felix tit. S. Anastasiæ presb. Card. Asculanus promitto, voveo, & juro.
- † Ego G. tit. S. Bartholomæi in Insula presb. Card. de Treio promitto, voveo, & juro.
- † Ego Julius tit. S. Sabinae presb. Card. Sabellus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Melchior tit. S. Mariæ de Pace presb. Card. Klefilius promitto, voveo, & juro.
- † Ego S. Presb. Card. S. Sufannæ S. R. E. Bibliothecarius promitto, voveo, & juro.
- † Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo presb. Card. Bentivolus promitto, voveo, & juro.
- † Fr. Desiderius tit. SS. Duodecim Apostolorum Card. de Cremona promitto, voveo, & juro.
- † Ego Ludovic. tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card. Ludovicius, S. R. E. Vicecancellarius, & S. D. N. Summator promitto, voveo, & juro.
- † Ego Cosmus tit. S. Pancratii presb. Card. de Torres promitto, voveo, & juro.
- † Ego F. A. Card. S. Honuphrii S. R. E. presb. Card. promitto, voveo, & juro.
- † Ego Laurentius tit. S. M. in Aquito S. R. E. Card. Magalottus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Aloysius tit. S. Pudenzianæ presb. S. R. E. Card. Cætanus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Dionysius tit. Sanct. Trinit. in Monte Pincio, Card. de Marquemont promitto, voveo, & juro.
- † Ego Laudivius Card. S. Sixti promitto, voveo, & juro.
- † Ego Jo. Dominicus Spinola Card. S. Clementis promitto, voveo, & juro.
- † Ego Jacobus Cavalerius S. R. E. presb. Card. S. Eusebii promitto, voveo, & juro.
- † Ego C. S. Mariæ in Via lata Diac. Card. Pius promitto, voveo, & juro.
- † Ego M. S. Eustachii Diac. Card. de Sabaudia promitto, voveo, & juro.
- † Ego Alexand. S. Mariæ in Cosmed. Diac. Card. Ursinus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Fr. S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boncompagnus promitto, voveo, & juro.
- † Ego Hippolytus S. Mariæ Noxæ Diac. Card. Aldobrand. S. R. E. Camerarius promitto, voveo, & juro.
- † Ego P. Maria Burghefius Diac. Card. tit. S. Gregorii

promitto, voveo, & juro.
 † Ego L. SS. Viti, & Modesti Diac. Card. Biscia promitto, voveo, & juro.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1626. Indictione 8. die vtro 6. mensis Julii, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Anno ejus, supradicta literæ lecta, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis, Principia Apost. de Urbe, Cancell. Apost. & in acie Campi Flora, per me Tarquinium Majorum Curforem, & per me Brandimartem Latinum, prælibati Sanctiss. D. N. P. P. ac R. E. & Universalis Inquisitionis Curforem, & c. Augustinus de Bolis Romanus pro D. Mag. D. D. Curf.

Indultum, quod Servus Dei Franciscus Borgia, XLVIII. olim Dux Gandiæ, & deinde Religiosus professus, ac tertius Præpositus Generalis Societatis Jesu, beatus nuncupari, & in die sui obitus Missa celebrari, & officium de communi Confessorum non Pontificum in Ecclesiis, & Domibus regularibus dictæ Societatis recitari possit.

Quamplura de Societate indicavi supra in Const. Pauli III. Regimini, tom. 2. & const. 119. Pauli V. In Sede, sup. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1625. Ad perpetuam rei memoriam.

Liàs à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequenti, videlicet Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apostolorum, nullo meritum nostrorum suffragio à Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum largitor in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius noster Gaspar tituli S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. Borgia nuncupatus Nobis nuper exposuit, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Card. Sacris ritibus præpositi causam Servi Dei Fr. Borgiæ olim Ducis Gandiæ, ac postea Religiosi professi, & tertii Præpositi Generalis Societatis Jesu à tribus Rotæ Auditoribus, instante claræ memoriæ Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, necnon Regnorum ejusdem Philippi Regis Proceribus, Civitatibus, Universitatibus, ac demùm Præposito generali ejusdem Societatis, & deinde de mandato Nostro ab eisdem Cardin. referente dilecto filio Francisco S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boncompagno nuncupato discussam, cum de validitate processuum, de sanctitate vitæ, ac denique de miraculis sufficienter constare pronuntiasent, in tali statu censuerint habendam, ut ad solemnem ipsius Servi Dei Canonizationem quancumque deveniri possit.

§. 2. Gaspar verò Card. ac Præpositus, & presb. dictæ Societatis pro eo, quem erga eundem Dei Servum Franciscum Borgiam gerunt devotionis affectum, illum Beatum nuncupari, ac Officium, & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deveniatur, recitari summo perè desideret.

§. 3. Nos piis Gasparis Cardin. ac Præpositi Generalis, & Presbyterorum prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac singulares Præpositi, & presbyterorum prædictorum personas à quibusvis excommunicationis, suspens. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorundem Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut idem Dei Servus Franciscus Borgia Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus dictæ Societatis Jesu Religiosis ubique existentibus, necnon in ditioribus Familiæ illorum de

6 cordium.
Congregatio Cardinalium sacris ritibus præpositorum, consuevit ad canonizationem Servi Dei Francisci Borgiæ quancumque deveniri posse.
Gaspar Card. Borgiæ & Societatis illius Beatum nuncupari, ac Officium, & Missam de eo in eisdem recitari, huic P. N. applicari, qui Pontifex ad indulget.

de Borgia ab omnibus Sacerdotibus, tam secularibus, quam regularibus Kal. Octobris, ipso nempe die sui obitus, Missa celebrari, ac Officium de Comuni Confessorum non Pontificum recitari, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Rom. respectivè, liberè & licitè valeant Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Dominus in Sanctis suis, quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim verò sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt, liberè annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Contrariisque derogat. Transumptis etiam sigillo mandat.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.1. Sanè nomine dilectorum filiorum Ministri generalis, ac Fratrum Ordinis Minorum S. Fr. Capuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex peculiari, quem erga Sanctum Conradum tertii Ordinis ejusdem S. Francisci dum vixit professorem, gerunt devotionis affectu, & ut alios Christi fideles ad ejusdem devotionis studium accendant, Officium de eodem Sancto Conrado die ejus festo sub ritu Semiduplici recitare posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuna in præmissis licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Dat. die 23. Novemb. 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 23. Novembris 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

Indultumque prædictum modò ampliat.

§.6. Nunc autem eisdem Gasparem Cardinalem, ac Præpositum, & Presbyteros amplioribus favoribus & gratiis prosequi volentes, & singulares Præpositi, & Clericorum prædictorum personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De eorundem Fratrum consilio, concessionem, & indultum, de superque confectas literas hujusmodi, ad quoscumque Sacerdotes seculares, seu cujusvis Ordinis, Congregationis, seu Instituti regulares, ad Ecclesias, seu domos regulares dictæ Societatis Jesu accedentes, ita ut Sacerdotes hujusmodi in dictis Ecclesiis, seu domibus dumtaxat Missam, & Officium hujusmodi, servata prædictarum literarum forma respectivè celebrare, & recitare possint, & valeant, eadem auctoritate tenore presentium extendimus, ac concedimus pariter, & indulgemus.

§.2. Nos igitur Ministri generalis, & Fratrum prædictorum laudabile ejusmodi desiderium plurimum in Domino commendantes, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati. De Venerabiliu Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinaliu sacris Ritibus præpositorum consilio, ut de eodem Sancto Conrado die ejus festo ab omnibus, & singulis Ordinis Minorum S. Francisci Religiosis ubique existentibus Officium sub semiduplici de communi unius Confessoris non Pontificis, juxta Rubricas Breviarii Romani recitari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrariisque derogat.

§.7. Non obstantibus omnibus illis quæ in dictis nostris literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Et transumptis etiam sigillo mandat.

§.8. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu subscriptis, & personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.4. Volumus autem quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 2. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Septembris 1625. Pontificatus nostri Anno tertio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Sept. 1625. Pont. nostri anno 3.

Beatificatio Servi Dei Felicis de Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum. Ac Indultum quod de eo Missa celebrari, ac Officium recitari possit à Fratribus dicti Ordinis in Nanceii, Romaricomontis, & Cantalicii Oppidis existentibus, & Romæ ab omnibus ad Ecclesiam ipsius Ordinis, ubi Corpus ejusdem requiescit, confluentibus.

Indultum pro Ordine Fratrum Capuccinorum Officium de Sancto Conrado Tertii Ordinis S. Francisci Professore in die suæ festivitatis recitandi sub ritu semiduplici, & de communi unius Confessoris non Pontificis.

XLIX. Tres Ordines constituit S. Franciscus, quorum tertium pro secularibus Tertiariis nuncupatis instituit, & illius professor fuit iste Conradus, non autem Congregationis Fratrum Regularium, qui etiam Tertiarii vocantur, ut notavi sup. som. 1. ad conf. 5. Honor. III.

Hoc Indultum ad omnes Fratres dicti Ordinis ubique existentes extendis postea hic idem Pont. ut in Conf. seq. & deinde ad omnes Sacerdotes confluentes ad Ecclesiam hujus Ordinis extendit, ut inf. conf. 86. Aliàs nomine.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorundem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur

In specula militantis Ecclesiæ, & Apost. potestatis plenitudine, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, liberè annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§.1. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bavaricæ Sacri Rom. Imperii Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum respectivè, necnon

necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis Mulieris Elizabethæ Bavarie Ducissæ, & Catharinæ etiam à Lotharingia Monasterii Sedi Apostolicæ immediatè subjecti Sancti Petri de Romaricomonte, Ordinis Sancti Benedicti, Nullius, seu Tullenis Diocæsis, Abbatissæ, necnon etiam Ministri generalis, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod bonæ memoriæ Felix de Cantalicio ejusdem Ordinis dum vixit professor, multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit. Quapropter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciscus Comes, necnon Elizabetha Ducissa, & Catharina Abbatissa, ac Minister, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob ejus oximiam charitatem, & excellentia merita, divina aspirante gratia, ab Apostolica Sede decerneretur, idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, ut infra recitari & celebrari possit.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros Sanctæ R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam demandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse bonæ memoriæ Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque & Missa de eo, tanquam de communi Confessoris non Pontificis, juxta rubricas Missalis & Breviarii Romani, hoc anno, videlicet post præfentes literas emanatas, ab omnibus dicti Ordinis Fratribus ubique existentibus, hic autem Romæ etiam à confluentibus ad Ecclesias eorumdem Fratrum die eorum Superioribus benè visa, in posterum verò die dumtaxat sui obitus in Ecclesiis Fratrum prædictorum, videlicet in Nanceii ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis, ab eisdem Fratribus tantum, Romæ verò ubi Corpus ejusdem requiescit, etiam ad Ecclesiam dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1625. Pont. nostri anno 3.

Sequitur extenso hujus Indulsi ad omnes Fratres d. Ordinis ubique existentes.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper nomine dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bavarie, Sacri Romani Imperii Principis Electoris, ac Caroli Lotharingie Ducum respectivè, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis mulieris Elizabethæ Bavarie Ducissæ, & Catharinæ etiam à Lotharingia Monasterii Sedi Apost. immediatè subjecti S. Petri de Romaricomonte, Ordinis S. Benedicti, Nullius seu Tullen. Dioc. Abbatissæ, necnon etiam Ministri generalis, & Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis exposito, quod bonæ memoriæ Felix de Cantalicio ejusdem Ordinis dum vixit professor, multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, eaque propter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciscus Comes, necnon Elisabetha Ducissa, & Catharina Abbatissa, ac Minister, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicari fecerant, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio, ob ejus oximiam charitatem, & excellentia merita, divina aspirante gratia ab Apostolica Sede decerneretur, idem Felix de

Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque, & Missa de eo recitari, & celebrari possit. Nos hujusmodi supplicationibus tunc inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, ut bonæ memoriæ Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani eo anno ab omnibus dicti Ordinis Fratribus ubique existentibus, hic autè Romæ etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eorumdem Fratrum confluentibus, die eorum Superioribus benè visa, in posterum verò die dumtaxat sui obitus in Ecclesiis Fratrum prædictorum, videlicet in Nanceii, ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis ab eisdem Fratribus tantum, Romæ verò ubi Corpus requiescit, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit, & valeat, licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate concessimus, & impartiti sumus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Nunc autem dilecti filii Procuratoris generalis dicti Ordinis Ministri generalis, ac Fratrum prædictorum nomine Nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, de Cardinalium consilio, ut à Fratribus ejusdem Ordinis universis, & singulis ubique existentibus, Romæ autem dumtaxat, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam, ubi ejusdem Beati Felicis Officium, & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani recitari, & celebrari respectivè liberè similiter, & licitè possit, & valeat, licentiam, & facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus pariter, & impartimur.

§. 2. Non obstantibus omnibus illis quæ in dictis literis volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Aprilis 1626. Pontificatus nostri Anno 3.

Abrogatio omnium Indulorum, gratiarum, seu declarationum, quæ Observantiæ Regulæ S. Francisci quomodolibet contraria sunt. Ac approbatio Statutorum editorum in Capitulo generali Romæ die 17. Maii 1621. celebrato. Necnon confirmatio Statutorum Barchinonensium pro Ultramontana Familia, novissimè Segobizæ recognitorum, & approbatorum.

Hæc Statuta sunt inserta, & alia Ordinationes à Generali Ordinis Congregationis de Regula observantia facta, necnon Decreta à Congregatione à S. D. N. istorum Fratrum consultationibus præposita emanata hic sequuntur. Et hanc Regulam olim ab ipso S. Francisco editam, confirmatam habes ab Honor. III. const. 5. Solet, sup. tom. 1. ubi notata sunt plura. & postea declarata fuisse scias à Nicol. III. in cap. exiis, de verb. signif. in 6. necnon à Clem. V. in Clem. I. eod. tit.

De istis autem Fratribus de Observantia vide const. 23. Leon. X. It. & vos, d. tom. 1. Quibus addo, quod Paul. V. eisdem ambitum omnino prohibuit, ut sup. tom. 3. const. 114. Admonemur, & Greg. XV. deinde revocavit quascumque Præcedentias, & Paternitates, præter Ordinis constitutiones auctoritate Apost. confirmatas, concessas

Extensio, de qua in rubr. Contraria solis. Transumptorum eisdem jubeo. Dat. P. An. 3. die 9. Apr. 1625.

ca, ut in const. 44. P. Paschalis officii, sup. Novissimè verò ab isto Sanctiss. Pont. confirmata fuit cond. 47. Pauli V. circa elemosynam, quam querere possunt Parochi Indiarum ab iis, qui in Ecclesijs istorum Fratrum sepe...

Edict. An. D. 1625. URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator. SACROSANCTUM Apostolatus ministerium humilitati nostræ, nullo licet meritorum suffragio, divina dispositione committitur...

Inhibendo rege... Nicol. III. & Clem. V. Cõst. habet. in 1. Rubr.

Quodque pro... abrogat.

Commissariis... abrogat.

Classulas... addit.

Alios defini... prohibet.

Commissariis... derogat.

Dat. P. An. 1. Oct.

Sequitur approbatio Statutorum editorum in Capitulo generali Roma celebrato die 17. Mensis 1625.

Hujusmodi statuta sunt inserta in ista Constitutione, ut videre poteris, & quia maxime interest, & sunt generalia, ea posui ad verbum.

URBANUS PAPA VIII. Edict. An. D. 1625. Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divina dispensatione prædentes, ex incumbenti Nobis pastoralis Officii debito religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantibus affectibus, iis quæ propterea piè, & providè, præsertim in eorum capitulis generalibus facta fuisse comperimus, ut firma perpetuè, & illibata remaneant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo generali ejusdem Ordinis in domo B. Mariæ de Araceli nuncupatæ de Urbe prædicti Ordinis ultimo loco celebrato, pro felici Fratrum ipsius Ordinis utriusque familiaris gubernio, & directione nonnulla statuta edita fuerint tenoris subsequenti, videlicet.

Statuta pro utraque Familia.

PRO publicis totam Provinciam concernentibus negotiis, accedente etiam Definitorio consensu, Fratribus suis ad Curiam Romanam eundi facultatem Provinciales Ministri concedere possint, pro privatis autem auctoritatem hanc sibi noverint esse negatam. Qui secus fecerit, pœnis à sanctæ memoriæ Clemente VIII. positis subiacet.

Oblati omnes, Donati, Tertiarii, ad Conventus familiarum assumpti, Caparoneum seu Caputium ferre deinceps non præsumant, sed ut ab omnibus dignoscantur Fratres non esse, calcatis incedant pedibus, habitum gonia non excedentem, galerum, seu biretum in capite portent.

Statutum generale, quo decernitur, Capitulum intermedium, seu Congregationem habere plenam auctoritatem non continuandi Guardianos, seu prioribus amotis, alios instituendi, etiam nulla interveniente causa, innovatur, & roboratur. Ideo Guardiani omnes renuntiationem suorum officiorum spontaneam, & ex animo in scriptis mittere teneantur.

Provincia Anglicana, quæ ob persecutiones Hæreticorum defecerat, pristino suo honori, & loco restituitur, ita tamen, ut quia pauci adhuc in ea sunt Conventus, & Fratres, donec augeatur numerus, separatæ Custodiæ nomen retineat, cujus Custos generali Capitulo intersit, habeatque votum in eo.

Utraque familia pro acceptis beneficiis, & magnificentissima liberalitate Excellentissimi Domini Marchionis de Canette, eum Benefactorem agnoscit, sicut jam antea in Congregatione Segoviensi proximè præterita communi omnium suffragio sancitum fuerat.

Provinciarum Tertii Ordinis, quæ nunc temporis in Hispania, & Gallia erectæ sunt, Ministri Comitibus generalibus deinceps interesse, & in electionibus Ministri, & Commissarii generalis respectivè votum activum habere poterunt. Fratres enim nostri sunt. Provincia Sancti Didaci in Bethica recipitur, & catalogo Provinciarum Ordinis adscribitur, & antiquitatis suæ locum à suæ creationis die, qui 20. mensis Decembris 1620. fuit, in posterum obtinebit.

Provincia Saxonie S. Crucis antiquo suo Juri, & Ordini restituitur, ad eamque non solum Abastundenis Conventus, alique qui antiquitatis ejus erant, sed etiam Heldehemensis, & Fuldenis, qui hæcenus Ministro Coloniensi paruerunt: Item Conventus Egar, & Montilium ejusdem loci, qui ad tempus Argentinensis Provincie

In Capitulo gen. hujus Ordinis nullo loco Romano celebrato, in filii servit que familia directione ea ra fuerit: quodam sit suscipi quoniam: Quia licentiam debentur Fratres Romæ venire.

De habitibus laicorum, & Donatorum.

De auctoritate Congregationum, & Guardianorum.

Provincia Anglicana restituitur.

Excellentissimi Marchionis de Canette, ut Patrum ut utraque familia recipitur.

Confirmatio in hispania ab isto Marchione facta habet hic se præ. Patres tertii Ordinis habent suffragium in Capitulo generali.

Provincia S. Didaci recipitur.

Provincia S. Crucis restituitur.

Provinciae subditi fuerant, deinceps, & impoſterum per- tincbunt.

Pro Ciſmontana Familia.

UT conſcientiis fratrum circa Miſſarum celebrationem efficaci remedio provideatur, ſtriſſimè Patribus Guardianis, & quibuſcumque aliis Conventuum Superioribus præcipitur, ut in oneribus Miſſarum ſuſcipien- dis omninò obſervent formam præſcriptam in decretis à Sacra Congregatione Concilii Sanctiſſimi Domini no- ſtri auctoritate nuper editis de celebratione Miſſarum.

Ne pax mutua detrimentum patiat, noverint Patres Reformati ſibi interdiciam divini Verbi prædicationem, necnon eleemoſynarum petitionem intra limites Con- ventuum Fratrum Obſervantium de familia, niſi priùs Miniſtri provincialis in ſcriptis obſenta facultate: Cui interdictioni reciproè Fratres regularis Obſervantiæ ſubjacebunt, niſi Patris Cuſtodis Reformatorum volun- tas acceſſerit atque conſenſus.

Pro evitandis Fratrum evagationibus ordinatur, & præcipitur, ut quotieſcumque eorum aliquis à ſuo Supe- riore extra Provinciam, vel etiam Conventum intra Pro- vinciam exeundi facultatem impetraverit, in illius obedi- entia dies determinati aſſignentur ſuæ peregrinationis, ſuique redditus, nec poſſit accingere ſe itineri, & obſenta facultate gaudere, niſi obedientiales literæ priùs regiſtra- tæ, & à Patre Miniſtro, ſive Guardiano ſubſcriptæ fue- rint. In quibus dies diſceſſus adnotetur.

Apoſtatæ nec recipiantur, nec retineantur in alienis Provinciis, ad quas quomodocumque conſugerint, ſed ubi primùm fuerint abſoluti, juxta conſuetudinem, & Ordinis conſtitutiones, ad proprias remittantur, ſub pœna privationis Officiorum Provincialis, ſive Guar- diani, aut cujuſcumque alterius Superioris ipſo facto incurrenda.

Cùm Ordo noſter Seraphicus ad totius Eccleſiæ obſequium ſit inſtitutus, toto conatu innitendum eſt, ut non ſolùm in eo ſcientia non pereat, ſed in dies augeat. Ideo decernitur, atque ſtatuitur, ut in qualibet Provincia ubi hæcenus deſiderantur, & non ſunt Philo- ſophiæ, & Theologiæ ſtudia, erigantur, & inſtituantur, quibus ex eadem Provincia Patres Lectores ex doctori- bus præficiantur, caveaturque ne deinceps in alienas Pro- vincias Studentes mittantur, aut Prædicatores, niſi in ca- ſu aliquo urgenti, de quo tam Miniſter generalis, quàm Commiſſarius Judex eſto. Hac lege Provinciæ Ultrama- rinæ non tenentur, quia Studentium, & Lectorum penuriam patiuntur.

Transitus ab una ad aliam Provinciam plurimorum eſt cauſa malorum, quibus proviſum fore judicamus, ſi quod nunc ſtatuitur in poſterum obſervetur: Ut ſcilicet, qui ſua ſponte, licet obſenta prius licentia, ad alienam Provinciam tranſierunt Fratres, tam incorporati, quàm incorporandi, in ea locum, ordinem, & præcedentiam à die tantùm incorporationis ſuæ, non autem à die receptionis habitus, aut emiſſæ profeſſionis teneant & habeant.

Ad tollendam ambitionem, & eliminandam relaxatio- nem decernitur, ut juxta Gregorii XV. Breve nullus ali- quo gaudeat privilegio ex quacumque cauſa, quod per leges, & ordinis ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata conceſſum non fuerit.

Sicut Statutum de erigendis Communitatibus in uno- quoque Conventu ad majorem paupertatis obſervantiam, & Fratrum conſolationem innovatur, ita Guardianis ſub pœna ſuorum officiorum privationis præcipitur, ut in- fra duorum menſium à ſuo ingreſſu ſpatium Communi- tates erigant, in quibus quæ neceſſaria ſunt Fratribus, aſſerventur, ſuo tempore illis distribuenda, & ſubmini- ſtranda, hujusmodi autem Communitates de eleemoſynis Conventuum, & ſuperſuis Fratrum erigantur, quibus habere habitum, & tunicam unam conceditur, alteram verd tunicam non niſi ex neceſſitate, & ſuperioris con- deſcenſione, & licentia.

Omnibus, & ſingulis Patribus Guardianis ſub pœna privationis officii præcipitur, ut ſi in ſuis Conventibus Bullar. Mag. Tom. I V.

Vinea, ſeu Prata fuerint, ex quibus vinum ad bibendum, & fœnum ad vendendum colligitur, antequam à ſuo in- greſſu duo menſes compleantur, omni poſthabita excu- ſatione tollant, & aliis uſibus permiſſis terram applicent.

Iteratò ſtatuitur, ut Guardiani ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officiis, cellas Fratrum ſingulis menſibus viſitent, indeque auferant quidquid perfectæ, & Franciſcanæ re- pugnat paupertati.

Renovatur Statutum contra illos Fratres, qui ſuis Su- perioribus inſultant, verba injurioſa, & contumelioſa in eos proferunt, in recognoſcendis culpis ſine licentia lo- quuntur, proteſtationes in ſcriptis offerre aſu temerario præſumunt.

Sicut in Congregatione Segoviendiſi proximè præteri- ta, in unum collecta fuere Statuta quæ in Ultramontana familia in poſterum obſervari debeant, ita in hac Ciſ- montana fiat: hujusmodi autem collectio duobus Patri- bus doctriſina, & pietate pollentibus à Ciſmontano Defi- nitorio eligendis committatur.

Servetur Apoſtolica conſtitutio, qua Miniſtro pro- vinciali in ſua Provincia, & Guardiano in ſuo Conventu præcipitur, ut eorum quilibet clavem communem, quæ Magiſtra vocatur, apud ſe habeat, & ſollicitè cuſto- diat, qua ſuorum ſubditorum cellas ad libitum, ſaltem cum duobus Diſcretis Conventus aperire, ingredi, & viſitare poſſit.

Pro Hiſpanis.

SI contingat, Patrem Definitorem Recollecum ad me- liorem tranſire vitam, ſoluto mortis tributo, ejus lo- cum, munus, & officium antiquior ejuſdem Recolle- ctionis Definitor obtineat: quod ſi nullus Definitoris officio ſunctus ſuperſtes inveniatur, qui erit Guardia- nus antiquior, aut ſecundùm tabulæ ordinem dignior extiterit, deſuncto Definitore ſubſtituatur, ita ut ſine Definitore Recollecto nunquam Definitorium congre- getur.

Ad electiones non vocetur Definitor extra Nationem exiſtens, ſi verd intra Nationem, extra Provinciam tamen fuerit, dummodò non plus, quàm per duas, aut tres dietas diſtate cognoſcatur, vocandus erit, alioquin omnes Defi- nitorii actiones nullius ſint valoris, & auctoritatis.

Mortuo aliquo Definitore, antiquior Provinciæ pater deſuncti locum accipiat, quod ſi nullus talis extiterit, an- tiquior in Definitoris officio ſubrogetur. Idem aliis in Nationibus obſervandum erit.

Ne Bibliothecæ, Lectores, Prædicatores, & Confeſſo- res libris neceſſariis careant, ſingulis Provincialibus Mi- niſtris conceditur, ut quilibet in ſua Provincia eleemoſy- nas procuret pro Miſſis diebus Dominicis celebrandis ad præſcriptum eorundem decretorum ſacræ Congregatio- nis Concilii de celebratione Miſſarum, dummodo du- centorum ducatorum quantitas valorem non excedat quolibet anno, hujusmodi autem eleemoſynis emanant libri, & pro uniuſcujuſque neceſſitate, judicio Miniſtri diſtribuantur, quod ut ſine dolo, & fraude fiat, Viſita- tor ſoleter inquirat, ſpeciale rationem in ſingulis Conventibus exigat, & in Capitulo Provinciali, an libri juxta quantitatem aſſignatam procurati, & diſtributi fuerint, vel non, publicè, & in conſcientia declaret. Quæ ſupererunt die Dominico Miſſæ ſupra numerum ex Sta- tutorum noſtrorum præſcripto, benefactoribus in com- muni applicentur.

Pro Gallis.

Q UOD unanimis in ſuo Diſcretorio novem Provinciæ Galliarum à Definitorio generali obnixè poſtularit, domus vici- cis liberenter ad majorem Dei gloriæ conceditur, ut in qua- libet diſtarum Provinciarum tres eligantur, & aſſignentur Conventus, in quibus Regulæ obſervantia aded diſtri- ſervetur, ut Recollecutorum, ſeu Reformatorum vivèdli mo- dum Fratres imitètur. Ided Capitulu Generale, tam Mini- ſtris, quàm Viſitatoribus in virtute ſacræ obediètiæ præ- cipit, ut hoc diligentiffimè exequatur, ita tamè, ut prædicti Conventus Miniſtris in omnibus ſubjiciantur, iſ casibus exceptis

Vertical marginal notes in Latin script, including phrases like 'Sicut in Congregatione Segoviendiſi', 'De colligendis Statutis Ciſmontana familia', and 'De habenda clavi Magiſtra'. The notes are small and densely packed, providing commentary or references to the main text.

Vertical marginal notes in Latin script, including phrases like 'De colligendis Statutis Ciſmontana familia', 'De habenda clavi Magiſtra', and 'De colligendis Statutis Ciſmontana familia'. The notes are small and densely packed, providing commentary or references to the main text.

exceptis, qui in Statutis pro Reformatis jam factis de- clarantur.

Provincia Recolleta Gallia habent suam locum Definitorem generalem. Cetera remittuntur ad Statuta Segovien- sium.

Eodem jure, ac privilegio gaudeant Recolletorum Provincia in Gallia existentes, quo dum alia ejusdem Nationis familiae, ut videlicet suo ordine, & tempore successivo Definitorem habeant generalem.

Patres hae Statuta fieri debuerunt, quia quaecumque alia ad bonum publicum necessaria, in Statutis Segovien- sibus auctoritate totius Congregationis ibidem conse- cratis cumulatim reperientur.

Pro Indis.

Ne Ministri provincie, in- diani episcopi, aut missarii ad Capitulum generale, quando Commissarii provinciarum in visitatione Provinciarum, de omnibus an- ti- Guaritanis, aliquid.

Aveant ex Indianis Provinciis Ministri provincia- les, ne ad Capitulum Generale vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant: solis Custodibus veniendi facultas conceditur.

Indiarum Commissarii Generales ipsimet Provincias omnes visitent, impediti necessitate urgenti, ex vicinio- ribus Provinciis, non autem remotis, Visitatores assumere teneantur.

Nulli liceat Commissario generali, vel etiam Visita- tori ante Ministri provincialis electionem, neque ea peracta, aliquem voce activa, & passiva privare, seu alia graviore afficere poena, nisi confecto processu, & praeceden- te rei auditione in sui defensionem. Qui secus fecerit, suo privetur officio.

De exco- muni- catione in Pro- vincia.

Visitatores peracto Provinciali Capitulo, in Provincia visitata, ultra viginti dies non remaneant, quibus elapsis, omnino auctoritate careant.

De elec- tionibus.

Tam Commissarius generalis, seu Visitator ab Elec- toribus subscriptionem petens, hunc, vel illum eligendi, quam ipsi scribentes, privationi actuum legitimorum ipso facto incurrere subjacent.

De jurame- to prestato ab electoribus.

Electores in Provinciali Capitulo congregati, ante- quam ad electionem Ministri, Definitorem, Custodem, & Guardianorum procedant, nominatim juramentum praestent coram Vener. Crucifixi imagine, se cum electuros, quem in conscientia, & omnibus aequa lance libris, di- gnorem judicabunt, ita jubente Clementis VIII. sanctio- ne a S.D.N. Urbano VIII. renovata.

Pro Belgis.

De Statu- tibus Pro- vinciae Bel- gicae.

Permittit Capitulum Generale Provinciis Belgicis, & Pannexis, in iis tantum quae Sacris Canonibus, Tri- dentini Concilii decretis, & constitutionibus Apostolicis non adversantur, juxta Statuta Barchinonensia nuper Segoviae recognita, & auctoritate Reverendiss. Patris Mi- nistri generalis eisdem accommodata, deinceps vivere, sua Statuta provincialia servare, reformationis modos a Visitatoribus Apostolicis introductos retinere, ita ut ne- que praesentes, neque futurae constitutiones aliae praedi- ctarum provinciarum Patres, ac Fratres ullo modo obli- gent, nisi ex parte illa, qua dictis Statutis conformes erunt, vel primo in Capitulo provinciali, seu Congrega- tione lectae & promulgatae fuerint.

De Commis- sariis Nationis pro- vinciae Bel- gicae.

Commissarius Nationalis in dictis Provinciis nemo esse, aut institui possit, nisi qui antea aut Definitor, aut jubiliatus Lector, aut majori officio functus fuerit, & per se ipsum Provincias visitare valeat. Dispensatio in Statutis provincialibus sine Definitorii assensu omnino ei interdicitur, sicut & causarum commissio in instantia prima, quae penes Praelatos ordinarios esse, & remanere debet.

Procurator & Commissarius in Rom. Cur. suo officio functi praesentibus omni- bus Patribus Ultramontanis famulantes ipsi PP. Minis- tri provinciarum huiusmodi officio non fuerint. Quae Prae- latorum Ord. approbat, & sup- plementum de- fectuum.

Receptionem Novitiorum, necnon Fratrum incorpo- rationem non esse sui juris, noverit. Capitulis provincia- libus ipsimet praesideat.

Instante Definitorio totius Capituli generalis, statuitur ad evitanda dubia, ut Procuratores, & Commissarii Ro- manae Curiae officio sancti (etiamsi Ministri provincia- les alii non fuerint) intra suam Provinciam, & extra omnes alios praecedant, licet Ministri provinciales, aut Definitores generales non extiterint.

Nos inviolabilis Statutorum hujusmodi observa- tioni, perpetuaeque firmitati, quantum Nobis ex alio conceditur, opportunè providere, ipsamque Procura- torem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volen-

tes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe- ctum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationi- bus ejusdem Procuratoris totius Ordinis hujusmodi no- mine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Sta- tuta praesentia hujusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illis- que inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes eadem statuta in praedicto Ordine ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter perpetuo observari & adimpleri debere, irritumque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinatio- nibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pis- catoris, die 20. Novembris 1625. Pontificatus nostri an- no tertio.

Sequitur confirmatio Statutorum Barchinonensium pro Ultramontana familia, novissime Segobia re- cognitorum, & approbatorum, dum tamen Sa- cris Canonibus, Concilio Tridentino, constitutioni- bus Apostolicis, ac Regularibus ipsius Ordinis in- scriptis non adversentur.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. 1625. Ad perpetuam rei memoriam.

Njuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militan- tium prospero statui, felicique directioni invigilantes, his quae propterea providè facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant, libenter cum a Nobis petitur, Apostolicae nostrae confirmationis munimine roboremus, prout conspiciamus in Domino salu- briter expedire.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Congregatione generali ipsius Ordinis in illius domo regu- lari Segobienae novissime celebrata, Statuta generalia pro Fratribus ejusdem Ordinis Ultramontanae familiae alia in civitate Barchinonensi edita, recognita, & ap- probata fuerint.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Procurator praedictus plurimum cupiat Statuta hujus- modi pro firmiori illorum validitate, & subsistentia Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio commu- niri, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut de- super opportunè providere de benignitate Apostolica di- gnaremur.

Nos igitur Procuratorem praedictum speciali- bus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui- bus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesen- tium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationi- bus inclinatis, Statuta praedicta sic ut praesertur recogni- ta, & approbata, quatenus tamen licita sunt, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & constitutionibus Apostolicis, regularibusque ipsius Or- dinis institutis non adversentur, Apostolica auctorita- te tenore praesentium perpetuo approbamus, & con- firmamus.

Observantia praedictorum Statutorum decretis.

Contrariis tollis.

Dat. P. An. die 20. Nov.

Procurator.

In Congreg. gen. Segobia celebrata, Statuta provin- cialia pro Fratribus Ultramontanis aliter in Civitate Barchinonensi edita, recognita, & appro- bata fuerint. Et ea modi- perunt ab ip- sius confir- matione.

Qui appro- batus confirmatus deservit.

firmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro- bus adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interven- rint, supplemus.

§.4. Decernentes eadem Statuta, ac præsentis literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suolque ple- narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac à Fratri- bus familiæ prædictæ, nunc, & pro tempore existentibus, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari debere, necnon irritum & inane, si super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus constitutionibus & ordinatio- nibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultiis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quo- modolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui- bus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præ- sentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contra- riis quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1625. Pontificatus nostri anno tertio.

Sequuntur Ordinationes facta in generali Congre- gatione de observantia Regula.

PRImò declarat generalis Congregatio, nullam dif- pensationem contra præcepta nostræ Regule esse ad- mittendam, sed omnes & singulos Fratres teneri ad Re- gule observantiam secundum suam puritatem, juxta de- clarationes Nicolai III. & Clementis V. sicut in multis aliis generalibus constitutionibus declaratum est: Cum omnia privilegia, seu concessionis, cujuscumque condi- tionis existant, vel quomodolibet impetrata, vel concessa per Brevia Apostolica, per indulta, per vivæ vocis Ora- cula, contra Regule puritatem, si quæ forent, penitus abrogata fuerint per Breve Sanctiss. D. N. Urbani VIII. Qui verò contrafecerint, tanquam Regule transgresso- res severe puniantur.

Et quoniam in quibusdam Ecclesiis tam magnus nu- merus Missarum celebrandarum ex variis defunctorum legatis impostus reperitur, ut illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, & consequen- ter nec aliis, pro quibus elemosynæ in dies offeruntur, idcirco ne detur occasio Fratribus eorum conscientias onerandi, determinatum est, ut Superiores locorum illo- rum, ac etiam Provinciales declarare, & protestari de- beant coram iis, ad quos spectat, se nolle amplius legata perpetua ipsi à testatoribus relicta exigere, & de facto amplius non exigant, immò ea, quantum in ipsis est, eo modo quo possunt resignent, & respuant. Ac in illis Con- ventibus is numerus Fratrum collocetur, qui ex elemo- synis quotidianis honestè sustentari potest. Si quæ verò legata quoad capitale fuerint extincta, remanente apud Fratres obligatione celebrandi Missas in perpetuum, fiat recursus ad summum Pontificem, ut ipse pro sua beni- gnitate super hoc de opportuno remedio provideat.

Capitæ, vel Trunci ad recipiendas elemosynas pecu- niarias etiam pro Missis oblatas, non solum ab Ecclesia, sed etiam à Sacristia, & à quacumque parte, quæ sit intra clausuram Conventus, omninò prohibentur sub pœna inobedientiæ, & excommunicationis majoris, oblatæ autem elemosynæ pro Missis nullo modo intra clausuram Conventus, aut intra Ecclesiam, vel Sacristiam ab aliquo recipi permittantur, sed ad Syndicum Apostolicum of- ferens remittatur. Quod si id grave illi fuerit, & voluerit Tertiario, vel Servitori Conventus, tanquam Syndici substituto illam tradere, ut ad Syndicum ipsum ejus no- mine deferatur, id fieri poterit, ea tamen lege, ut intra clausura Conventus, aut Ecclesiæ, nec Tertiarius, nec ser- vus illam recipiat, & Guardianus qui contrarium permi- serit, privetur officio suo.

Circa apostatas, aliosque delinquentes observetur omninò Breve sel. rec. Sanctiss. D. N. Pauli V. contra Supe- riores nostri Ordinis promulgatum, quod incipit, Ad- Bullar. Mag. Tom. IV.

monemur, in quo ordinatur, ut ad instantiam persona- rum quarumcumque extra Ordinem constitutarum nullo modo remittantur pœnæ eis impostæ.

Ad evitandas evagationes Fratrum, & alia gravia in- convenientia, præcipitur ut Sacerdotes nostri Ordinis nullo modo mittantur extra Conventum ad Missas in aliorum Ecclesiis celebrandas, sed unusquisque in pro- pria teneatur Ecclesia celebrare. Guardianus autem, qui contrafecerit, vel id permiserit, per mensem suo suspen- datur officio pro prima vice, pro secunda autem gravius puniatur Superioris arbitratu.

Cum Parochiarum curam habere in illis Civitatibus, & locis, in quibus Christiana Religio propagata est, & in quibus copia Sacerdotum secularium adest, maximum detrimentum afferat nostræ professioni, & Regule ob- servantiæ, determinat Generalis Congregatio, ut in præ- fatis locis omninò relinquatur, & si aliquæ sint, quæ de mandato Sedis Apostolicæ detineantur, ad ipsam Sedem Apostolicam fiat recursus, ut super hoc opportunè pro- videat, Fratrumque conscientia consulat.

Commissarius in Regnum Poloniæ mittendus ad Pro- vincias illas visitandas, in unaquaque illarum Provincia- rum Patres Definitorii, & alios Patres principales con- greget, atque simul cum eis de negotio divisionis illa- rum Provinciarum discurrat, illudque exactè discutiatur, & quicquid circa hoc de communi consensu, paceque con- servanda determinatum fuerit esse melius, Reverendissi- mo Patri Superiori Generali significet, ut ipse pro sua prudentia, & zelo, quicquid opportunum fuerit ad se- dandam controversiam circa hoc exortam decernat, & statuatur, etiam Sedem Apostolicam consulendo, si opus fuerit. Quidquid verò ab ipso statutum fuerit, in illis Provinciis executioni mandetur.

Declaratur, duas Custodias Reformatorum Poloniæ fuisse benè institutas: easque & ad idem institutum ser- vandum teneri, & eisdem privilegiis, & prærogativis gaudere, quas servant, & quibus gaudent Custodiæ Re- formatorum Italiæ, & præsertim quod votum habeant in Capitalibus provincialibus illarum Provinciarum, quibus sunt annexæ. Insuper declarat totum Definitorium, Re- formam seu Custodiam Austriæ, veram esse Custodiam, ad formam aliarum Reformationum Italiæ institutam, eisdemque privilegiis, & gratiis, quibus cæteræ Italiæ Cu- stodiæ gaudent, potiri, & gaudere debere. Idem dicimus etiam de Conventu Pragensi, Provincia Boëmiæ, & Tyr- naviensis, Provincia S. Mariæ Hungariæ Reformati, jam assignatis, & traditis, &c.

Monasterium Monialium clausurarum majoris Glogoviz Provincie Boëmiæ, supposita ipsarum inobediencia, & contumacia, omninò relinquatur, & resignetur loci Ordinarario, itaut imposterum nulli Provincialium successivè futurorum, aut aliorum quorumcumque Fratrum liceat in contrarium aliquid attentare, sub pœna privationis Actuum legitimorum contrafacientibus.

Conventus Glivicensis, olim ad Provinciam Boëmiæ Fratres spectans, ac deinde Reformati Provincie Polo- niæ assignatus, declaratur incorporatus Reformationi Provincie Poloniæ, præcipiturque ut imposterum non liceat Provinciali Boëmiæ, vel alteri Patri ejusdem Provincie aliquid in contrarium attentare, sub pœna privationis of- ficio, & Actuum legitimorum iis qui contrafecerint.

Ad confusiones, & varietates Statutorum Reformatos concernentium tollendas, & ad certam insuper, stabilem- que inter ipsos Constitutionum observationem præfi- gendam, statuendamque, consultò statuitur, strictius- que præcipitur, sub pœnis in eisdem Constitutionibus taxatis, & irremissibiliter infligendis, ut imposterum Fratres reformati iis dumtaxat statutis generalibus utan- tur, ac ea inviolabiliter observent, quæ pro bono, ac stri- ctiori ipsorum vivendi modo in præfenti Congregatione generali, etiam ipsis reformati assentientibus, & acce- ptantibus, maturè decreta, & sancita fuere, quæve quo- libet bimestri legere teneantur tempore communis refe- ctionis.

Sacra Congregatio à Sanctiss. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familie con- sultationibus præposita, volens, quantum potest

De Fratribus ad Missas in aliis Ecclesiis celebrandas non mittendis.

De parochia- rum cura.

De Commissario Regni Poloniæ.

De Custodiis Reformatiæ Poloniæ, Austriæ, & aliis.

De Monasterio Monialium majoris Glogoviz.

De Conventu Glivicensi.

De Statutis Fratrum Reformatorum.

Quod Fratres familia Cismontana Novitii ad locum de Castro admittere possint.

quomodo

inter

P. An. 18. Dec.

abferunt Regula se- cundum de- clarationes in notis in 149.

De observan- tiis in co- nventibus.

De elemosy- nis pecuniariis pro Missis celebrandis in conventibus recipiendis.

De apostatis.

in Domino, ipsorum postulo satisfacere circa Novitios ad habitum, & professionem admittendos, Sanctitate Sua approbante censuit, tunc demum esse illis permittendum ut Novitios, ut supra recipiant, cum constiterit ex ipsorum Conventibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regule S. Francisci Observantiam adversantur. Quod ubi praestiterint designanda erunt loca pro iisdem Novitiis recipiendis, & praescribendus recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia, & prout unaquaque Provincia id exequatur, eidem receptionem huiusmodi fore permittendam.

Abusus vero quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infra scripti.

De bonis immobilibus, & sibi perpetuis, & legatis annuis abdicandis.

Ad primum abdicent à se, & eorum Conventibus, non solum pistrina, ac bona omnia immobilia, quae alicubi contra Regule puritatem, & declarationes sel. rec. Nicolai III. & Clementis VIII. extra, vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio praecipit observari Decretum Congregationis generalis Romae habitate die 17. Maii 1603. Cujus tenor talis est.

Um annuos redditus, sicut vetera bona immobilia Nobis habere non liceat, ideo renovantes alia generalia Statuta, decernimus quod nullus Frater, inducat personam aliquam ad elemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam à quopiam vivente suscipiat, & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes, quod ad perpetua legata petenda non possunt Fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum elemosynae, absque allegatione alicujus debiti. Decernitur praeterea, ac praecipitur per sanctam Obedientiam, quod quoties relinquatur contingat aliqua legata perpetua alicuius personis, & hospitalibus, vel alicui Republicae, & aliis domibus, ea lego, quod teneantur Fratribus prestare singulis annis certam elemosynam, sive omnino gratis, sive ut ipsi Fratres dicant certa Officia, & Missas, quod Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod ad illas elemosynas nullum jus habent ex vi legati, nec possunt obligari ad illa Officia, & Missas. Si tamen facta ista protestatione, haeres ex sua libera voluntate voluerit dare elemosynas illas, & committere Fratribus dicta Officia, & Missas, tunc Fratres tuta conscientia possunt elemosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multo fortius in relictis legatis singularibus Fratribus, simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis Fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti huius Conventus N. dicimus, ad nostram notitiam pervenisse, quondam N. certam elemosynam quantitatem Conventui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsan pro aliquibus Officiis, & Missis dicendis legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis elemosynae acceptare ex instituto sancto nostro, & jure nobis non liceat, ideo per praesentes liberè protestamur in Domino, quod legatum praedictum tanquam illius incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen haeres, Commissarius, aut Legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viam simplicis elemosynae, omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & pro testatoris voluntate, quantum in nobis fuerit, plenè, ac fideliter satisfaciemus. Haec autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conventus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere, & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis, hanc constitutionem fuisse ad plenum adimpletam. Est autem haec protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura, hanc disputans quaestionem, & ex Apostolicis declarationibus Regulae nostrae colligitur. Et ut omnibus sit compertum id quod tanopere est nobis necessarium, ipsam D. Bonaventurae quaestionem ex suo Apologetico de-

sumptam, hic apponere de industria non gravabimur, quae talis est, ut sequitur.

Um asseratis, vos secundum Regulam, & professionem vestram nullos debere recipere proventus reddituum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulae vestrae in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis, eodem enim modo, si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & mansus, & similia quaeque recipere, imò Grangias, & Villas, & Castra, & Terras, & Oppida, & quaecumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanescent, & non eritis Discipuli S. Francisci, cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis. De domibus enim nobis contiguas potest esse excusabile, quod pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiatis, sed de aliis non ita, in quibus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra.

Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licite agere possimus adverte, & tunc non judicabis nos (si sane intelligis) transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere. Quia vero mendici sumus, & pauperes, ea quibus pro praesenti necessitate indigemus, ideo recipimus, prout licet, sive pro solvendis debitis, vel necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostrae mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam, ut nostram, sed si ille eam disponit, per alium quemcumque, ut ea vendita, de pretio ejus provideatur nobis ex parte sui, in his quibus tunc indigemus procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timeat ne forte ejus talis dispositio per haereditate suos, vel alios imposteriorum impediatur, & propter hoc preoccupat roborare illam sigillo alicujus Judicis, vel civium, vel alterius, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum, qui conservat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult: nec locum talem vel domum dicimus esse nostram, cum nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de proventus illis, vel illis darentur Fratribus tot panes quotidie, vel tantum elemosynae singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc praedicti, vel reddituum possessores, nam si ne petente elemosynam, aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat officibus suis, ut vice sui ista dent, etiam eo absente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus, cum non ex jure, sed ex gratia solum talem elemosynam recipiamus, vel exigamus. Et si post obitum illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis elemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod quodcumque nollent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurremus ad domum clementis Domini pro quotidiana elemosyna, quandiu illi placeret, sed quando plus nollent discedimus vacui gratias agentes de dato, non murmurantes de negato. Haec est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex jure.

De censibus vero domorum Fratribus legatarum nihil quaerimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem antequam vendantur aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illae domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed elemosynam nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliunde donatam. Quia vero Dominus docet, nos cavere ab hominibus, Matth. 10. & Apostolus, ab omni specie mala abstinere, 1. Thim. 5. ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulae

Regula nostrae, debemus aperte protestari, nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus possit ista suspicio probabilis judicari. Hæc omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperitur habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus quod in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in constitutionibus super Cap. 6. Reg. & §. Inhibemus. Quod nimirum huiusmodi redditus assignetur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales elemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesie Romanæ, vel donantium, sine Fratibus exigant, & recipiant, & Fratibus, sive aliis Sacerdotibus, quando Fratres noluerint tales Missas, vel suffragia, juxta piam intentionem benefactorum, in toto, vel in parte, secundum quantitatem talium obventionum, dicere faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant à Fratibus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium & proprietas alicujus Capellæ, sive Sepulture, cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto: nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in quo oporteat satisfacere devotæ fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ Regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum Institutum, Regulæ nostræ transgressores judicemur: cujus Seraphici Doctoris sententiam hic inferendam judicavimus, quatenus è medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scyllam inciderunt, in favorem Ordinariorum, vel alicujus tertii, vel hæredis renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & domini donare, sicuti accipere, & summa dementia alienum renuntiare.

De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarius generalis unâ cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacrificii Fabricæ Ecclesie, & Conventuum provideat, pro ut illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimùm sacram hanc Congregationem fideliter certiorum faciat. Hanc verò honorum abdicationem, & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debet huic S. Congregationi ex Generalis, vel Commissarii generalis, & Ordinariorum attestationibus gratis, & absque ullo Fratrum dispendio concedendis.

Deinde à Fratibus particularibus auferatur cujuscumque rei proprietas, si qua sit, & omnia in communi redigantur ad Regulæ, sacrorum Canonum, Apostolicarum constitutionum, & sac. Conc. Trid. dispositionem. Potissimum verò tollantur pecuniæ, & quamprimùm insuntantur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates, idque fiat à Syndicis Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniæ mediatur, vel immediatè super sit in manibus, vel potestate Fratrum etiam Superiorum.

Ad hæc tollantur abusus Aromatariarum, ita ut de cætero illæ non retineantur, nisi ad usum Monasteriorum duntaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacrificiis, aut alibi cippos, aut truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec capulas pro elemosynis Missarum.

Ac demùm Superiores Regulares invigilent, ut Fratres communi mensa utantur, Divina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, ac cætera impliant, ad quæ pro Regulæ observatione tenentur.

Hæc autem superius expressa, fuisse ad effectum perducta constare debet eidem Sacræ Congregationi ex attestationibus, medio juramento Generalis, aut Visitatorum, prævia diligenti informatione capta in Visitacione

Bullar. Mag. Tom. 1 V.

singulorum Conventuum cujusque Provinciae. Romæ 14. Junii 1628.

F. A. Card. S. Honuphril. P. Fagnanus Sec. Lecta, & publicata fuere præfata Decreta die 15. Junii 1628. in Congregatione generali Fratrum Minorum de Observantia in præsentia Illustriss. & Reverendiss. Card. Gipsii, Præsentis ejusdem Congregationis.

Subsequuntur Decreta Sacra Congregationis à Sanctiss. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismondana familia consultationibus præposita.

In primis statutum est, ut Fratres de familia liberè ad Reformationem transire valeant in quocumque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregat. cum hoc tamen ut à Conventu, in quo de familia manent, recedere nequeant, nisi prius habita obedientia à Custode, vel alio Superiore Reformatorem, qui eam nullatenus denegare possit. Et in casu, quo eam denegaverit, fiat recursus ad Superiorem Generalem, qui teneatur Fratres pro hac re ad ipsum recurrentes ad Reformationem recipere, necnon & Superiores dictam licentiam negantes pœna sibi arbitraria punire, nisi sibi constiterit reformari volentes id facere, ut judicium, vel pœnas sibi adjunctas subterfugiant, aut esse omnino ad reformationem inhabiles.

Secundò: Ut qui ad Reformationem transierit, annum unum à die suæ receptionis computandum, ad deliberandum habeat, an in illo statu velit remanere: quo anno expleto, Superior Reformatorem, Custos videlicet, vel Provincialis, ad Conventum in quo dictus Frater de familia commoratur, se transferat, ibique simplicem informationem à Guardiano, vel alio Superiore locali, à Discretis Conventus, & ab aliquo Patre principali, vel antiquiori, qui ibi reperitur, fideliter capiat de vita, & moribus supradicti Fratris, & si cognoverit eum benè vixisse, ac statui, & professioni Reformatorem se conformasse, ipsum ad reformationem incorporatum declaret, & huiusmodi incorporationem in libro Custodiæ diligenter notet.

Quod si id per se ipsum personaliter facere nequeat, alium substituat, qui id exequatur, dummodò non sit de familia illius Conventus in quo Frater in reformatione incorporandus reperitur.

Quo autem ad faciendam assignationem aliquorum Conventuum Observantium de familia Fratibus Reformati, in singulis casibus recurratur ad Sac. Congregationem, quæ habita ratione numeri Fratrum ad reformationem transeuntium, & omnibus accuratè perpensis, deliberabit prout in Domino expedire arbitrabitur.

Tertio: Determinatum est, ut de cætero Novitii inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregationes Capitulares, non obstante sanctæ memoriæ Clementis VIII. hac de re edito, aliàs receptiones, & professiones inde secutæ, nullæ sint, & invalidæ.

Quarto: Determinatum est, ut Minister provincialis eligi possit ex familia, vel ex reformatione, juxta antiquam consuetudinem Religionis, & juxta constitutiones sanctæ memoriæ Clementis VIII. & Pauli V. & quando Minister provincialis eligetur ex Fratibus Reformati, tunc ad tollendas discordias, & lites, Custos reformationis non obligatur, sed ipsemet Minister ipsam reformationem regat, & moderetur. Cæterùm, ut necessitatibus dictæ reformationis opportunius provideatur, dictus P. Minister, statim ac fuerit electus, teneatur unum ex iis, qui aliàs Custodes fuerunt, vel ex Discretis Custodialibus actualibus Commissarium instituere, cui suam auctoritatem tribuat ad dictam reformationem visitandam, quandocumque ipse per se id facere non poterit, necnon & ad capiendas informationes in casibus occurrentibus: Quibus captis, teneatur de omnibus certiorum facere dictum Provinciale, ut ipse, quod opportunum sibi videbitur, determinare, ac ordinare valeat. In casu autem, quo dictus Commissarius non rectè functus fuerit officio suo, tunc Provincialis per se solum possit ipsum ab officio removerè, & alium ut supra de novo instituere.

dominio
infirmitas
publica,
alio modo
tribus
ulterior
regas non
servando
prescriptis

probitate
Fratrum
regulari
tenda.

abusu
monasteriorum
tenda.

Trunci pro
elemosynis
habentur.

De Regula
servanda.

quod prædi-
ca Decreta
miscantur,
missis sacra
Congreg.

De monachis
Fratrum de
familia ad
Reformatos.

De Novitiis
inter Refor-
matos reci-
piendis.

De Ministro
Provinciali
eligendo.

Insuper determinatum est, ut quodcumque Minister provincialis fuerit reformatus, tunc Custos mittendus ad Comitium generalia eligatur ex Patribus de Familia, & viceversa quando Provincialis fuerit ex Fratribus de Familia, tunc Custos supradictus sit reformatus, ut utraque pars unum vocalem habeat in dictis Comitibus generalibus.

Ulterius determinatum est, ut nominetur à Generali Procurator in Curia Patrum Reformatorum. Romæ die 14. Junii 1628.

F. A. Card. S. Honuphrii.

P. Fagnanus Sec.

Publicatio Decretorum in Gener. Congreg. Fratrum

Acta, & publicata subre præfata Decreta die 15. Junii 1628. in Congregatione generalis Fratrum Minorum de Observantia, in præsentia Illustriss. & Reverendiss. Card. Gipsii Præsidentis ejusdem Congregationis.

aut concessionibus hujusmodi renovandis, sive prorogandis.

De alienandis vero bonis Ecclesie, vel ultra triennium locandis, generales extant nonnulla Pontificia prohibitiones per nos indicata in prima cons. Leonis I. & cons. 5. Pauli II. Ambitionæ, tom. 1. ubi notavi.

De alienandis autem, & infeudandis Terris S.R.E. specialis extat prohibitio 3. Pii V. Admonit, tom. 2. ubi pariter notavi.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Humana salutis Auctor Christus Dominus Romanam Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prerogativa decoravit, quam voluit inferioribus etiam Ecclesiis aliqua ex parte communicari, ut filiarum decor matris auget in Summis Pontificibus majestatem, quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam eorum providentiam necesse est pertinere.

§. 1. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiarum Prælati, ut strenuos, ac præstantes virtute viros haberent, qui debitum sibi, & Ecclesiis suis impenderent familiarum, temporales ditiones ad easdem Ecclesias pertinentes, eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserint: tempore vero procedente dilabentibus in deterius bonis institutis, factum est ut nonnulli Ecclesiarum Præsules humanis potius affectibus, quam meritorum intuitu moti, ditiones temporales hujusmodi variis personis, & Universitatibus in feudum, vel emphyteusim dare, vel ultra triennium locare, & rursus occurrente earum ditionum temporalium devolutione, ad novam infeudationem, seu investituram, vel locationem ultra triennium, sub specie quod illæ in feudum, vel emphyteusim dari, vel ut præfertur locari sint solite, seu alias causas præcedentes, devante consueverunt, quod in non modicum Ecclesiarum ipsarum damnum, & præjudicium tendere usu compertum est.

§. 2. Nos itaque nostri muneris partes adimplendo, præmissis obviam ire, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum quorumcumque indemnitati, ac jurium eis quomodolibet competentium conservationi, quantum Nobis ex alto conceditur, provide-re volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua vultura constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, etiam Generalibus, cæterisque Ecclesiarum, & locorum piorum utriusque sexus Præsulibus, Prælatibus, Præsentibus, Rectoribus, Præceptoribus, Commendatariis, & Administratoribus, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & præminentie existant, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, necnon Capitulis, etiam Generalibus, & Provincialibus, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, etiam laicorum, & quibuscumque aliis Superioribus cujusvis Ordinis, Societatis, vel Instituti, etiam de necessitate exprimendi, aut Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, in universa Italia, etiam in quorumvis Principum secularium quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regia, Imperiali, vel quavis alia dignitate, honore, vel excellentia præstantium ditione temporali existentibus, si Pontificali vel Abbatiali emineant dignitate, sub interdicti ingressus Ecclesie, ac si per sex menses immediatè subsequentes sub interdicto hujusmodi permanerint, lapsis mensibus eisdem, sub regiminis, & administrationis Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus præsentibus, in spiritualibus, & temporalibus suspensionis; Capitulis vero, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, & Universitatibus prædictis, sub interdicti à divinis, eorumque singularibus personis, ac inferioribus Prælatibus, Commendatariis, & aliis præfatis, sub

L. Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ sub-jecto, libros ab eis ubicumque compositos de quacumque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Urbe, & extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris loci licentia deferant, aut imprimendos transmittant.

Generalem circa libros imprimendos prohibitionem habet sup. in cons. 12. Leon. X. tom. 1.

Feria 3. die 18. Septembris 1625.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram S. D. N. D. Urbano divina providentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. pro debito sui pastoralis officii Scorrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè sub-jecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque ulla Ordiniorum, & Inquisitorum loci, ubi degunt, approbatione imprimendos transmittunt, statuit, & decrevit, ut in posterum nemo in Statu prædicto degens, cujusvis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & ubicumque compositos audeat aliud deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reverendissimi D. Card. S. D. N. Vicarii, & Magistri Sacri Palatii, si in Urbe, si vero extra Urbem existat, sine Ordinarii & Inquisitoris loci illius, sive ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda.

§. 1. Libros autem quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias penas arbitrio Sui Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione ex nunc prohibet, & præ expressè prohibitis haberi vult, & mandat. Contrariis quibuscumque non obstantibus, &c.

Jo. Antonius Thomas S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octava, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, die vero 3. mensis Octobris, supradicta licentia Apostolica, sive Decretum assensum, & publicatum fuit in aua Campi Flora, & aliis locis solitis Urbis, per nos Brandimartem Laurentium prælatum Sanctiss. D. N. Papa, & S. Romanæ Inquisitionis Cur.

L. I. De bonis jurisdictionalibus ad Ecclesias & loca pia spectantibus, in feudum, vel emphyteusim non dandis, neque ultra triennium locandis,

excommunicationis latae sententiae, ac omnium dignita-
 tum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, de
 quorum rebus, & bonis contra praesentis constitutionis
 tenorem eos disponere contigerit, vocisque activa, &
 passiva privationis, & perpetuae inhabilitatis ad illa, seu
 quaelibet alia imposterum obtinenda, ipso facto, etiam
 absque iudicis ministerio, vel sententia incurrendis pen-
 nis, ne de cetero Civitates, Terrae, Castra, Oppida, Villas,
 Arces, Fortalitia, Munitiones, Territoria, Districtus, Ju-
 risdictiones, aut quaevis alia loca, vel bona jurisdictiona-
 lia, seu quaevis modo jurisdictionem temporalem, etiam
 cum alio, vel aliis, conjunctim, seu divisim, aut aliis quo-
 modolibet annexam habentia, aut eorum, seu jurisdic-
 tionis partem, etiam minimam, ad Patriarchales, Primatiales,
 Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, Mona-
 steria, Collegia, vel loca pia supradicta nunc, & pro
 tempore quovis modo spectantia, & pertinentia, tam
 quae ad praesens per Ecclesias, Monasteria, & loca hujus-
 modi pleno jure possidentur, quam ea quae in feudum,
 vel emphyteusim concessa, vel ultra triennium locata per
 quoscunque quomodolibet, & sub quibusvis praetexti-
 bus occupata, seu usurpata reperiuntur, aut ad Eccle-
 sias, Monasteria, & loca praedicta, jam de praesenti for-
 san de jure, vel de facto reversa, seu devoluta sunt, etiam si
 Ecclesiis, Monasteriis, locisque pijs hujusmodi adhuc in-
 corporata, & de eorum mensa effecta non sint, aut quan-
 documque perpetuis futuris temporibus per lineam fi-
 nitam, canonem non solum, delictum perpetratum,
 vel alio quocumque modo revertentur, seu devolventur
 in futurum, etiam si ex antiqua, seu immemorabili con-
 suetudine, aut etiam privilegio Apostolico, quacum-
 que ob causam concessio, & iteratis vicibus approbato,
 in feudum, vel emphyteusim concedi, vel ultra trien-
 nium locari, aut finita concessione, vel locatione hujus-
 modi, feuda, investiturae, vel aliae concessionis renovari
 consueverint, quibusvis personis, quavis ecclesiastica, seu
 mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac specia-
 li nota dignis, Capitulis, Collegiis, Ecclesiis, Congrega-
 tionibus, Monasteriis, Conventibus, Hospitalibus, & qui-
 busvis Universitatibus, tam saecularibus, quam Ecclesia-
 sticis, aut quibuscumque alijs, quocumque nomine, ac
 titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feu-
 dum, vel emphyteusim concedere, aut ultra triennium lo-
 care, aut concessionem, investituram, & locationem hujus-
 modi post finitum illarum tempus, vel alijs quocumque
 renovare, prorogare, vel de novo facere, etiam ad favorem
 descendendum, haereditum, vel consanguineorum illorum,
 qui Civitates, Terras, & bona jurisdictionalia praedicta
 obtinuerint, possederint, vel occupata detinuerint, etiam
 intuitu meritorum, etiam si concessionem, & alia praemi-
 ssa in evidentem, immo evidentissimam utilitatem
 Ecclesiae, Monasterii, vel loci pii cedant, aut concessio-
 nibus, investituris, locationibus, vel illarum renovatio-
 nibus, aut prorogationibus consentire, aut aliud scri-
 pto verbo, vel alio quovis modo, per quem dictae Ci-
 vitates, Terrae, & bona jurisdictionalia hujusmodi ad
 Ecclesias, Monasteria, & loca pia praedicta, sive eorum
 Praelatos, Superiores, Rectores, seu Administratores non
 revertantur, etiam si in praedictis concessionibus, inve-
 stituris, renovationibus, prorogationibus, & alijs praemi-
 ssis nostrum, & Sedis Apostolicae beneplacitum,
 etiam cum clausula, & non alijs, aliter, nec alio modo,
 reservetur, & nihil in scriptis tantum prius obtento,
 facere audeant, vel praesumant, ultra alias poenas per ca-
 nonicas sanctiones desuper quomodolibet inflictas, di-
 stricte interdiciamus, & prohibemus.

ibis aliis
 nam nulli-
 u adjuv-

§. 3. Et insuper quascumque concessionem, investitu-
 ras, locationes, vel illarum prorogationes, & revocatio-
 nes, quas contra praesentium tenorem quocumque mo-
 do, & quovis tempore fieri contigerit, prorsus nullas, &
 effectum omnino carere debere.

retumque
 tatis ad-

§. 4. Sicque in praemissis omnibus, & singulis per
 quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam
 causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Ca-
 merae Apostolicae Thesaurarium, & Clericos, necnon
 Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eo-
 rum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi

facultate, & auctoritate, iudicari, & deserviri debent, &
 quicquid secus super his & quocumque quavis auctoritate
 scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum &
 inane decernimus, & declaramus.

Constitutio
 quocumque modo
 huius derogat.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, &
 ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore juris inser-
 tis, ac etiam in favorem quoruncumque Ecclesiarum,
 Provinciarum, Civitatum, Universitatum, Collegiorum,
 Capitulorum, & locorum piorum, eorumque persona-
 rum atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non
 Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosoly-
 mitani, necnon Congregationum, & Societatum, & cu-
 jusvis alterius Instituti, etiam necessarii, ut praefertur, &
 in individuo exprimendi, eorumque Monasteriorum, Con-
 ventuum, & domorum Regularium, necnon illorum,
 etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
 firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam
 immemorabilibus, indultis quoque, & privilegiis sub
 quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
 etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,
 efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam irritantibus
 decretis, etiam Monasterii proprio, & ex certa scientia,
 ac de Apostolica potestate plenitudine, aut alijs quo-
 modolibet concessis, & iteratis vicibus approbatis, &
 innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis,
 eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa,
 ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clau-
 sulas generales idem importantes, mentio, seu quavis
 alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma
 servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad ver-
 bum, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus
 pro expressis habentes, quoad ea quae iisdem
 praesentibus adversantur, illis alijs in suo robore per-
 mansuris, harum serie specialiter, & expressis detoga-
 mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Praelatos de
 hac consi-
 servanda ju-
 rante mandata.

§. 6. Volumus autem, quod de cetero Patriarchae, Pri-
 mates, Archiepiscopi, & Episcopi, necnon Abbates, Prae-
 sules, Praelati, alique praefati in alijs juramentis ab illis
 praestandis, de praesenti etiam constitutione servanda
 omnino jurare teneantur.

Eamque in
 Cancellaria
 describitur.

§. 7. Ipsaque constitutio in quintero Cancellariae
 Apostolicae describatur.

Et in Urbe
 publicari ju-
 bet.

§. 8. Quodque praesentes ad valvas Lateranensis &
 Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & dictae
 Cancellariae, & in acie Campi Florae publicentur, & sic
 publicatae omnes, & singulos quos concernunt, & con-
 cernent in futurum, perinde ardeant & afficiant, ac si eis,
 & eorum cuilibet personaliter intimatae forent.

Ejus quod
 transumptis
 credi detur-
 nis.

§. 9. Eorundemque transumptis, etiam impressis, manu
 alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Praelati,
 seu personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis
 in iudicio, & extra illud eadem prorsus fides adhibea-
 tur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibi-
 ta, vel ostensa.

Sanctissimum
 que paralem
 adjicit.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
 nostri interdicti, prohibitionis, decreti, declarationis, de-
 rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temera-
 rio contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit,
 indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
 Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. P. An. 9.
 die 28. Oct.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, anno Incar-
 nationis Dominicae 1625. Kalendis Novembris, Pontifi-
 catus nostri anno tertio.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi 1626. Indictione 9. Publicatio in
 die vero 27. mensis Januarii, Pontificatus Sanctissimi in Chri-
 sto Patri, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa
 VIII. anno ejus tertio, retroscripta littera Apostolica lecta, af-
 fixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Ioan-
 nis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariae
 Apostolicae, & in acie Campi Florae, dimissis ibidem presen-
 tibus litteris per aliquantulum temporis spatium, ut moris est,
 affixis, & deinde amotis per nos Pompeium Girancortes, &
 Brandimarum Lacinum, praebatos Sanctissimi, D. Papa Curiores,
 &c.

Octavianus Spada Mag. Curs.

Registratio Cancellar. d. Retroscripta littere Apostolicæ registratæ fuerunt in quinquagesimo Cancellariæ Apostolicæ anno Incarnationis Dominicæ 1625. die verd quarta mensis Februarii, Pontificatus Sanctiss. D.N. Urbani divina providentia Papæ Octavi anno tertio.
 Marcus Antonius Ascensius, Cancellariæ Apostolicæ Procurator.

que ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1625. Pont. nostri anno 3.

LII. Indultum, quod Fratres Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Officium, & Missam de Comuni Confessoris non Pontificis recitare possint de S. Raymundo d. Ordinis dum vixit professore, & Procuratore generali, ac S. R. E. Cardinale, in die suæ festivitatis.

De hoc Ordine vide ad const. 9. Greg. IX. Devotionis, sup. tom. 1. & ejusdem Privilegia confirmavit hic Pontifex, ut inf. in const. 94. Ex Clementi.

Edita An. D. **URBANVS PAPA VIIL.**
 1625. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. **S**alvatoris, & D. N. JESU CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices quam immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis de super pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorundem Servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, laudeturque Dominus in Sanctis suis. Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim verd sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa hujusmodi. §. 1. Sanè dilectus filius Didacus de Sancto Raymundo, Procurator generalis Ordinis fratrum Discalceatorum nuncupatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres prædicti pro eo, quem erga S. Raymundum Nonnat. ejusdem Ordinis dum vixit professorem, ac S. R. E. Cardinalem, gerunt devotionis affectu, & ad augendam Christi fidelium erga illum devotionem, Officium, & Missam de eodem S. Raymundo, ut infra recitari, & celebrari posse summopere desiderant. Nobis propterea idem Didacus totius Ordinis hujusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut de opportuna ad hoc licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum de quo in verbis. §. 2. Nos igitur piis Didaci, & Fratrum prædictorum votis in præmissis anuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laus, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, ut de eodem S. Raymundo die ejus festo Officium, & Missa de Comuni Confessoris non Pontificis, juxta Rubricas Missalis Romani ab omnibus prædicti Ordinis utriusque sexus regularibus personis tantum recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Derogatio contrariarum. §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & ceteris contrariis quibuscumque.

Consuetudinum fides. §. 4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibea-

LIII. Institutio Archivii Sacri Collegii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in Palatio Vaticano, in quo conservari debent scripturæ, & alia acta ad ipsum Collegium quomodolibet pertinentia, necnon processus super qualitatibus promovendorum ad Cathedrales Ecclesias, & Monasteria Consistorialia coram dd. Cardinalibus formati. Ac unio officii Secretariatus Congregationis Cardinalium super provisionibus consistorialibus deputatorum, Officio Clerici Itali d. Sacri Collegii Secretarii.

Tu adverte quod Greg. XV. creaverat, & instituerat Notarium ad formandum processum, privativè quoad omnes alios, coram Sancta Romana Ecclesia Cardinalibus, super qualitatibus promovendorum ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria Consistorialia, sup. in Const. 7. Consuevit. Cui postea demandavit Conservationem dictorum processuum, cum assignatione duorum ducatorum auri de Camera pro unoquoque processu, ut in Constitut. seq. Prædicta, post d. Const. Greg. Quam Constitutionem iste Pont. pro hac parte revocat.

Archivium Romanæ Curie instituit Jul. II. ut Const. 15. Sicut prudens, sup. tom. 1. videre potes. Archivia verd in toto Statu Ecclesiastico crevit Sixt. V. Const. 83. Sollicitudo, sup. tom. 2.

URBANVS EPISCOPVS, Edita An. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1625.

Exordium. Admonet nos cura Pastoralis officii, Nobis meritis licet imparibus divina dispositione commissi, ut ad ea libenter intendamus, per quæ gratiæ Apost. quæ à Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, præsertim in Consistorio secreto, de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio pro tempore emanare dignoscuntur, ut veniente casu personæ, in cujus favorem fiunt, sciant quò tendere pro illarum consecutione, sub bona, & fideli custodia perpetuò præserventur, & ut id faciliùs subsequi possit, quandoque nova loca, & officia, quæ pro gratiarum hujusmodi conservatione necessaria esse conspicimus, de novo erigimus, & instituimus, ac illorum curam viris fide, doctrina, ac morum integritate conspicuis, qui circa hoc exactam diligentiam adhiberi sperantur, committimus, & mandamus, ac aliàs desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum tunc existentes S. R. E. Cardinales, tempore videlicet Pontificatus fel. rec. Leonis Papæ X. prædecessoris nostri, officio duorum Clericorum Sacri illorum Collegii, quod per multos annos antea magno ipsius Collegii incommodo fuerat venale, communi ab eis redempto impensa, & in pristinum suum statum redactò, veteres ejusdem Collegii constitutiones nova quadam forma, & modo instaurati fecerint primò.

§. 2. Et successivè sedente piæ mem. Paulo III. etiam prædecessore nostro, cum constitutionum, ut præfertur, instauratarum partem rard observatam, partem verd antiquatam, & neglectam animadvertissent, de communi omnium consensu, ac declaratione, prædicto Paulo prædecessore id etiam approbante, ex dictis constitutionibus nonnullis rejectis, aliquibus retentis, aliisve adjunctis, ac aliqua ex parte aliis immutatis, inter alia voluerint.

Marginal notes:
 Tempore Leonis X. S. R. E. Cardinales communi impensa redemptum Clericorum Sacri illorum Collegii & Constitutiones instaurati sunt.
 Quam tempore Pauli III. in multis rederunt, ac statuerunt duo Clericos d. Collegii muniti per factum suffrag.

II. *de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros...*

de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros...

de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros... de consuetudine inter ceteros ipsius Collegii Ministros...

Hujusmodi Notario... Hic annullatur in §. 10. ac super clausulas... Novissimè... Ex his Pont. conservatoribus...

tempore spectabit, firmiter, & Inviolabiliter observari, ac modernum, & pro tempore existentem Clericum Italum, & Secretarium hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eum desuper per Odoardum, & Auditores Cardinalium hujusmodi, seu quoscumque alios quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliisque opportuna jura, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac sententias, censuras, & penas ipsas, servata forma Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 21. Non obstantibus Gregorii secundodicti literis, aliisque præmissis, ac nostra de non tollendo Jure quæsito, aliisque Cancellariæ prædictæ regulis, necnon Pii Prædecessorum prædictorum, sub Dat. videlicet Octavo Idus Augusti, Pontificatus sui Anno Sexto edita, inter alia disponente, quod omnes gratiæ qualescumque Camere prædictæ interesse concernentes, infra certum inibi expressum tempus in eadem Camera presentari, & registrari debeant, & quatenus in aliquo obstet, similis memoriæ Sixti Quinti etiam Prædecessoris, super institutione prædictæ, & aliarum quatuordecim Congregationum edita, aliisque Apostolicis, & dicti Collegii Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu hujusmodi, etiam Consistorialiter, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, & innovatis, ac in futurum concedendis, approbandis, & innovandis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, etiam pari Motu specialiter & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus, contrariis quibuscumque, aut si quibus communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 22. Volumus autem, quod eadem præsentibus literis ut omnibus innotescant, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, dimissis inibi etiam copiis, quæ perinde omnes ardeant, ac si personaliter unicuique intimatæ fuissent.

§. 23. Quodque earundem transumptis, & exemplaribus etiam impressis, ac manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, tam in iudicio, quam extra, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, cassationis, annulationis, declarationis, unionis, annexionis, incorporationis, statuti, erectionis, institutionis, inhibitionis, præcepti, decretorum, derogationis, mandatorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1625. Decimo octavo Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno 3.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1626. in die 9. die vero 30. mensis Martii, Pont. Sanctiss. in Christo Patri, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, retrospectiva litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium, ut moris est affixis, &

Adiunctis amotis per nos Camillum Fundatum, & Prædicatorum Latinorum prædicti Sanctiss. D. Papa. Curiosi, &c. Octavio Spada Mag. Conf.

Sequentes Decretum Roma in Palatio Apostolico Quirinali feria 2. die 22. Junii 1626. in Consistorio secreto editum de clavibus Erarii Sanctioris, & jusque Sereniorum, ac Portarum fidelibus posthac custodiendis.

Hoc Decretum ideo hic posui, quia versatur circa Archivium Sacri Cardinalium Collegii, prout in eo legitur. Institutionem verò hujus Erarii in Arce S. Angeli factam habes à Sixto V. in Const. 31. Ad Clavum, sup. tom. 2. ubi vide indicata.

Exquisitis, & auditis Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium sententiis, de unanimi eorum consilio pariter & assensu, quo fidelius, ac diligentius in posterum Claves Erarii Sanctioris in Arce S. Angeli à fel. rec. Sixto V. instituti custodirentur, Sanctiss. D. N. infrascriptas ordinationes declaravit, ac decrevit esse perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observandas, nimirum ut:

Conficiatur liber perpetuo asservandus in Archivio sacri Collegii, in quo Secretarius ejusdem fides faciat de consignatione Clavium pro tempore facta singulis Cardinalibus, aliisque jus ad ea habentibus, & horum unusquisque à se conscriptum Juramentum coram Secretario emittat, se subscribat, suumque signum apponat.

Cardinales cum transitum facturi sunt ad altiorem ordinem, promovendi, aut optare in Consistorio non possint, nisi prius de suarum Clavium consignatione Secretario facta consiterit, qui succedentibus Episcop. Presbyt. & Diacono prædicto modo tradet.

In casu absentis à Curia, quæ excedat quadraginta milliaria, Cardinales antequam ab Urbe discedant, evocent Secretarium, qui Claves acceptas statim deferat aliis in ordine succedentibus.

Decanus Camere Apostolicæ consignet Clerico succedenti coram duobus Clericis, & Secretario.

Thesaurarius tam Generalis, quam Secretus, eidem Secretario, qui teneatur subitò id Sux Sanctitati significare.

Si contingat obitus asservantium Claves, idem Secretarius instet pro recuperatione apud Hæredes, & si sint in mora, addat protestationem cum Censuris coram Notario, & testibus.

Prædictus Castri S. Angeli ultra juramentum Summo Pontifici præstari solitum pro fidei Arcis custodia, juret etiam de Erario fideliter custodiendo in manibus ejusdem Sanctissimi D. vel S. R. E. Camerarii, juxta formam Bullæ, cujus juramenti in libro fiat mentio.

Idem verò liber quotannis in prima Congregatione Generali Secretario in medium offeratur, ut penes quos prædictæ extant Claves, faciliè omnibus constare possit.

Ita est, Octavio Episc. Portuensis S. R. E. Card. Bandin. Carolus Cardinalis Madrutius.

Jo. Baptista Card. Lenius, Sac. Collegii Camerarius. Ludovicus Card. Ludovisus S. R. E. Vicecancellarius. Mauritius S. R. E. Diaconus Card. de Sabaudia. Jo. B. Laurus Secretarius.

Quod Fratres Reformati Discalceati Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniæ, in Africa, & aliis Turcarum partibus possint celebrare super Altari portatili, & antequam illucescat dies, ac etiam absolvere fideles à casibus reservatis, necnon eidem indulgentias impartiri.

LIV.

His Fratribus præter indicata supra ad const. 62. Clem. VIII. Ad militantis, tom. 3. facultatem quærendi, & recipiendi elemosinas, & alia subsidia

subsidia pro redemptione Captivorum relicta, concessit S. D. N. Urbanus VIII. in cons. 6. Ex incumbenti...

Edita A.D. 1626. URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniarum...

§. 1. Nos, ut iidem Religiosi in commisso sibi munere huiusmodi ad eorumdem Christi fidelium spiritualium fructum utilius sese exercere valeant...

§. 2. Omnesque & singulos eorumdem locorum utriusque sexus Christi fideles, ipsorum Confessionibus diligenter auditis, à quibuscumque excessibus, & delictis...

§. 3. Necnon his, qui peccata sua confessi, & de illis corde contriti fuerint, ac Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint...

§. 4. Necnon eosdem, qui dura servitute illis in partibus oppressi pro tempore fuerint, quotiescumque ab Ecclesia Romana illius thesauros referari, & generales peccatorum remissiones per Romanos Pontifices...

§. 5. Decernentes presentes literas, & in eis contenta quaecumque semper valida, firma, & efficacia existere & fore, ac dicta Congregationi, illiusque Religiosis huiusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari...

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 20. Januarii 1626. Pont. nostri anno 3.

Clausula preservanda apponit.

Dat. P. An. 3. die 20. Janu.

Inclutrum celebrandi super Altari portatili, & circa aurora.

Et absolventi fideles etiam à castibus in Bulla Cæne contentis.

Confessio, & reseritio sacre Corporis, indulgentiam totius quoque impunitatis facultatem concedit.

Circa tribulatio assequendum modum pro captivitate.

Contra extrahentes, seu permittentes, ut extrahantur libri, ac etiam manuscripta à Bibliothecis Fratrum Ord. prædicatorum.

Similem prohibitionem pro conservatione Bibliothecarum Fratrum Minorum de Observantia, Ordinis S. Francisci, fecit Sixtus V. ut in ejus Cons. 67. Cum sicut, sup. tom. 2. Cujus misigationem habes impressam in Compendio Bullarum à Flavio Cherubino, Canonico V. I. D. meo fratre, edito sub Schol. 1. prædictæ Constitutionis. Et aliam pro Bibliothecis Fratrum B. Mariae de Monte Carmelo edidit prohibitionem Clem. VIII. Cons. 42. tom. 3. Quæ ad tuenda. De Prædicatorum autem Ordine habes ad Cons. 2. Honorii III. Religiosum, tom. 1. ubi requiras.

URBANVS PAPA VIII. Edita A.D. 1626. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Lucas Castellinus Ordinis Fratrum Prædicatorum Procurator generalis Nobis exponi fecit, quod hætenus compertum fuerit, nonnullos conscientiarum suarum prodigos, Libros ex Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis furto subripuisse ac subripere, & seu extrahere, atque apud se uti proprio...

§. 1. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, & ipsarum Bibliothecarum conservatori, & mantentioni consulere volentes, supplicationibus dicti Lucæ nomine Nobis humiliter porrectis inclinati. Ne de cætero quisquam, quavis auctoritate fungens Libros, Quaternas, folia, sive impressa, sive manuscripta, Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis hætenus donata, seu assignata, & in posterum donanda, seu assignanda, ex eisdem Bibliothecis extrahere, seu ut extrahantur permittere, aut consentire, sub quovis quæsito colore, prætextu, vel ingenio audeat, seu præsumat, sub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurren. Apostolica auctoritate tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & Domorum Regularium quarumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod præsentium exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque transumpta huiusmodi in valvis dictarum Bibliothecarum, vel aliquo alio perspicuo loco, unde ab omnibus cerni possint, continuo affixa remaneant.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Martii 1626. Pont. nostri anno 3.

Declaratio, quod Sancta Elizabetha Regina dum vixit Portugalliz, Tertium Ordinem S. Francisci expressè fuerit professæ.

Ista Sancta fuit Canonizata ab istomet Pontifice, sed desuper Bulla adhuc expedita non est, prout accipi, & ideo hic non habes.

URBANVS PAPA VIII. Edita A.D. 1626. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Joannes de Sancto Bernardino Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, Nobis nuper exponi fecit,

L.V.

Causa huiusmodi.

Prohibitione præsentium.

Declaratio.

L.VI.

Edita A.D. 1626.

In hanc Proclamationem Generali Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

fecit Sanctam Elizabetham Reginam, dum vixit, Portu- gallie, quoniam Nos aliis divina aspirante gratia in San- ctorum numerum retulimus, Tertium Ordinem S. Fran- cisci expressè professam fuisse plenè consterit; prout in processu, aliisque informationibus desuper fabricatis la- tius continetur, & propterea d. Joannes, ne ulli in hoc dubitationi locus unquam esse possit; per Nos ut infra opportunè providere lummpere desideret.

§. 1. Nos eundem Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunica- tionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi sup- plicationibus inclinati, præsertim Constitutiones Apo- stolicæ auctoritate, tenore presentium perpetuè appro- bamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apost. fir- mitatis robur adjicimus, omnesque & singulos, tam ju- ris, quam facti quantumlibet substantiales defectus, si qui in illis intervenerint, supplemus.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordi- narios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiti debere, ac irritum; & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apost. auctoritate te- nore presentium perpetuè decernimus & declaramus.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus qui- buscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pis- catoris, die 22. Apr. 1626. Pont. nostri anno 3.

LVI. Confirmatio Constitutionum, seu Statutorum pro Monachorum Congregationis Cœlesti- norum Ordinis Sanctissimi P. N. Benedicti gubernio, novissimè de mandato S. D. N. emendatorum, atque editorum.

Vide qua tibi indicavit sup. ad Constit. 24. SACRO- sancti, hujusmet Pontificis Genitor meus.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctum Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem divinæ sapientiæ providentiam com- missum jugiter Nos admonet, ut inter gravissimas, mul- tiplicisque Apost. servitutis curas illam peculiari studio amplectamur, per quam Christi fideles sub suavi Religio- nis jugo virtutum Domino famulantes, sub certis, & providè ordinatis Statutis, atque Constitutionibus in sanctitate, & justitia felicioribus in dies proficiant in- crementis, ac proinde iis, quæ propterea statuta, & ordi- nata sunt, ut ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observentur, perpetuæque roboris firmitate subsistant, Apostolicæ confirmationis patrocinio communitus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè dilectus filius Abbas Generalis Monacho- rum Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti, suo, & Definitorum dictæ Congregationis nominibus Nobis nuper exponi fecit, quod pro felici, & prospero ejusdem Congregationis regimine, atque gubernio non- nullæ Constitutiones, & Statuta diversis temporibus facta, novissimè autem de mandato nostro recognita, & multis in locis ad Sac. Conc. Trid. Decretorum, & Con- stitutionum Apostolicarum præscriptum emendata atque aptata, tandem in unum volumen compilata fuerunt, te- noris subsequenti, videlicet.

Omittitur tenor istarum Constitutionum, quia sunt in libro parti- culari impresso Romæ anno 1629.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Abbas Generalis nominibus prædictis, præsertim Constitutionibus pro perpetua illarum subsistentia, & inviolabili observantia Apost. nostri muniminis firmita- tem per Nos adjici summpere desideret: Nobisque

Bullar. Mag. Tom. IV.

propterea humiliter supplicati fecerit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignate- mur.

§. 3. Nos inviolabili earundem Constitutionum ob- servationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consule- re, necnon dictum Abbatem Generalem, ac totam Con- gregationem prædictam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & illorum singulares personas à qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi sup- plicationibus inclinati, præsertim Constitutiones Apo- stolicæ auctoritate, tenore presentium perpetuè appro- bamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apost. fir- mitatis robur adjicimus, omnesque & singulos, tam ju- ris, quam facti quantumlibet substantiales defectus, si qui in illis intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes, easdem Constitutiones, necnon præsertim literas semper, & perpetuè validas, firmas, & efficaces existere, & fore.

§. 5. Necnon in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, in- violabiliter sub poenis in eisdem Constitutionibus com- minatis observari, & adimpleri debere, ac quoscumque ejusdem Superiores, & Monachos ac personas ad obser- vationem omnibus juris, & facti remediis cogi, & com- pelli posse.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina- tionibus Apostolicis, & quibusvis aliis dictæ Congrega- tionis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudini- bus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibusvis ipsius Congregationis Superioribus, Mona- chis, & personis hujusmodi, sub quibuscumque tenori- bus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet con- cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores presentibus pro plenè, & suffi- cienter expressis habentes, illis aliis in suo robore per- mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè de- rogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Generalis, vel alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præ- sentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pis- catoris, die 8. Julii 1626. Pont. nostri anno 3.

Revocat omnia, & singula privilegia, præroga- tivas, immunitates, & exemptiones quo- rumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutuum, Religiosis in Regnis Hispaniarum existentibus, tam per Apostolicam Sedem, illiusque in dd. Regnis Nuntios, quam eorum Superiores concessa, ac prohibet illa de cætero absque sua, & Apostolicæ Sedis licentia concedi.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici officii Nobis divinitus commissi sollicitudo jugiter Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ regularium perso- narum,

Quia appro- batus, & con- firmatus, & sup- plicatus, & quæcumque

Contraria prohibet.

Contraria irritabit.

Contra- riam an- fert.

Contra- riam an- fert.

Marginal notes on the left side of the page, including 'Mangebi Congr. Cœlestinorum Ord. S. P. N. Benedi- cti, etiam in Statuta, ac Constit. antea factas, novissimè de mandato S. D. N. Papa emendatas, & in unum volumen compilarunt. De pro per- petua illarum subsistentia supplicavit Pont. ut eas confirmaret.

Qui appro- batus, & con- firmatus, & sup- plicatus, & quæcumque

Contraria irritabit.

Contra- riam an- fert.

Contra- riam an- fert.

Contra- riam an- fert.

Transumptis eadem data jubet.

Dat. P. An. 3. die 8. Julii.

LVII.

Edita An. D. 1626.

Præmissum.

namque quae in hoc saeculo, diuinae nominis obsequio se-
mper fuerunt, quaeque tam, ac regularis disci-
plinae conservatiōi consilium, ut ipsa persona iuxta re-
gularia suorum Ordinum instituta tranquillitas inueni-
entibus gratum Altissimo imponere possint simulatum.

Obiudicatio
comptentis
privilegii
rogationis
immunitatis
diversorum
Ordinum Re-
ligiosi in Re-
gibus Hispa-
niarum con-
cessa, tam ad
Sede Apst.
Nuntios, quam
ab ipsorum Su-
perioribus gra-
vissimum scanda-
lum, & in-
convenientiam
oritur.

Quibus Prae-
sidiis vult
revoceat
nos praedicta
concessimus,
exemptio, et
caetero de cae-
tero non nisi
absque sua
Sede Apst.
licentia licen-
tia emendi
posse declaramus.

Ita iudicari
ab omnibus
debetur.

Contraria
revoceat.

Transcriptis
vult hanc
adhiberi.

Dat. P. An. 3
die 30. Julii.

Vide quae plene de hac Congregatione indicavi sup. ad
Comp. Greg. XV. Pastoralis. Et etiam vide sub
sequenti Decreto a Sacra Apostolica Provisionis
Congregatione edita de his Fratribus Congregatio-
nis Italiae, opportunè à nos hic pagin.

URBANUS PAPA VIII. Edict. An.
Ad perpetuam rei memoriam. 1626.

Ad ubores, et suaves fructus, quos dilecti filii Fratres
Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceati man-
cupati Congregationis Italiae in militanti Ecclesia, cujus
regimini, divina disponente clementia, praesidemus, in
die affectu, mentis nostrae aciem convertentes, quid pro-
laudabilia eorum Institutum felici directione, atque profes-
su confiteamur, diligenter prospicimus, ac desuper officii no-
stri partes propensius studiis interponimus, prout conspi-
cimus in Domino subriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus fi-
lius Basilius à Sanctissima Trinitate Vicarius generalis
Congregationis praedictae, quod Congregatio ipsa quam-
plures domos regulares per universam Italiam habet, ita
ut solus per seipsum commode eas regere, & gubernare
nequeat, proindeque earundem domorum utilitati maxi-
mè consultum iri existimet, si eadem Congregatio in
Provincias, ut infra, divideretur.

§. 2. Nos prospero, felicique diuinae Congregationis re-
gimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus,
consulere, ipsiusque Basilii specialibus favoribus, &
gratiis prosequi volentes, à quibusvis excommunicationi-
bus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sen-
tentis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-
datus existit, ad effectum praesentium dumtaxat conse-
quendum, harum serie absolventes, & absolutum fore
censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super
hoc humiliter porrectis inclinatis, Congregationem praedi-
ctam in quatuor Provincias, videlicet Romanam,
Neapolitanam, Januensem, & Siciliam, Apostolica aucto-
ritate tenore praesentium perpetuè dividimus, & separa-
mus.

§. 3. Necnon pro hac prima vice usque ad proximè
futuri Capituli generalis ejusdem Congregationis cele-
brationem tantum, & non ultra, in Romanae Victorium
ab Epiphania, in Neapolitanæ Simonem à Cruce, in Ja-
nuensis Valerianum à S. Augustino, ac in Siciliae Provin-
ciarum hujusmodi Provinciales Joannem Baptistam à
S. Francisco de Paula, Ordinis, & Congregationis hujus-
modi professores dilectos filios, sub uno ipsius Congre-
gationis Vicario generali, ac cum privilegiis, gratiis, in-
dultis, facultatibus, jurisdictione, & auctoritate solitis, &
sibi ex nunc usque ad ejusdem Capituli celebrationem ab
ipso Vicario generali, postmodum verò ab eodem Capitu-
lo generali concedendis, & declarandis, auctoritate, &
tenore praesentium creamus, constituimus, & declaramus.

§. 4. Decernentes praesentes literas validas, firmas, &
efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in
omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 5. Atque ita in praemissis per quoscumque Judices
ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apost.
Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane
si focus super his à quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congre-
gationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
& consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, &
litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus
omnibus & singulis, eorum tenores praesentibus pro
plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in
suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specia-
liter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis qui-
buscumque.

§. 7. Volumus

LVIII. Dividit Congregationem Fratrum Eremitarum
Discalceatorum Italiae Ordinis S. Augustini in
quatuor Provincias, videlicet Romanam,
Neapolitanam, Januensem, & Siculam, & in
sticis quatuor Provinciales pro earum go-
verno usque ad celebrationem futuri Capitu-
li generalis ipsius Congregationis.

Supplimentum
Pont. ut in
Congreg.
Provincia
dividat.

Quamvis
die in Km
Neap. lant
fimo & So-
lam.

Etiam
singulis
provinciae
deputat
que ad futu-
rum Capitu-
lum, cum
constitutionibus
hic.

Classis
confirmatio-
riae pont.

Decretum
irritans ab
die.

Contraria
nullis.

De
tim
tri.

§.7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibea- tur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Augusti 1626. Pont. nostri Anno 4.

Sequitur Declaratio Sacrae Congregationis Apostolicae Visitationis super facultate quam habere dubita- batur Vicarius Generalis ipsorum Fratrum, eo ab- sente subrogandi alium suo loco, cum omnimoda potestate, & jurisdictione, quas ipse Vicarius Ge- neralis praesens habet.

Sacra congregatio Apostolicae Visitationis.

In causa, & causis coram Nobis inter Admod. R. P. F. Basilium à Sanctissima Trinitate Vicarium Generalem Congregationis Discalceatorum Ord. S. Augustini Italiae ex una, & Patres Ignatium à Sancta Maria, Joannem ab Assumptione, & Joannem Baptistam à S. Francisco de Paula, Definidores, & Procuratorem Generalem respecti- ve ejusdem Congregationis, de & super praesensa nullita- te Delegationis per eundem P. Vicarium Generalem factae in persona P. Valeriani à Sancto Augustino, quarti Defi- nitoris, & Prioris Couv. S. Ant. de Urbe, rebusque aliis, &c.

Fuit provisum, & decretum R. P. Vicarium fuisse, & ef- se verum, & legitimum Superiorem Vicarium Generalem nuncupatum totius suae Congregationis, ac uti, & gaude- re omnibus, & singulis juribus, praerogativis, praeminen- tiis, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Genera- les gaudent, utuntur, & potiuntur; ideoque sibi licuisse, & licere inter alia, eo absente, alium suo loco subrogare, qui omnimoda ejus potestate, & jurisdictione ubique lo- corum (illa tantum excepta Provincia, in qua ipse Ge- neralis Vicarius pro tempore reperitur) fungatur, & potiatur, & consequenter subrogationem, ac delegatio- nem à praefato Generali Vicario in persona Patris Vale- riani quarti Definitoris factam, fuisse, & esse Juridicam, & canonicè factam, & uti talem fore, & esse confirman- dam, prout illam confirmamus, & approbamus, & pro confirmata & approbata haberi volumus & mandamus, Fratresque omnes eidem Generali Vicario subiectos ejus- dem Religionis, praefato Patri Valeriano ad obedientiam praestandam juxta formam suae Delegationis obligatos fuisse, & esse declaramus.

Actum Romae domi solite residentiae Illustrissimo- rum DD. Sacrae Congregationis, hac die 26. Maii 1626. A. Ricciullus Judex, & Secr.

Odoardus Tibaldescus Not.

Subsequuntur Decreta generalia pro tota Congrega- tione Fratrum Discalceatorum S. Augustini Italiae, facta in Visitatione die 21. Junii anni 1627.

Constitutiones hujus Congregationis auctoritate Apostolica confirmatae, infra annum post Capitulum Ge- nerale imprimantur, ad hoc ut ab hominibus Religiosis praemanibus possint haberi, &c.

Ad tollendas dubitationes, quae circa Constitutionum intellectum possent exoriri, Sacra Congregatio facto verbo cum Sanctissimo declarat, haecenus non licuisse, neque licere hujus Congregationis Superioribus, etiam in Ca- pitulis Generalibus novas Ordinationes, aut statuta, sub quovis nomine contrarias, aut contraria Constitutioni- bus Apostolica auctoritate firmatis facere, easque non potuisse, neque posse praestari, antequam à tribus Capi- tulis Generalibus dispositae, & à Sede Apostolica fuerint confirmatae.

Consequenter etiam declarat, Congregationem Defi- nitorialem ex quinque Parribus semel in hebdomada ha- ctenus praestitit, in futurum non esse faciendam, sed esse servandas Constitutiones parte tertia, cap. 4. Bullar. Mag. Tom. 17.

Declarat praeterea Definidores pro tempore existentes, fore & esse de familia ejus Conventus, cui à Superiore erunt assignati, & non aliorum, atque ideo locum sumere debere post Priorem, etiam ubi Vicarius Generalis mora- tur, ac potuisse, & posse à Priore in levibus corrigi, in ca- teris vero à Vicario Generali, tenerique adire Capitulum de culpis, expectare signum in Choro, Refectorio, & aliis locis, non obstantibus Constitutionibus par. 2. cap. 8. & par. 3. cap. 4.

Declarat praeterea licuisse, atque licere Vicario Generali pro tempore existenti Definidores singulos in Visitatione, & extra, etiam in gravioribus consulto corrigere, & puni- re, absque aliorum Definitorum consensu; posse tamen Definidores scribere, & recipere literas, ac armarium, orato- rium nuncupatum, habere absque Superioris licentia, &c.

Declarat demum Procuratori Generali, praesente Ge- nerali Vicario, secundum locum deberi, absente vero in Conventu secundum à Priore, extra Conventum vero post Vicarium Generalem caeteris praeferrari, posseque egredi ad negotia peragenda, & absque cunctatione Prior socium assignabit, ac pariter literas scribere, & re- cipere absque scitu Prioris, & Oratorium habere. In reli- quis autem omnia quae de Definitoribus dicta sunt, lo- cum sibi vindicare in Procuratore Generali.

Decreta haec generalia pro tota Congregatione veluti declaratoria, servantur statim sub poena arbitrio Sacrae Congregationis.

A. Episc. Bellicastren. Secr. & Jud.

Declaratio quod Capitula Ecclesiarum Cathe- dralium, quibus S. R. E. Card. praesunt, ex in- dultis conferendi Beneficia Ecclesiastica re- servata, vel affecta, eidem Cardinalibus con- cessis, nullum jus praetendere possint.

Quod autem S. R. E. Cardinales indulto conferendi Be- neficia Ecclesiarum quibus praesunt, non utantur nisi in beneficiis illarum Ecclesiarum quibus actu praesunt, vel quarum regimini ultimo loco cesserunt, de- claravit hic Sanctiss. Pont. in const. seq. Licet.

Moderationem vero Indultorum S. R. E. Card. super col- latione Beneficiorum Ecclesiasticorum habes in Pii V. const. 37. tom. 2. & in Greg. XIV. const. 19. d. tom. 2. nec- non Pauli V. const. 58. tom. 3.

Sanctiss. in Christo Pater, & D. N. D. Urbanus divina provi- dentia Papa VII.

Accepto quod S. R. E. Cardinales super indultis, & fa- cultatibus disponendi de beneficiis Ecclesiasticis Sedi Apostolicae reservatis & affectis, à Sede praedicta sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ec- clesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostolica praesunt, impediuntur sub praetextu quod ipsi Capitula, & Canonici Jus nominandi, vel praesentandi, aut aliis quomodolibet disponendi de beneficiis in mensibus non reservatis pro tempore vacantibus, cum praedictis Cardinalibus locorum Ordinariis conjunctim, vel divi- sim habentes, tanquam membra capiti adhaerentia, à Can- cellariae Apostolicae regula mensium reservatoria, à qua Cardinales praeservantur, etiam excipi, & facultates, ac in- dulta, quae certarum reservationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere praetendunt, & attendens privi- legium, quod Cardinales in praedicta regula praeserventur eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore, ut Capitula & Canonici, dum sui Praesu- les Cardinalatus honore praesulent, plus Juris in prae- judicium Sedis Apost. seu ipsorum Cardinalium Praesulum Jus, & indultum conferendi ab ipsa Sede habentium ob- tineant, quam si ipsi Cardinales non forent.

§. 1. Motu proprio, sub die vigesima nona Decembris, Anni ab Incarnatione Domini millesimi sexcentissimi vi- gesimi quinti declaravit, intentionis, & voluntatis si- esse, quod Cardinales Praesules de omnibus, & singulis beneficiis,

beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, ad eorum, etiam cum alio, vel aliis collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam similem, vel dissimilem dispositionem ratione Ecclesiarum, quibus ipsi Cardinales præfunt, conjunctam, vel divisim spectant. non tamen in libris Cam. Apost. descriptis, nec ex personis familiarium Suae Sanctitatis, vel Conclavistatum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reservatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas Sua sibi, & successoribus suis pro tempore existentibus specialiter, & expressè reservavit, ad præfens vacantibus, & in futurum vacaturis, soli per se ipsos, vel alios ad id deputandos, absque Capitulis, & Canonicis, aliisque quamcumque ordinariam dispositionem eorundem beneficiorum similiter conjunctam, vel divisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo aliàs sub indultis eis concessis comprehendantur, libere provideant.

§. 2. Neque Capitula, aut Canonici hujusmodi privilegio, quod Cardinalibus Præfultibus, nullo habito Capitulum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere, frui, aut jus aliquod inde prætereendere possint.

§. 3. Decernens declarationem prædictam à dicta die 29. Decembris robur obtinere debere, etiam si necdum publicata fuisset, ac irritum, &c.

Placet, publicetur, & describatur. M.

Letta, & publicata fuit supradicta Regula in Cancell. Apost. Anno Incarnationis Dominice 1626. die vero 10. mensis Septembris, Pont. S. D. N. anno 4.

Marcus Antonius Ascensius Procurator.

Privatio facta Capitulis, & Canonicis Indultis. Hic declaratio incipit à die 29. Decembris ubi debet esse Datum. Papa subscr. Publicatio in Cancellaria. Pont. S. D. N. anno 4. die 10. Sept.

§. 3. Statuentes præsentium, etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam nostram sufficere, & ubique in judicio & extra, regula contraria non obstante, fidem facere.

§. 4. Ac insuper illas in Cancellaria Apost. describi debere.

§. 5. Et deinceps omnes, & singulos Cardinales, etiam absentes, præfentes, & futuros, & alios quoscumque, quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, officere, & ligare, nullumque eorum ignorantiam prætereendere posse, non secus ac si ei personaliter intimata forent.

§. 6. Statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione per Nos in crastinum assumptionis nostræ ad sum. Apostolatus apicem editis, quod Card. in Constitutionibus, & regulis per Nos post priorum nostrarum Constitutionum & regularum editionem, & publicationem impostem faciendis non includantur, nisi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, necnon prædictis, & quibuscumque aliis regulis, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus.

Placet Motu proprio publicetur, & describatur. M.

Letta & publicata fuit supradicta Constitutio in Cancell. Apost. Anno Incarnationis Dominice 1626. die vero 10. mensis Sept. Pont. prælati S. D. N. anno 4.

Marcus Ant. Ascensius Procurator.

Sola signaturam sufficit.

Registrari in Cancell.

Omnes etiam absentes ligari.

Contrariis removere.

Papa subscr. Publicatio in Cancellaria. Pont. S. D. N. anno 4. die 10. Sept.

L X. Declaratio, quod S. R. E. Cardinales Ecclesiarum Præfules Indulto conferendi Beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus præfunt, vel quarum regimini ultimo loco cesserunt, dumtaxat uti possint.

Vide qua notavi ad Constitutionem præcedentem plenè de hac materia.

Edict. An. D. V R B A N U S P A P A V I I I. 1626. Motu proprio, &c.

Letta, & publicata fuit supradicta Regula in Cancell. Apost. Anno Incarnationis Dominice 1626. die vero 10. mensis Septembris, Pont. S. D. N. anno 4.

§. 1. Declaramus, de cætero non licere cuivis personæ, etiam Cardinalatus honore præfulgeat, prætextu cuiusvis indulti Apost. concessi, seu concedendi, facultatem hujusmodi etiam expressè continentis conferre, vel quovis modo disponere de quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, quorum collatio, presentatio, nominatio, vel quævis alia dispositio separatim, vel conjunctim cum aliis ad eum spectabat ratione cuiuscumque Ecclesie Cathedralis, etiam Metropolitanæ, Primatialis, vel Patriarchalis, cujus regimini cesserit, si quidem ad aliam Episcopalem, Archiepiscopalem, Primatiam, vel Patriarchalem Ecclesiam translatus, vel postmodum assumptus fuerit, sed indulto tantum ratione Ecclesie, cui actu præfuit, vel cujus regimini ultimo loco cesserit, sibi concessio uti possit, & debere ac irritum, &c.

§. 2. Ostien. & Velitern. invicem perpetuè unitis, & Portuen. ac Sabinen. necnon Tusculan. & Prænestin. ac Albanen. Ecclesiis dumtaxat exceptis, quoad quas Cardinalibus illarum pro tempore Præfultibus facultate disponendi de beneficiis hujusmodi, etiam unà cum indulto sibi ratione aliarum Ecclesiarum, quibus actu præfunt, vel antea novissimè præfuerint, ut præfertur, frui licere decernimus.

Exceptis nonnullis locis in fine.

Revocatio omnium gratiarum, exemptionum, Indultorum, ac privilegiorum quomodolibet concessorum Assistentibus Ultramontanis, Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, absolutis ab eorum officio, quo peracto ad suas Provincias redire tenentur.

LXI.

De assistentibus Prioris Generalis hujus Ordinis habes in constitutione 93. Paul. V. Provisiones, sup. tom. 3. Et de hoc Ordine vide ad const. 6. Alexand. IV. sup. tom. 1. Et alia nonnulla de promovendis ad Doctoratus, vel Magisterii in Sacra Theologia gradus, statuis hicet Pont. supra const. 40. Romanus. Qui etiam in expeditionibus per Priores Generales faciendis modum utendi facultatibus à Sede Apost. obtentis præscripsit const. 98. Commisisti, hic infra, & in altera eidem subsequente, & incipiente: Inter cætera, prohibuit de cætero concedi exemptiones Officiorum iis Fratribus qui ea non exercuerint, absque expressa Sedis Apost. licentia.

V R B A N U S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor, Gregi Dominico à Deo, & Salvatore nostro Præpositus, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, utiliaque plantet, & ædificet, ea interdum, quæ rationabilibus ex causis à Sede Apostolica concessa sunt, ipsa subinde, rerum experientia suadente, & majoribus ex causis, quibus præsertim felici Christi fidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium statui, & salubri gubernio consulitur, alterat, & revocat, in hisque sollicitudinis, & providentiæ suæ studium favorabiliter interponit, prout pia Catholicorum Regum vota id exposcunt, & ipse rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ratione privilegiorum, gratiarum, & indultorum Fratribus Ultramontanis Assistentibus

Procurator. Ratione privilegiorum Fratrum Ultramontanis Assistentibus Prioris Generalis Ordinis hujusmodi ex parte eorum officio concessorum, multa incurritur etiam Ultramontanibus Prioris

URBANUS OCTAVUS.

Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, tam præteritis, quam futuris, ab hac sancta Sede, & alijs concessorum, expleto eorum officio non levia in eodem Ordine inconvenientia, & perturbationes evitantur.

§.2. Nos illis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere volentes, supplicationibus dicti Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter portatis inclinatis, & Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præpositorum consilio omnia, & singula exemptiones, immunitates, prærogativas, præeminencias, gratias, privilegia, & indulta eisdem Fratribus Ultramontanis assistentibus per Sedem Apostolicam sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, vel alijs, ac etiam per quoscunque alios concessa, quibus hujusmodi Assistentes expleto suo hujusmodi officio hæcenus usi, & gavisi sunt, sive uti, & gaudere potuerunt, vel debuerunt, Apost. auctoritate tenore præsentium perpetuo revocamus, & abrogamus, ac revocata, & abrogata esse censuimus.

§.3. Ipsosque assistentes finito eorum officio hujusmodi ad suas Provincias redire teneri, & ad id per modernum, & pro tempore existentem dicti Ordinis Priorem Generalem opportunis juris, & facti remedijs cogendos.

§.4. Præsentem verò literas, omniaque & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, & firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in violabiliter observari.

§.5. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione privilegiorum, gratiarum, & indultorum hujusmodi expeditis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, die 25. Novemb. 1626. Pont. nostri Anno 4.

LXII. Excommunicatio, & anathematizatio Hæreticorum cujuscumque Sæcæ, eisque faventium, auxilium, aut consilium quoquo modo præstantium, ac Schismaticorum, vel libertatem Ecclesiasticam perturbantium, aut his, quæ in ista Bulla in die Cœnæ Domini legi solita continentur, contravenientium.

De materijs in hujusmodi Bulla Cœna Domini contentis, plenissimè habes ad const. 63. Pauli V. sup. tom. 3. Hic autem quid addam vix habeo, nisi quod contra Hæreticos in locis Italia, & Insularum adjacentium quovis prætextu commorantes, eorumque fautores, constitutionem edidit Gregor. XV. ut supra in const. 28. Romani. Qui etiam licentias omnes quibuscumque personis, & à quibusvis, etiam Romanis Pontificibus concessas legendi, & habendi libros quomodolibet prohibitos, revocavit in const. 49. Apostolatus. Et demùm libros alios deferri, vel transmitti imprimendos sine Cardinalis Vicarii, atque Magistri Sacri Palatii in Vr. Bullar. Mag. Tom. I V.

be, & extra eam sine Ordinaris, & Inquisitoris auctoritate, vel ab eis Depnsatorum licentia prohibitis hic M. S. Sanctissimus Pontifex sup. in const. 50. Sanctissimus.

URBANUS EPISCOPUS, Servum Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Rom. Pont. vigilantia, & sollicitudo in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda maxime elucet: Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Rom. Pont. Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjuncte, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine persfruantur. Ob quas sanè causas Rom. Pont. prædecessores nostri hodierna die, quæ anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratio solemniter est, spirituales Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria justitiæ arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quàm fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & justitiam, Deo auctore tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

§.1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra quoscunque Hussitas, Vichlephistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cujuscumque Sæcæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra & Sedis Apost. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos qui se à nostra & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

§.2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Universitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

§.3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§.4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrhæni, & Adriatici, quàm in cæteris cujusque maris Regionibus, & litoribus surripuerint, ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

§.5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis

De omni Romanorum Pontificum suorum prædecessorum & consuetudine hujusmodi

Excommunicamus, & anathematizamus omnes hæreticos quocumque nomine censeantur, & singulos libros legentes, retinentes, imprimentes, & defensores, & eos qui se à nostra & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Appellantes à Pontificum mandatis ad futurum Concilium

Piratas & Latrunculos maritimos quorumcumque receptatores, & defensores

Surripientes Christianorum bona naufragium passis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa

Gabellas, seu nova pedagia imprimentes, vel argentes

Apost. licentia permissis imponunt, vel augent, seu imponunt, vel augeri prohibita exigunt.

Falsarios literarum Apostolicarum, seu Supplicationum ab habentibus auctoritatem signatorum.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum gratiam, vel iustitiam concedentium, per Romanum Pontificem, S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, necnon falsos fabricantes literas Apost. etiam in forma Brevis, & etiam falsos signantes Supplicationes huiusmodi sub nomine Rom. Pont. seu Vicecancellarii, aut gerentium vices predictorum.

Transmissores, vel defectores, vel alia opera bellica, nisi ad Turcas, & alios Christi nominis inimicos, ac omnes de rebus Christiana Reipublica concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianae Religionis inimicos, necnon hereticos, in damnum Catholicae Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet praestant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis quibusvis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos, & Sedem praedictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Perturbantes, aut invadentes eos, qui vidualia, seu alia ad usum Rom. Curiae necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hanc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint ordinis, praeminentiae, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praesulgeant dignitate.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediens, seu invadentes eos, qui vidualia, seu alia ad usum Rom. Curiae necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hanc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint ordinis, praeminentiae, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praesulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliunt, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel nostris Iudicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardines, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuntios, aut eos à suis Diocelibus, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel saeculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi occidunt, seu quoquo modo percipiunt, bonis spoliunt, seu qui per se, vel per alios, directè, vel indirectè, delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque praeminentiae, & dignitatis fuerint.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam saeculares, cujuscumque dignitatis, qui praetextibus frivolam quandam appellacionem à gravamine, vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis, & à Sede praedicta, seu Legatis, Nuntiis, Praesidentibus, Palatii nostri, & Cam. Apost. Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quae pro tempore emanaverint, aut aliis ad Curias saeculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellaciones huiusmodi admittunt, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitorias, & alia praedicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarum & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, at etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores, & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum praedictorum capiunt, percipiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis & Regnis ejiciunt, bonis spoliunt, perterrefaciunt, concutiunt, comminantur per se, vel alium, seu alios, publice, vel occultè, quive alias quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere praesumunt.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quorumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum praetextu, beneficiale, & decimarum, ac alias causas spirituales, aut spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis advocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conventus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, quive partes actrices, quae illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretis, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & poenis in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum praedictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum praestant, etiam praetextu violentiae prohibendae, vel aliarum praetensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicati fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apost. legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Praesidentes Cancellariorum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii, ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum saecularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque praesulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

§. 15. Quive ex eorum praetextu officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, capitula, conventus, collegia Ecclesiarum quorumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum praeter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quovis quaesito colore: Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quavis alia decreta, in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quaesito colore, ac etiam praetextu cujuscumque consuetudinis, aut privilegii, vel

Appellantes à gravamine seu futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, Cur. saeculari.

Impe. im. executionem literarum Apostolicarum, vel aliorum exemptionum, & aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum praetextu, beneficiale, & decimarum, ac alias causas spirituales, aut spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis advocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conventus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, quive partes actrices, quae illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretis, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & poenis in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum praedictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum praestant, etiam praetextu violentiae prohibendae, vel aliarum praetensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicati fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apost. legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Praesidentes Cancellariorum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii, ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum saecularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque praesulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

Judices saeculares, quorumcumque personas Ecclesiasticas, capitula, conventus, collegia Ecclesiarum quorumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum praeter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quovis quaesito colore: Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quavis alia decreta, in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quaesito colore, ac etiam praetextu cujuscumque consuetudinis, aut privilegii, vel

vel alijs quomodolibet fecerint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis nisi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo laeditur, vel deprimitur, aut alijs quovis modo restringitur, seu nostris & dictae Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet, directè, vel indirectè, tacite, vel expresse præjudicatur.

§. 16. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, careerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut alijs impediunt quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & sacra Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alijs fori Ecclesiastici iudicem eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata, etiam poenalia, Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exquuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequuntur.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera clericis præfatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monast. & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressi licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non veniunt, cujuscumque sint præminentiae, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo Præsidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti, innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi novissimè celebrato, quam Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & poenis in eis contentis.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus sanctæ Sedis Apostolicæ licentia: quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alijs illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios, directè, vel indirectè sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare, ac detinere præsumperint, in totum, vel in partem; Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras citra Pharam, Patri-monium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venasinum, Sabinen, Marchiam Anconitanam, Massam Trebatiam, Romandiolam, Campaniam, & maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Civita-

tesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castellii, Tuderum, Ferentiam, Comaculum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiae mediatè, vel immediatè subiecta, necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiae competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhaerentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

§. 21. Volentes præfatos nostros processus, ac omnia, & quaecumque his literis contenta, quousque alii hujusmodi processus à Nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

§. 22. Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiae mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscumque Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum.

§. 23. Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumperint, eos excommunicationis sententiâ innodamus, gravis contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

§. 24. Declarantes ac protestantes quaecumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis, cum vero proposito ulterius similia non committendi, destiterint: ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta hujusmodi publicè revocaverint, & ex Archivis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiae undecumque, & quandocumque quaesitis, vel quaerendis, nullatenus præjudicari posse, aut debere.

§. 25. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cujuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiam si, ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis concessis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus,

Impedientes
quoscumque
iudicium, no
jurisdicti
omnes, & quoscumque
ad Cur.
recurre
exequi
quod ea do
muni, fru.

Auxilium
assentis
curantibus
diu Apst.
Ecclesiasticam
jurisdictionem
seu
iuris.

imponentes
decimas, vel
alia onera
personis Ec
clesiasticis, ac
Ecclesiasticam
seu Mo
nasteriorum
iuris.

Officiali sa
lute, se in
personas in
causis capitalibus
seu criminalibus
contra personas
Ecclesiasticas
proferendo

Occupantes
& invadentes
S. R. E. territoria
& alias
jurisdictiones
supremam
nuncupantes.

Non poss.
quousque de
g.

Absolutio ab
hujusmodi
casibus præsum
morum, argi
cibus Papa
reservatis.

Aliterum ab
solvere præsum
mentis poena
statuimus.

Papa absolu
tionem non
comprehendit
eos, qui à
præmissis desiste
re non præsum
pserint, de
clarat.

Contra lit
quibuscumque
derogat.

& dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuscumque observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quae contra hos noskros processus, ac sententias, quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri.

Quae omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur praesentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, caeteraque contraria quaecumque.

Publicariis in Probo effi- am.

§. 16. Ut verò praesentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesiae S. Jo. Lateranen. & Basilicae principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Præceptum etiam alibi publicandi hanc omni.

§. 17. Insuper, ut processus ipsi, & praesentes literae, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Praelatis ubilibet constitutis per hanc scripta committimus, & in virtute sanctae obedientiae districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios praesentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenierit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuntient, & declarent.

Audientes Confessione habeat apud se hanc literam.

§. 18. Caeterum Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Praelati, necnon Rectores, caeterique curam animarum exercentes, ac presbyteri saeculares, & quorumvis Ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, transumptum praesentium literarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

Transumptum fides.

§. 19. Volentes earundem praesentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanae Curiae, vel alterius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eandem prorsus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quae ipsa praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensae.

Decretum parate.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae excommunicationis, anathematizationis, interdictionis, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominice 1627. Kal. Aprilis, Pont. nostri Anno 4.

LXIII. Declaratio, quod Beata Maria Magdalena de Pazzis Florentina, dum vixit, Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Monialis extitit. Ac extensio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Missam de ea in omnibus Ecclesiis, tam in Diocesi Florentina, quam in universa ditione temporali Magni Ducis Hetruriae.

Beatificavit hanc Mariam Magdalenam hic idem Pontifex, sed hujusmodi Bullam adhuc obtinere non valuit, quam si habuero, inferius tibi ponam.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus folio, meritis licet insufficientibus, divina dispensatione constituti, ad ea, per quae

servorum, & ancillarum Christi honos, & veneratio in terris promoveatur, juxta creditum Nobis desuper Apostolicis servitutis officium libenter intendimus, votisque Christi fidelium honorem, & venerationem hujusmodi respicientibus libenter annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem pro parte dilecti filii nobilis Adolescentis Ferdinandi Hetruriae sibi subjectae Magni Ducis, ac dilectarum in Christo siliarum nobilium Mulierum Mariae Magdalenae Archiducissae Austriae, & Christianae à Lotharingia Hetruriae sibi subjectae Magnarum Ducissarum viduarum, necnon Priorissae, & Monialium Monasterii S. MARIAE Angelorum nuncupatae in Burgo S. Fridiani Civitatis Florentinae Nobis exposito, quod bonae memoriae Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentina Monialis multis, & eximia virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illustrata fuerat, Nobisque propterea pro parte eorundem Ferdinandi Magni Ducis, & Mariae Magdalenae Archiducissae, necnon Christianae Magnarum Ducissarum viduarum, ac Priorissae, & Monialium humiliter supplicato, ut donec Canonizationis honor dictae Ancillae Dei Mariae Magdalenae ob ejus excellentia merita, divina aspirante gratia ab Apostolica Sede decerneretur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium & Missa de ea, ut infra recitari, & celebrari posset. Nos re prius per venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris Ritibus praepositos, quibus eam examinandam mandaveramus, maturè discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipsa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumque, & Missa de ea tanquam de Communi Virginis non Martyris, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani in omnibus, & singulis Civitatibus Florentinae, Ecclesiis, & hic Romae pro tunc praesente anno dumtaxat, in Ecclesia S. Joannis Baptistae nationis Florentinorum, in qua Beatificationis hujusmodi solemnitas celebranda erat, ejusdem Ancillae Dei Mariae Magdalenae obitus, seu alia subsequenti non impedita die, à quibusvis Clericis, & Presbyteris, tam saecularibus, quam regularibus recitari, & celebrari respectivè possent, & valerent, Apostolica auctoritate concessimus, & indulgimus, & aliis prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Alia Pont. beatificavit Mariam Magdalenam de Pazzis Missam, & Officium de ea celebrari posse indultum in omnibus Ecclesiis, & Missa in Ecclesia ipsa Nationis.

§. 2. Nunc autem supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, illorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis inclinati, de eorundem Fratrum consilio dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Monialem, dum ipsa vixit, fuisse tenore praesentium declaramus.

Nome dabitur rat. d. Beati dum vixit, ord. B. Mariae de Monte Carmelo Monialis.

§. 3. Quodque in omnibus Monasteriis, locis, & Ecclesiis dicti Ordinis in ipsis B. Mariae Magdalenae obitu, seu alia subsequenti non impedita die, singulis annis, ab omnibus utriusque sexus ejusdem Ordinis Religiosis Officiis & Missa, & à confluentibus ad Ecclesias dicti Ordinis in Alma Urbe nostra, & in Civitate Florentina existentes, Missa dumtaxat de eadem B. Maria Magdalena tanquam de communi Virginis non Martyris, juxta ipsius Ordinis Breviarii ac Sedis Apostolicae approbatum, & rubricas Breviarii ac Missalis Romani, in futurum recitari, & celebrari liberè pariter, & licitè respectivè possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgemus.

Et indulgentiam ad omnes d. Ordinis exten- dit.

§. 4. Non obstantibus omnibus & singulis, quae in dictis literis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhiberetur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Transumptis fidem dari mandat.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 23. Aprilis 1627. Pontificatus nostri anno quarto.

Dat. P. An. die 23. Apr.

Sequitur

Sequitur extensio indulti recitandi, & celebrandi officium, & Missam de B. Maria Magdalena de Pazzi...

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 18. Januarii 1628. Pont. nostri anno 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Lias pro parte dilecti filii nobilis adolescentis Ferdinandi Hetrutiae sibi subjectae Ducis, ac dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mariae Magdalene Archiducissae Austriae, & Christinae à Lotharingia Hetrutiae similiter sibi subjectae Magnarum Ducissarum viduarum, necnon Priorissae, & Monialium Monasterii Sanctae Mariae Angelorum nuncupati in Burgo Sancti Fridiani Civitatis Florentinae...

§. 2. Subinde verò supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzi dicti Ordinis Monialem, dum vixit, fuisse declaravimus...

§. 3. Nunc autem Ferdinandi Magni Ducis, ac Priorissae, & Monialium praedictarum supplicationibus Nobis denuo humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio, quod in omnibus, & quibuscumque Ecclesiis, tam in Diocesi Florentina quam in universa ditione temporalis praefati Ferdinandi Magni Ducis existentibus...

§. 4. Non obstantibus omnibus illis quae in dictis litteris volumus non obstare, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem proferri fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus litteris originalibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Nova Erectio Collegii Illyrici nuncupandi in Civitate Lauretana pro adolescentibus ex Illyricis Provinciis ibi sumptibus sacrosanctae Domus Lauretanae educandis, & in bonis, Ecclesiasticisque moribus, ac Sacrorum Canonum aliarumque facultatum necessitate Illyricas concernentium disciplinis instruendis, cum Privilegio, & Indultorum largitione.

Hoc Collegium olim instituit Greg. XII. & emanatur hic in §. 1. sed cum aliquot post annis quibusdam de causis imminutum, & ad duodecim Alumnos, Romam Laureto translatus redactum fuerit in maximum fidei damnum, hic Pontifex illud de novo erigit in hoc Constituit.

Tria alia Collegia postea erexit istemet Pontifex pro Scholaribus Germanicae Nationis in illis educandis, ac sacra Theologia aliisque facultatibus, & piis moribus imbuendis. Unum in Civitate Praegensi, Regni Boemiae Metropoli, ut inf. Constituit. 66. Quoniam. Et alterum in Civitate Viennensi, ut inf. constituit. 67. Quoniam. Et aliud in Oppido Fuldensi, ut inf. Constituit. 69. Quoniam.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Zelo Domus Dei Nos commovente, ut parvulis petentibus panem verbi Dei, pro munere nostro frangamus, quippe qui univrsarum gentium, populorumque Christi fidem profitentium salutem procurare, & promovere studemus, dum omnes Christiani Orbis partes oculis mentis nostrae perlustramus, Illyricae linguae gentis, majorem Europae, & maximam Asiae portionem incolentis, atque per Europam praeslantissimis Regibus, & Provinciis olim florentissimae, ac inter planetas Apostolicas in gremio Catholicae Ecclesiae Primogenitae, nunc verò maxima ex parte sub impia Turcaevi tyrannide gementis, Schismaticorumque Orientalium, haereticorumque Septentrionalium venenis per partes infectae, pro debito nostri Pastoralis officii, necessitatibus spiritualibus succurrere cogimur, & admonemur.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit alias fel. recollectionis Gregorius Papa XIII. praedecessor noster, migratione tantae gentis Collegium Illyricorum juvenutis in Civitate Lauretana, illius Sacrosanctae domus proventibus alenda, bonisque artibus, & disciplinis instruenda, praesexo tunc temporis numero ad triginta adolescentescens, Apostolica auctoritate crevisset, optimoque consilio, fructuque, cum brevi temporis intervallo juvenutis inibi bonis moribus ac literis instituta, patriaeque juvanda adhibita, magno divinae gloriae augmento, animarumque salute, Provincias Illyricas, praesertim verò litoralem Dalmatiam, discussis quibus offundebatur ignorantiae tenebris, ad verae pietatis media excitaverit.

§. 2. Cumque aded pium opus aliquot post annis, quibusdam de causis admodum imminutum fuerit, redacto ad duodecim tantum alumnos adolescentium Romam Laureto transfatorum numero, Lauretano Collegio penitus extincto.

§. 3. Nos qui hanc ejusmodi translationem, & numerum alumnorum imminutionem, in maximum damnum fidei in illis provinciis contigisse, certa scientia cognovimus, ad opus hoc dictum Collegium in pristinum, & quantum fieri poterit, meliorem statum restituendum, & renovandum, animum & mentem nostram convertentes, maturo desuper cum Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Congregationi de propaganda fide praefatis, habito consilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia...

Vertical marginal note on the left side of the page.

Vertical marginal note on the left side of the page.

Vertical marginal note on the left side of the page.

Vertical marginal note on the left side of the page.

Vertical marginal note on the left side of the page.

Vertical marginal note on the right side of the page.

Vertical marginal note on the right side of the page.

Vertical marginal note on the right side of the page.

Vertical marginal note on the right side of the page.

Vertical marginal note on the right side of the page.

cia, meraque liberalitate nostris, ac de Apostolicis potestatis plenitudine, ad Dei Omnipotentis laudem, San-
 ctæque ipsius Ecclesiæ incrementum, ac præcipuam Il-
 lyricæ gentis salutem, & commodum, in Civitate Lau-
 retana præfata dictum Collegium Illyricorum appellan-
 dum, in quo in posterum prior adolescentium numerus
 triginta sex videlicet, ex Sacrosanctæ domus Laureta-
 næ, ut olim provenibus, & redditibus, sustentari,
 ali, educari, ac in bonis, Ecclesiasticisque moribus, nec-
 non in Grammaticæ, Philosophiæ, & Theologiæ, ac sa-
 crorum Canonum, aliarumque facultatum, necessitates
 Illyricæ concernentium disciplinis ac studiis instrui, ita
 tamen ut donec dicta Sacra domus, cujus proventus, ob
 multas expensas in translatione Alumnorum, & extru-
 ctione domus Collegialis factas, tam magno Alumnorum
 numero sustentando non facile sufficere videtur, expen-
 sarum mole levari cœperit, Collegio præfato viginti sal-
 tem Alumni ex Illyricis Provinciis evocandi, ali, educari,
 & instrui debeant.

*Distributio
 & assignatio
 locorum Eccl.
 Illyricæ.*

§.4. Et horum viginti Alumnorum loca, duodecim
 videlicet littoralibus Dalmatiæ urbibus ab exordio dicti
 Collegii destinata, perpetuò Adolescentium ejusdem
 Provinciæ immutabilia censeantur, & esse debeant, di-
 stributione, & assignatione dictorum duodecim loco-
 rum, sequenti ratione inviolabiliter observanda. Nimi-
 rum ut Sphalaten. Ragusin. Jadren. & Antibaren. Ec-
 clesiæ Metropolitanæ. singulæ unum semper Alumnus,
 seu unius Alumni locum habeant, & in illorum distri-
 butione, Sphalaten. videlicet, oppidi Almissensis, nunc
 suæ dioc. Antibaren. verò Buduana Civitatis suæ Pro-
 vincię, Jadren. autem Ecclesiæ præfate Oppidi Pagenis
 etiam suæ dioc. rationem habere debeant, ut scilicet ter-
 tia quæque successio Alumnorum pertinentium ad di-
 ctas tres Metropolitanas Ecclesiæ, sit oppidorum, & Ci-
 vitatis hujusmodi. Similiter Sibenicen. Veglien. Pharen.
 sive Lesinen. Ausseren. Catharenisquæ Ecclesiis singulis
 locus unius Alumni competat, in quibus distribuendis
 Pharen. seu Lesinen. Brachiz Insulæ Dioc. Ausseren. verò
 Chersii oppidi, item suæ dioc. Catharen. Ecclesiæ
 præfate Perasti oppidi pariter suæ dioc. eandem ratio-
 nem, quæ supra tribus Metropolitanis Ecclesiis præfatis
 præscripta est, habeant, & habere teneantur. Denique Ec-
 clesiæ Curzolen. cum Stagnen. unum alternatim, Tra-
 gurien. & Nonen. itidem, sicuti & Arben. & Segnien.
 unum alternatim habere debeant, hoc tamen expressè
 servando.

*Si Prælati ne-
 gligentiam mis-
 serit Alumnos,
 quid servan-
 dum.*

§.5. Ut quodcumque vel negligentia Prælatorum,
 Capitulorumque Dalmaticorum, ad quos approbatio-
 nem dictorum Alumnorum conjunctim, electionem verò,
 & admissionem eorum, qui ut præfertur approbati fue-
 rint, ad Cardinalem ejusdem Collegii Protectorem pro
 tempore existentem, perpetuò spectare, & pertinere volumus,
 vel quavis alia de causa loca alicujus, vel aliquorū Alu-
 norum eisdem ut præfertur Ecclesiis assignatorum, ultra
 sex menses vacare contigerit, nullatenus illa ex aliis præ-
 fatis Dalmatiæ Ecclesiis littoralibus, sed ex aliis Illyricæ
 nationis sub Turca existentibus, ea tantum vice, qua va-
 care contigerit, per quod tamen nullum præjudicium
 imposturum aliis Ecclesiis præfatis generetur, supplean-
 tur, & hoc toties quoties similis vacatio intercesserit.

*Quid agendi
 cum præfatis
 quæ Alumnis.*

§.6. Quinimò si qui Alumni, plures videlicet ex una di-
 ctarum Ecclesiarum, præter hanc nostram declarationem
 in dicto Collegio admissi de cætero reperiuntur, sine ul-
 la mora protinus excludantur, locaque suis Ecclesiis af-
 signata, vel aliis eorum loco nominatis, sine ulla inter-
 pretatione, indulgentiæ restituantur. Reliqua verò octo
 loca pro nunc, donec Alumni ad antiquum numerum
 integrentur, si divisa intelligantur, nimirum Bosnen.
 Maccaren. Scardonem. necnon Samandrien. & Uscopien.
 Ecclesiæ, singulæ videlicet unicum Alumnus habeant,
 sicuti & regio intra Dravum, Savumque fluvios consti-
 tutæ, Bosnen. Administratoris eorū commissa unicum,
 in Albanensi verò, sive Epirotica Provincia, donec jux-
 ta ejusdem prædecessoris mentem peculiare Collegium
 eidem constituatur, Ecclesiæ citra Drinum Fluvium con-
 stituta unicum, ultra verò Drinum, alium vicissim ha-
 bere debeant. Adaucto verò numero, in futurum illius

beneficio prænominate Ecclesiæ sub Turcis constituta,
 additis Tinien. Dumnem. seu Dalmaten. Stridonem. Tri-
 bunensiquæ, in Dalmatiâ Turcica, Bosnaque, Nissien-
 que, ac Priscien. sive Justiniana prima in Servia potian-
 tur, & gaudeant, habita nihilominus ratione Ecclesiæ
 rum præfatarum majori auxilio indigentium, Apost. au-
 ctor. præfata eorundem tenore præsentium rursus ex in-
 tegro perpetuò erigimus, & instituiamus.

§.7. Ut autem admissio, & receptio dictorum Alu-
 norum debito ordine procedat, & ut nemo intra eorum
 numerum in præfato Collegio acceptetur, qui literas te-
 stimoniales Ordinarii sui, & Capituli loci, ubi fieri po-
 terit, non habeat, quibus constet illum in & de legitimo
 matrimonio natum, & saltem prima tonsura initiatum,
 nec esse neophytum, multo minus aliquo tempore hæ-
 retici, vel mahumetismo adhæsisse, sitque sanus, & absque
 ulla infirmitate habitata, vel incurabili, ac sine ullo vi-
 tio, vel deformitate notabili corporis, lingua minimè im-
 pedita, parentibus Illyricis, Illyricæque linguæ, & si fieri
 poterit, literaturæ quoque Illyricæ peritus, qui vagus non
 fuerit, nihilque negotii, ac litium habeat, & præferat vo-
 luntatem, ac speciem proficiendi in disciplina pietatis, &
 literarum, ad effectum ut evadat utilis operarius in cul-
 tura Illyricæ Ecclesiæ, idemque non sit inferior qua-
 tuordecim annis, nec vigesimum annum excedat, habeat-
 que aliquam Grammaticæ cognitionem, quæ omnia sicut
 in duodecim Dalmaticis Alumnis, ab Episcopis, & Capitu-
 lulis ut præfertur deligendis, omni rigore, ita in subditis
 Turcarum mitius observentur.

*Mediam
 mittendi
 litteras ad
 Collegium.*

§.8. Et postquam aliquis præfato ordine inter Alu-
 nos receptus fuerit, Collegialem vestem non induat, nisi
 per semestrem spatium probatus iudicio Superiorum ejus-
 dem Collegii solemni juramentum in manibus ejusdem
 Collegii Rectoris pro tempore existentis emisserit, juxta
 formam à Congregatione de Propaganda fide præscri-
 ptam, & præterea juraverit, quod peractis studiis, vel ob
 aliam legitimam causam non prorùs absolutus, dummo-
 do tamen per annum, & dimidium in Collegio moram
 traxerit, nec ad aulas Principum, domosque Magnatum
 diuturnioris moræ causa unquam se conferat, minusque
 ad universitates, aut alias publicas scholas, sub quovis
 prætextu, nisi fortè iudicio, vel voluntate superiorum in
 scriptis exprimenda.

*Interdum
 Alumnus.*

§.9. Contrafactores verò perjuri, & infames, inhabi-
 lesque perpetuò ad quæcumque beneficia, officia, digni-
 tatesque, tam Ecclesiasticas, quam sæculares existant:
 etiam volumus ad rependendas, & exsolvendas omnes
 illas expensas, quas Sacra Domus pro hujusmodi Alu-
 nis, tam in convictu, quam vestibus, libris, medicinis,
 viaticisque insumperit, cogi, & compelli possint, eisdem
 auctoritate, & tenore etiam perpetuò statuimus, & ordi-
 namus.

*Pana con-
 facimus.*

§.10. Quo verò dicti Alumni expeditiores, & alacriores
 ad succurrendum patriæ necessitatibus efficiantur, eidem
 Alumnis, ut eo temporis spatio, quo in Collegio præfato
 sese continuerint, & Superiorum iudicio in studiis præ-
 fatis, & literarum profecerint, ad omnes, etiam Sacros, &
 presbyteratus Ordines, etiam sine literis dimissorialibus,
 nisi habeant Episcopos proprios, à quibus illæ obtineri
 poterint, cum ad Collegium dirigentur, & sine benefi-
 cii Ecclesiastici, aut patrimonii, ac etiam extra legitima-
 rum ordinationum tempore, dummodo tamen aliis ad
 id reperiantur idonei, promovendi possint, & valeant;
 iidemque sic ad Ordines promoti, in originalibus Eccl.
 cum beneficia, personatus, dignitatesque earum vacare
 contigerit, tam in Romana Curia, quam apud Ordinarios
 proprios, & Capitula, aliis omnibus, cæteris paribus, an-
 teferri debeant, & secus factæ provisiones, irritæ, & ina-
 nes ipso jure existant, auctoritate, & tenore præmissis de
 speciali gratia indulgemus.

*Privile-
 Alumnus.*

§.11. Adolescentes quoque Bulgarici Regni, qui sex
 numero per Eleemosynarium nostrum secretum hic in
 Urbe in studiis sustentantur auxilio assistentibus illorum
 patriæ, ut inter connationales Illyricos in pietate, & li-
 teris magis proficere possint, præfatis Alumnis in Laure-
 tano Collegio adjungimus, quibus idem Eleemosyna-
 rius noster, imposterum, uti & hætenus consuevit,
 omnia

*Præfixa ad
 lectionem
 Bulgarorum
 cum dictis
 Alumnis, et
 eorum sus-
 tentatio.*

omnia necessaria pro sufficienti illorum sustentatione, & educatione subministrare debeat, & solisque ad eisdem Regiam Almam studis, semper alios vicissim substitui, sicutque ex eodem Regno per eandem Congregationem de propaganda fide, ad Episcopi Siphica, pro tempore existentis nominationem, eodem quo hactenus numero, & provisione declaramus.

§. 14. Ceterum eam dilectorum Altorum Presbyterorum Societatis JESU in hoc educandorum, instituendorumque adolescentium munere diligentia, fides, integritas, & in aliis ejusmodi Collegiis, & in hoc ipso quando Laureti, & in Seminario Romano fuit, satis cognita sit atque perspecta, Collegium atque Scholares hujusmodi ipsorum, sicuti à prima illius origine fuit, regimini, institutioni, doctrinae, atque obedientiae, sub regulis, & constitutionibus per dictam Congregationem de propaganda fide approbatis, quas Apostolica auctoritate confirmamus, & eisdem à Rectore, ac Alumnis perpetuo observari mandamus, eadem auctoritate subjicimus, atque submittimus.

§. 15. Et insuper eidem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, ac Ministris omnia, & quaecumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & Indulta, quibus Studium generale Almaz Urbis, & illius Rector, Doctoresque in eo legentes, aliaque Collegia quaecumque Nationum, & Seminariorum, tam in eadem Alma Urbe, quam extra illam per prædecessores nostros Romanos Pontifices instituta, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quibusque Collegium, Scholares, Rectores, & Gubernatores hujusmodi non solum ad eorum instar, sed etiam æquè principaliter uti, potiri, & gaudere valent, in omnibus, & per omnia dicta auctoritate communicamus.

§. 14. Præterea Regentibus, & Superioribus dicti Collegii, cum assentia tamen Cardinalis Protektoris, qui pro tempore constitutus fuerit, & de ejus consilio, & expresso consensu, illos quos in dicto Collegio & alibi per debitum tempus studuisse, ac scientia, ac moribus idoneos esse repererint, in præfatis facultatibus ad Baccalaureatus, Licentiaturas, Doctoratusque, & Magisterii gradus, servata forma Concilii Viennensis, juxta Universitatis Almaz Urbis consuetudinem, seu alias promovendi, & ipsorum graduum solita insignia exhibendi, eisque in facultatibus superscriptis sic promotis aut illa legitime interpretari, ac de eis disputare, quoscumque gradui seu gradibus hujusmodi convenientes actus exercere, ac omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in præfata, seu alia universitatibus, & alibi, juxta illius, & aliarum universitatum hujusmodi constitutiones, & mores, ad gradus præfatos promoti, de jure, vel consuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere possint, & debeant, perinde ac si gradus præfatos in ipsa universitate, juxta consuetudines, & mores præfatos suscepissent, concedendi, & indulgendi plenam & liberam facultatem, & auctoritatem earundem tenore præsentium concedimus, & impartimus.

§. 15. Præterea ut ejusdem Collegii conservationi, bonoque regimini, tam in his, quæ ad Scholarum institutionem, & disciplinam, quam quæ ad victum, vestitum, aliaque hujusmodi necessaria pertinent, opportunitis consulatur, & promptum eis paratumque auxilium sit, dilectum filium nostrum Scipionem tituli Sancti Chrysoconi Presbyterum Cardinalem Burghesum nuncupatum, sacrosanctæ Lauretanæ domus Protektorem, ejusdem Collegii Illyrici protektorem, & defensorem, cujus auctoritate, consilio, & ope, tam superscripta, quam quaecumque alia, ad eisdem in dicto Collegio admittendos Scholares, retinendosve, locisve privandos, atque de beneficiis Ecclesiasticis providendos spectantia agantur, statuatur, & ordinentur, dicta auctoritate constituimus, & deputamus.

§. 16. Dantes eidem, & pro tempore existentibus ejusdem Collegii Protektoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro salubri directione, & conservatione dicti Collegii, illiusque bonorum, & rerum, ac jurium, tam temporalium quam spiritualium, Oeconomos,

Advocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & alios eorum loco substituendi. Ordinationes præterea, factas, atque tamen, & honestas, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini, Sacraque Congregationis de propaganda fide decretis, circa Collegia Pontificia editis, non repugnanda faciendi, & que cum opus visum fuerit revocandi, irritandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & correctæ fuerint, perinde haberi volumus, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent.

§. 17. Ac decernentes illa ab omnibus Rectoribus, & Magistris, Scholasticis, aliisque personis in hujusmodi Collegio servantibus, & ministrantibus inviolabiliter observari, ac juxta eorum dispositionem à quibusvis Judicibus, sublata quavis aliter judicandi facultate, judicari & definiti debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, exceptis tamen iis, quæ in præfata fundatione, vel in regulis, & constitutionibus à Congregatione de propaganda fide approbatis, & à Nobis ut præfertur confirmatis, continentur.

§. 18. Ut verò etiam temporalibus commodis spiritualia munerata addamus, quibus fidelium devotio, & merita crescere magis, & augeri possint, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, qui in dictum Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac deinde in exitu, si quidem confessi & contriti sacram communionem devotè receperint, atque etiam, si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus, & largimur.

§. 19. Quocirca dilectis filiis causarum Curie Camerae Apostolicæ generali Auditori, ac venerabilium fratrum nostrorum Lauretan. & Anconitan. Episcoporum Vicariis in spiritualibus generalibus Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præfatos literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectorum, & Scholarum hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præfatio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem præfatos, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Rectores, & Scholares præfatos illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradicere quoscumque, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas, servata forma Concilii Tridentini, & iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Civitatis Lauretan. juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda, & tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præfatis pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat

privilegia
regia
regio, &
privilegia
concessa,
C. 1. §. 9.
C. 1. §. 10.

privilegia
regia
regio, &
privilegia
concessa,
C. 1. §. 9.
C. 1. §. 10.

privilegia
regia
regio, &
privilegia
concessa,
C. 1. §. 9.
C. 1. §. 10.

privilegia
regia
regio, &
privilegia
concessa,
C. 1. §. 9.
C. 1. §. 10.

privilegia
regia
regio, &
privilegia
concessa,
C. 1. §. 9.
C. 1. §. 10.

Decretum in
privilegia

Gratia spiri-
tualis Almaz
concessa.

Executores
præfatis bul-
la.

Contrarium
derogatis.

demtaxat specialiter & expresse Motu patri derogamus, contrariis quibuscumque, aut si quibusvis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Interdictionum sedis.

§. 21. Volumus autem, quod earundem presentium transcriptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curie Ecclesiasticae, seu personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra, ac aliis ubicumque opus fuerit, habeatur, quae haberetur eisdem presentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Sensibile per nolum.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae erectionis, institutionis, statuti, ordinationis, indulti, adunctionis, declarationis, confirmationis, subjectionis, submissionis, impartitionis, constitutionis, deputacionis, decreti, concessionum, largitionis, mandatorum, derogacionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1227. Kal. Junii, Pont. nostri Anno 5.

LXV. Confirmatio, & innovatio Constitutionum Sixti V. Clem. VIII. & Pauli V. super prohibitione alienandi Fortalitia, & Castra, aliaque bona Jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolicae licentia.

Earumque declaratio & extensio respectu quoad Castra diruta, Tenutas, & Pradictionem non Jurisdictionalia in consensibus loci Jurisdictionalis, est bona in dicto Statu in consensio Principum exterorum sine illorumque locationes, & Census annuorum super praemissis omnibus impositiones, & impostorum venditiones.

Prohibitionem Sixti V. de huiusmodi alienationibus habes supra in const. 1. Sollicitudo, tom. 2. Innovationem vero, & declarationem Clement. VIII. habes in 3. tom. const. 78. Romanam. Et earundem confirmationem ac pariter innovationem Pauli V. habes sup. const. 108. Pastorale, tom. 3. Terminum demum praerixit partibus ad revocandum alienata contra formam istius Constitutionis, ut inf. constitut. 72. Sedes Apostolica.

Urbanus D. V. R. B. A. N. Y. S. E. P. I. S. C. O. P. U. S. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Dicens, & equum esse censemus, ut Nos, qui ex onere Pastoralis Officii, subditorum commodis assidue invigilamus, Sedis Apostolicae Jura tueri nullo pacto negligamus, & proinde Jurisdictiones temporales eidem Sedi subjectas, quovis praetextu, vel colore a quoquam usurpari, aut illis gravamina, seu incommoda inferri non permitramus, & si super Constitutionibus Apostolicis per Rom. Pontifices praedecessores nostros editis dubia aliqua oriri contingat, nostrae declarationis remedio, abstractisque illarum interpretationibus, & quorumcumque contrahentium palliationibus, occurramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

§. 1. Cum itaque alias fel. rec. Sixtus V. considerans convenire, quod si Civitates, Castra, Oppida, Jurisdictiones, Fortalitia, praesertim feudalia vendantur, vel permittantur, seu etiam donentur ditioni temporali Sanctae Romanae Ecclesiae subditis, sive extraneis, vel forensibus, id ad Principis notitiam deducatur per suas, sub Dat. videlicet Kalend. Julii Pontificatus sui Anno Primo, omnibus, & singulis cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis existentibus, etiam Imperiali, Regali,

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

Stat. V. de his Rubr. prohibere ut Circa.

li, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & dignitate, etiam Ecclesiastica, quae specialem, & individuum mentionem requireret, praediti essent, ne Civitates, Castra, Oppida, Jurisdictiones, Fortalitia, & seu bona, aut loca jurisdictionalia huiusmodi in aliam, vel alios quoscumque, nisi de expressa praecedente sua, & pro tempore existentis Romani Pontificis licentia vendere, permutare, vel donare valerent, sub poena nullitatis contractuum huiusmodi prohibuerit, aliaque etiam circa praemissa statuerit.

§. 2. Et successively Clemens VIII. volens hominum malitiam, & fraudibus occurrere, & dubia, quae tunc super praemissorum interpretatione emergebant, declarare, per suas sub Dat. Prid. Non. Julii, Pontificatus sui Anno Decimo, prohibitionem, & statuta praedicta confirmaverit, approbaverit, innovaverit, declaraverit, extenderit, & ampliaverit, poenasque amissionis bonorum, & aliorum praedictorum contrafacientibus, ac privationis officiorum Tabellionibus, & Notariis, qui de contractibus, ut praefertur prohibitis, se rogarent, imposuerit, aliaque etiam jussit, & decreverit.

§. 3. Et insuper Paulus etiam V. Roman. Pontifex praedecessor noster, ne disposita per Sixtum, & Clementem praedecessores praefatos variis, & alienis ab eorum mente interpretationibus subverti, ac palliatis conventionibus eludi possent, etiam per suas sub Dat. duodecimo Kalend. Decembris, Pontificatus sui Anno Tertiodecimo confectas literas, nedum praemissa confirmaverit, & innovaverit, sed etiam declaraverit, & quatenus opus esset, ad quodcumque genus contractuum, & conventionum extenderit, & ampliaverit, ac licentiam praedictam in scriptis prius obtinuerit, & in actu celebrationis contractus apud Notarium exhiberi mandaverit, & contrafacientes nullitatis contractuum, & privationis rei alienatae, seu translate, vel gravatae, Tabelliones, seu Notarios poenas falsi, ac privationis officiorum omnium, quae obtinerent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum excercenda incurrere voluerit, aliaque similiter disposuerit, prout in singulis literis praedictis plenius continetur.

§. 4. Ab inde vero citra hominum versutiam, & artificium adversus praedictarum literarum tenorem, vel ipsorum praedecessorum verisimilem intentionem, & mentem, cautelas, & modos aliquos, absque praedicta Romani Pontificis licentia alienandi, & contrahendi adinvenit, & excogitaverit alienando, & respectively acquirendo Castra diruta, seu tenutas jurisdictionales, etiam cum retentione, seu reservatione Jurisdictionis, ac etiam Barones, seu Domicelli, Casalia, Tenutas, sive praedia, etiam non Jurisdictionalia in consensibus Territorii alterius Civitatis, Castri, Oppidi, vel loci Jurisdictionalis alterius Baronis, seu Domicelli existentia, illa etiam, nulla Romani Pontificis obtenta licentia, alteri Baroni, seu Domicello convicino vendiderint, seu alienaverint, & respectively emerint, seu acquisiverint, & ex praedictis alienationibus, & acquisitionibus respectively dubitari possit, ne tempore saltem procedente, jurisdictione aliqua usurpetur, ac termini, seu fines jurisdictionales confundantur, aut protrahantur, vel illam usurpandi, seu illos confundendi, & protrahendi occasio inde aliqua praebatur, etiam in praerudicium Sedis, & Camerae Apostolicae, ac praesertim in eventum cujuscumque apositionis Feudi, & devolutionis, seu cujuscumque alterius acquisitionis Civitatum, Castrorum, Oppidorum, seu locorum Jurisdictionalium, aut Casalium, seu Tenutarum, sive praediorum eorundem.

§. 5. Nos attendentes, praedictas literas ad hoc, ut omnia Principi innotescant, emanasse, & verisimilem eorundem Pontificum praedecessorum nostrorum intentionem extitisse, ne ullo modo Camerae praefatae praerudicium aliquod inferri possit, easdemque rationes, etiam in huiusmodi contractibus, alienationibus, ac acquisitionibus militare, ex praedictis, & seu aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, & remedium opportunum exquirentibus adducti, singularum literarum praefatarum, ac alienationum, acquisitionum,

permanere...

Clem. VIII....

Et Paulus...

Notariis...

Idem ex...

Idem ex...

Idem ex...

Idem ex...

Idem ex...

& contractuum quorumcumque, necnon omnium in singulis literis predictis expressorum, & aliorum hic etiam de necessitate exprimentorum tenores presentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, deque Apost. potestatis plenitudine, hac nostra perpetua valitura Constitutione singulari Sixti, & Clementis, ac Pauli predecessorum nostrorum predictorum literas predictas approbamus, & confirmamus, ac etiam, quatenus opus sit, innovamus.

§. 6. Præterea quascumque venditiones, seu alienationes, ac locationes ultra triennium, cujuscumque Civitatis, Oppidi seu diruti, seu Tenuræ jurisdictionalis, vel cujuscumque Casalibus, Tenuræ, seu prædii, etiam non Jurisdictionalis, in confinibus alterius Civitatis, Castri, Oppidi, seu loci jurisdictionalis, ejusve Territorii sit, & etiam ab uno tantum latere confinantis, hæcenus à die Dat. ultimò dictarum literarum, per quemcumque Baronem, seu Domicellum cuicumque alteri Baroni seu Domicello, Civitatem, Oppidum, Castrum, seu locum quemcumque jurisdictionalem, ejusve Territorium in confinio quomodolibet positum possidenti, cujuscumque qualitatis, conditionis, status, gradus, & dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, etiam speciali, ut præfertur, & individua nota dignæ, ipsi alienantes, & locantes, ac etiam acquirentes, & conducentes fuerint, & sint, sive simpliciter, sive cum assertione non existentis Jurisdictionis, sive cum Jurisdictionis penes venditorem, seu alienantem retentione, seu reservatione, aut aliâ quomodolibet factâ, etiam huc usque effectum plenum sortitas ultimò dictarum literarum dispositioni, quoad nullitatem præfatarum alienationum, acquisitionum, & contractuum dumtaxat subjacuisse, & subjacere, & hujusmodi alienationes, acquisitiones, & contractus inter Barones, seu Domicellos, ut præfertur, factas, & inde sequuta quæcumque, nulla, nulliusque roboris, aut momenti fuisse, & esse declaramus.

§. 7. Ac Tabelliones, & Notarios de illis rogatos, sub eadem privationis Officiorum, aliisque nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio incurrendis poenis, Instrumenta, & scripturas de super jam factâ, Nobis, & Cameræ præfatæ intra sexaginta dies à die infra scriptæ publicationis presentium computandos, revelare, & cum effectu exhibere teneri volumus, & mandamus.

§. 8. Denique singulas literas predictas, & in eis contenta quæcumque, tam ad venditiones, permutationes, & quascumque alienationes, & locationes, etiam ad triennium, vel quantumvis minus tempus, à quocumque, etiam non Barone, de Casalibus, Tenuris, seu prædiis non Jurisdictionalibus, quæ in confinibus, etiam ab uno tantum latere alicujus Civitatis, Castri, Oppidi, vel loci jurisdictionalis, vel ejus Territorii consistant, de cætero directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè, ac aliâs quomodolibet alicui Baroni, ut præfertur, Jurisdictionem, seu bona in confinio possidenti.

§. 9. Ac etiam ad quascumque locationes bonorum quorumcumque in Statu nostro Ecclesiastico, in confinio tamen Domini cujuscumque Principis exteri, etiam Nobis, mediatè, vel immediatè subjecti existentium, cuivis etiam non Baroni, qui tamen noster subditus non sit, vel esse quandocumque deserit, quæ eo ipso illæ nullæ sint, & resolvantur, faciendas.

§. 10. Quam etiam ad quascumque impositiones, venditiones, cessiones, alienationes censuum annuorum, juxta Constitutionem per piæ memoriæ Pium Papam V. etiam predecessorum nostrorum de creandis censibus editam super prædictis Civitatibus, Castris, Oppidis, locisve jurisdictionalibus, aliisque bonis non jurisdictionalibus, in confinio alicujus Civitatis, Castri, Oppidi, seu loci jurisdictionalis, ut præfertur, ejusve Territorii, etiam ab uno tantum latere confinantis, existentibus, per quoscumque Barones, seu Domicellos, et alios quoscumque, etiam Communitates, Universitates, & quoruscumque Monasteriorum, Ecclesiarum, Beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliorum priorum locorum Superiores, & Conventus, Capitula, Rectores, Beneficiarios, & Governatores, seu Administratores respectivè in futurum imponendorum, ac tam quoad illos, quàm etiam quoad antea jam impositos vendendo-

rum, cedendorum, seu alienandorum, ad favorem cujuscumque, ita quod nullum jus prælationis in emendis præfatis Civitatibus, Castris, Oppidis, aut locis jurisdictionalibus, sive non jurisdictionalibus, præfatis Censuariis, aliisque ab ipsis causam pro tempore quomodolibet habentibus, unquam tribuant in præjudicium dictæ Cameræ, quæ eidem Censuariis, & aliis præfatis semper erit præferenda, sive emat ad effectum retinendi, sive intra annum à die emptionis computandum, cuilibet alteri rem emendâ vendendi, vel cedendi, extendimus, & ampliamus.

§. 11. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ præfatæ Clericos, Præfidentes, necnon caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos, judicati, & definiti, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Injungentes, & mandantes in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna indignationis nostræ, eidem Legatis, Vicelegatis, Governatoribus etiam Urbis, ac Judicibus, & nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Statu nostro Ecclesiastico existentibus, & cuilibet eorum, ut præfentes nostras, & in eis contenta quæcumque in Urbe, ac Statu præfatis ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, perpetuè observari mandent, & faciant, & pro omnium, & singulorum præmissorum inviolabili observatione contra inobedientes, & præmissis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus Juris, & facti remediis opportunis procedant, omni & quacumque appellatione remota.

§. 13. Non obstantibus præfata Pii V. super creandis censibus, & nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus predecessores præfati in dictis eorum literis voluerunt non ob stare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 14. Ut autem præfentes omnibus innoscescant, volumus, & Apost. auctoritate decernimus, quod illæ in valvis Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ & publicatæ fuerint, quoscumque tam in Romana Curia, & Statu præfato, quàm extra eos existentes perinde obligent, & & ardeant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

§. 15. Quodque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, extensionis, ampliationis, injunctionis, mandati, voluntatis & decretorum nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1627. Kal. Junii, Pont. nostri Anno 4.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1627. Indiç. 10. die verò 20. mensis Junii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus 4. retrospectæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem eisdem literis per aliquantulum temporis spatium appensis, deinde amotis, per nos Paulum Barroccium, & Camillum Fundat. S. D. N. Papa Curf.

Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Curf. pro Mag. Curf.

L Nova

Vertical marginal notes on the left side of the page, containing various legal and administrative references.

Vertical marginal notes on the right side of the page, including references to 'Mandatum' and 'Publicatio in Urbe'.

LXVI. Nova erectio Collegii in Civitate Pragensi Regni Boemiae Metropoli, in quo Scholares Germanicae Nationis sustentandi, & Sacrae Theologiae, caeterisque liberalibus disciplinis imbuendi sunt. Ac reddituum attributio, Indulgentiarumque concessio, & communicatio.

Instituisse olim istud Collegium Gregor. XIII. scias, & desuper Apostolicas literas expeditas non fuisse probabile est, prout narratur hic in §§. 2. & 3. Et parum estiam hujusmodi Collegium processisse, ob quas causas S. D. N. Urban. VIII. de novo illud ex integro erigit.

Unum Collegium pro Adolescentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana sumptibus Sacrosanctae Domus alendis, & ut supra imbuendis, fundaverat hic idem Pont. ut in Constit. 64. Zelo Domus Dei, hic sup. Et deinde alia duo pro Scholaribus pariter Germanicae Nationis erexit. Unum in Civitate Viennensi, ut in Constit. seq. Et aliud in oppido Fuldensi, ut infra Constit. 96. Quoniam.

Edicta An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam divinae bonitati visum est humilitatem nostram turbulentiis Christianae Reipublicae temporibus ad universalis Ecclesiae regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia, ea potissimum, sicut officii nostri ratio postulat, cogitare, & agere non destitimus, quae ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam cognovimus pertinere.

§. 1. In primis vero animo recolentes amplissimum Boemiae Regnum, quod superioribus saeculis inter caeteras Germanicae Nationis laudes, atque virtutes tanto sinceræ fidei, & Christianae religionis cultu eminere solebat, ut reliquis Christianae Reipublicae partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori esset, nunc tantisque in eo instinctu Satanæ excitatis de Religione diffidis ita miserandum in modum afflictum, & deformatum esse, ut nemo vel mediocri pietate praeditus, sine lachrymis tam grave animarum iacturam recordari, nedum intueri queat, curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisque sumptibus parcens, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

§. 2. Ac providè considerantes fel. record. Gregorium Papam XIII. praedecessorem nostrum, optimo quidem consilio Collegium in Civitate Pragen. dicti Regni Metropoli Quadraginta alendorum, ac Latinis literis, Logica, Physica, aliisque liberalibus disciplinis, ac sacrae demum Theologiae, necnon piis, & Christiano nomine dignis moribus instituendum Germanicae Nationis puerorum causa eidem Collegio mille quingentorum triginta Talerorum Imperialium summa assignata, quam de praesenti Camera nostra Apostolica persolvit, alias Apostolica auctoritate erexisse, & instituisse, ut ii non per se solam boni, doctique evaderent, sed habendis concionibus, ac disputationibus, refellendis haeresibus, fideique orthodoxae veritati dilucidandae, ac praeterea exercendae animarum curae, aliisque piis & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quam maximum in Ecclesia Dei fructum ex se proferrent.

§. 3. Id tamen ejus coeptum atque conatum, tum propter obitum ipsius, tum ob varias, quae postea sequuta sunt, temporum & rerum difficultates, parum processisse, imò nec literas Apostolicas super hujusmodi erectione, & institutione expeditas fuisse verisimiliter credendum esse, cum factis plurimis, tam in Romana Curia, quam in dicta Civitate Pragensi diligentibus, tales literae reperiri non potuerim.

§. 4. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, praesertim hoc tempore, quo Regnum Boemiae summa operationum Catholicorum inopia laborat, totis viribus,

prout ex susceptae servitatis officio tenemur, promovendum animum, & mentem nostram convertentes, ac coeptum, & conatum dicti Gregorii praedecessoris, quantum in Nobis est, renovare intendentes, maturè desuper cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi de propaganda Fide praefectis habito consilio, Motu proprio, non ad alienjus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, sanctaeque ipsius Ecclesiae incrementum, praecipuamque Germanicae Nationis salutem, & commodum, in dicta Civitate Pragensi rursus Collegium praefatum, Pragensè appellandum, in quo posthac non minus quam viginti Alumni, videlicet ex Boemia octo, ex Silesia tres, ex Lusatia duo, ex utroque Palatinatu etiam duo, ex Brandenburgica Marchia similiter duo, & ex ambabus Saxonibus alii pariter duo, ex Hassia vero unus colligendi, dictis scientiis, & disciplinis, necnon sacris Canonibus institui, atque erudiri, & contingerit ex Silesia, Lusatia, utroque Palatinatu, ex Brandenburgia, Hassia, & utraque Saxonia Alumnos haberi non posse, tunc & eo casu, post factas à Rectore dicti Collegii, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro, & Sedis Apostolicae Nuntio apud charissimum in Christo filium nostrum modernum, & pro tempore etiam existentem Romanorum Regem Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Boemi in locum eorum assumi debeant, Apostolica auctoritate praefata, tenore praesentium de novo ex integro perpetuè erigimus, & instituimus.

§. 5. Illique sic erecto, & instituto pro congrua ejus dotatione, ac Alumnorum praefatorum, & illis inservientium personarum sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, redditus annuos mille quingentorum triginta Talerorum hujusmodi ex Camera Apostolicae pecuniis quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimestres singulos pro rata solutione, quoad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus eidem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris fuerit provisum, eidem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

§. 6. Caeterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jesu in hoc educandorum, instituendorumque adolescentium munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso satis cognita sit, atque perspecta, eidem Collegium, atque Scholares illius, ipsorum, sicut prius fuit, regimini, institutioni, doctrinae, atque prudentiae eadem auctoritate etiam perpetuè subjicimus, atque submittimus.

§. 7. Praeterea, ut ejusdem Collegii conservationi, bonoque regimini, tam in his, quae ad Scholarium institutionem, & disciplinam, quam quae ad victum, vestitum, aliaque hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis, paratumque auxilium sit, dictos S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi praefatae Praefectos nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Pragen. similiter nunc, & pro tempore existentem, ita tamen ut in gravioribus nihil praecipere aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuntii praefati, quibus aliquid eorum, quae in hac fundatione, vel in Regulis à Congregatione praefata approbata continentur, immutare minimè licebit absque ejusdem Congregationis, vel Romani Pontificis expressa licentia, deputate possint & valeant, eadem auctoritate constituimus, & creamus.

§. 8. Illique ac Viceprotectori praefato pro salubri illius conservatione, Alumnorum, bonorum, & rerum, ac jurium temporalium, & spiritualium ejusdem Oeconomos, Advocatos, Procuratores in eo deputandi, & amovendi, & alios eorum loco substituendi, differentias, lites, & controversias inter quascumque personas, tam Alumnorum, quam ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas summarè, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu Judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, Statutaque

quae Praesentibus, & conatum dicti Gregorii praedecessoris, quantum in Nobis est, renovare intendentes, maturè desuper cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi de propaganda Fide praefectis habito consilio, Motu proprio, non ad alienjus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, sanctaeque ipsius Ecclesiae incrementum, praecipuamque Germanicae Nationis salutem, & commodum, in dicta Civitate Pragensi rursus Collegium praefatum, Pragensè appellandum, in quo posthac non minus quam viginti Alumni, videlicet ex Boemia octo, ex Silesia tres, ex Lusatia duo, ex utroque Palatinatu etiam duo, ex Brandenburgica Marchia similiter duo, & ex ambabus Saxonibus alii pariter duo, ex Hassia vero unus colligendi, dictis scientiis, & disciplinis, necnon sacris Canonibus institui, atque erudiri, & contingerit ex Silesia, Lusatia, utroque Palatinatu, ex Brandenburgia, Hassia, & utraque Saxonia Alumnos haberi non posse, tunc & eo casu, post factas à Rectore dicti Collegii, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro, & Sedis Apostolicae Nuntio apud charissimum in Christo filium nostrum modernum, & pro tempore etiam existentem Romanorum Regem Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Boemi in locum eorum assumi debeant, Apostolica auctoritate praefata, tenore praesentium de novo ex integro perpetuè erigimus, & instituimus.

Illique sic erecto, & instituto pro congrua ejus dotatione, ac Alumnorum praefatorum, & illis inservientium personarum sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, redditus annuos mille quingentorum triginta Talerorum hujusmodi ex Camera Apostolicae pecuniis quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimestres singulos pro rata solutione, quoad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus eidem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris fuerit provisum, eidem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

Caeterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jesu in hoc educandorum, instituendorumque adolescentium munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso satis cognita sit, atque perspecta, eidem Collegium, atque Scholares illius, ipsorum, sicut prius fuit, regimini, institutioni, doctrinae, atque prudentiae eadem auctoritate etiam perpetuè subjicimus, atque submittimus.

Praeterea, ut ejusdem Collegii conservationi, bonoque regimini, tam in his, quae ad Scholarium institutionem, & disciplinam, quam quae ad victum, vestitum, aliaque hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis, paratumque auxilium sit, dictos S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi praefatae Praefectos nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Pragen. similiter nunc, & pro tempore existentem, ita tamen ut in gravioribus nihil praecipere aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuntii praefati, quibus aliquid eorum, quae in hac fundatione, vel in Regulis à Congregatione praefata approbata continentur, immutare minimè licebit absque ejusdem Congregationis, vel Romani Pontificis expressa licentia, deputate possint & valeant, eadem auctoritate constituimus, & creamus.

Illique ac Viceprotectori praefato pro salubri illius conservatione, Alumnorum, bonorum, & rerum, ac jurium temporalium, & spiritualium ejusdem Oeconomos, Advocatos, Procuratores in eo deputandi, & amovendi, & alios eorum loco substituendi, differentias, lites, & controversias inter quascumque personas, tam Alumnorum, quam ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas summarè, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu Judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, Statutaque

Et consideranda Greg. XIII. in Civitate Pragen. d. Regni Metropoli erexisse Collegium pro 40 novis Nationis Germanicae ibi alendis, & in liberalibus disciplinis, sacrae Theologiae, & sacris moribus Christianis, in quibus, a signata summa 1530. Talerorum Imperialium à Camera Ap. exsolvenda. Sed novum istud Collegium profectum, nec desuper literas Apostolicas expeditas fuisse ob reverentiam, & comparationem diff. & caetera.

Protektoribus, ac Viceprotectori praefato, facultates datur.

ordinaciones disciplinam Scholasticorum, & studia Alumnorum prefatorum concernentia, æqua tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia faciendi, & condendi, eaque cum opus fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & correctæ fuerint, perinde habeantur, & observentur, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberi & inviolabiliter observari mandamus, plenam & liberam auctoritate & tenore præmissis concedimus facultatem.

§. 9. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem presbyterum dicti Collegii pro tempore existentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patris, & parentes Alumnorum, qui recipiuntur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint, cum die, & mense ingressus, & egressus illorum ad Nuntium prefatum transmittere, ut ipse Nuntius illum dictæ Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto catalogo exprimi, insigniore verò Alumnorum prefatorum actiones in eodem libro annotare, eaque suo tempore eidem Nuntio significare, ut pariter de illis eandem Congregationem certiore facere valeat, quas ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit, præmio cohonestentur.

§. 10. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissime descriptæ sint, illæque singulis annis ad minus eidem Nuntio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium, vulgò Bilancium nuncupatum, in quo provisio Collegii, & alia quæ ipsius Collegii, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipsius Collegii, & Alumnorum sustentatione impenderit, notata existant, ut similiter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti possit, etiam habere. Si quod autem de tota summa pensionis Pontificiæ, redditus rationibus, supererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in necessariis libris emendis, vel in vestiendis Alumnis dimitendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii necessitatibus arbitrio Nuntii, & Archiepiscopi Pragen. prefatorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

§. 11. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos studiorum vel ceptorum, vel consummatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrendum Patriæ necessitatibus reddantur, eidem Alumnis, ut cum solis literis testimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore existentis Archiepiscopo Pragen. offerendis, ab eoque subscribendis, ac ejus sigillo muniendis, nisi forte Alumni prefati suos Ordinarios habuerint, à quibus dimissiones à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines sine aliquo beneficii, vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id à jure statuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minusque servatis ad id à Concilio Tridentino prefato designatis interstitiis, dummodo ad id aliàs reperiantur idonei, promoveri, & postquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tam ipsi, quàm ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, etiam die Paschalis, & Extremæ-Undionis Sacramenta à Confessario aut alio Sacerdote ipsius Collegii à dicto Rectore constituendo suscipere libere, & licite valeant, auctoritate & tenore præmissis de speciali gratia indulgemus.

§. 12. Verùm, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitati succurratur, Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Provinciarum beneficiorum Collatores, & Collatrices seridè requirimus, & monemus, ut in illis conferendis, & prefertim si beneficia hujusmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos prefatos aliis omnibus cæteris paribus præferant: Nuntios quoque

Sedis Apostolicæ, aliosque Prelatos supradictarum Provinciarum, in quorum diocesi Alumni prefati extiterint, similiter monemus, & hortamur, ut in occurrentibus beneficiorum, & prefertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoquo modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, præcipueque nostra Pontificia gratia dignis, Nos, successoresque nostros Roman. Pontifices pro tempore existentes certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatibus, Canonicatibus, & Præbendis parochialibus Ecclesiis, & aliis beneficiis per collationem, vel electionem in Alumnorum Patriis providendis, aliis omnibus, cæteris paribus, tam in Romana Curia, quàm in Ecclesiis suis originalibus præferri volumus & decernimus.

§. 13. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, omnia & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulgentias, quibus Studium generale Almæ Urbis nostræ, & illius Rectores, Doctoresque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quibusque Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujusmodi, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia, eisdem auctoritate, & tenore communicavimus.

§. 14. Ut verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque jungamus, quibus fidelium devotio, & merita crescere magis, & augeri possint, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilii, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, & deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

§. 15. Postremò quæcumque Regulas, & Constitutiones ad ejusdem Collegii, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac Alumnorum prefatorum receptionem, admissionem, vitium, amicum, instructionem, disciplinam, & alia quomodolibet pertinentia, à dicta sacra de Propaganda Fide Congregatione die nona Novembris millesimi sexcentissimi vigesimi sexti edita, etiam perpetuè approbamus, & confirmamus, illaque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

§. 16. Decernentes præmissa omnia, & singula, ac præsentibus nullo unquam tempore ex quibusvis causis de subreptionis, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci posse, nec quemquam ad easdem præsentibus in Camera Apostolica, juxta Constitutionem piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut aliàs quocumque præsentandum, insinuandum, & registrarum faciendum teneri, neque propterea illas irritas esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio prefata, & alia contraria minime emanassent.

§. 17. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, Alites, & delegatos, etiam Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, Vicecamerarium, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac alios ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

quæ circa

§. 9. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem presbyterum dicti Collegii pro tempore existentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patris, & parentes Alumnorum, qui recipiuntur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint, cum die, & mense ingressus, & egressus illorum ad Nuntium prefatum transmittere, ut ipse Nuntius illum dictæ Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto catalogo exprimi, insigniore verò Alumnorum prefatorum actiones in eodem libro annotare, eaque suo tempore eidem Nuntio significare, ut pariter de illis eandem Congregationem certiore facere valeat, quas ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit, præmio cohonestentur.

quæ circa

Privilegia

Episcopos in

Collegio, & ejus personis communicatis privilegiis studiis generalis Urbis. Hac privilegia leg. c. 1. §. 1. Bonif. 8. tom. 15.

Indulgentiæ quocumque ceteris dicit.

Statuta à Congregatione de Propaganda Fide pro regimine Collegii edita approbati, & observari mandant.

Clausulæ prefatorum unius addita.

Alites, & delegatos, etiam Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, Vicecamerarium, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac alios ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sanctissimus
hinc conf.
de iustis

§. 18. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Praegen. Nuntio prefato, ac dilecto filio causarum Curie Camere Apostolicæ generali Auditori Motu pari mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes nostras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem presentes, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Rectorem, & Alumnos huiusmodi illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoscumque, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas servata forma ejusdem Concilii Tridentini etiam iteratis vicibus aggravando, in veniatis etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Curvatis
abrogat.

§. 19. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non concedendis, ac prefata Gregorii prædecessoris huiusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, ac quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis, etiam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem presentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si quibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptis
erudi mada.

§. 20. Volumus autem, quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curie Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides, in iudicio, & extra, ac aliis ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctissimum
præsentium
per ad illi.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, attributionis, subjectionis, submissionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, indulti, communicationis, concessionis, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An.
die 1. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kalend. Junii, Pontificatus nostri Anno 4.

Nova Institutio Collegii in Civitate Viennæ Austriæ pro Scholaribus Germanicæ Nationis ibi in liberalibus Disciplinis, Sacra Theologia, & piis moribus instruendis, cum conventuum assignatione, & Privilegiorum concessione, & communicatione.

Viennense Collegium institutum fuit à Greg. XIII. cujus institutionis Bullam cum verisimiliter credendum sit non fuisse expeditam, & ob varias temporum, ac rerum causas prædictum Collegium parum processerit, hic Summus Pontifex iterum illud fundat, & erigit.

Alia Collegia à Sanctiss. D. N. Urbano VIII. instituta, seu restituta, & ad propagationem Catholicæ Fidei utilissima, lege ad contrit. præcedentem notata, quæ hic repetere otio non careret.

URBANUS PAPA VIII. *Edicta A.*
Ad perpetuam rei memoriam. *1627*

Quoniam divinæ bonitati visum est, humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia, ea cogitare, & agere non destitimus, quæ sicut officii nostri ratio postulat, ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maxime cognovimus pertinere.

Causa
erectionis

§. 1. In primis verò animo recolentes amplissimam Germaniæ Provinciam, quæ superioribus sæculis inter fortissimæ ipsius Nationis laudes, atque virtutes, tanto sinceræ Fidei, & Christianæ Religionis cultu eminere solebat, ut reliquis Christianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori esset, nunc tot, tantisque in ea instinctu fatanæ excitatis de Religionis dissidiis, ita miserandum in modum afflictam & deformatam esse, ut nemo vel mediocri pietate præditus sine lacrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, eam præcipuè curam suscipimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisve sumptibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus, ac providè considerantes fel. rec. Gregorium Papam XIII. prædecessorem nost. um optimo quidem consilio Collegium in Civitate Viennensi Austriæ quadraginta alendorum, ac Latinis literis, Logica, Physica, liberalibus Disciplinis, ac sacra demùm Theologia, necnon piis, & Christiano nomine dignis moribus instruendorum Germanicæ nationis puerorum causa eidem Collegio mille trecentorum octoginta scutorum monetæ summa assignata, quam de præfati Camera nostra Apostolica solvit, aliàs Apostolica auctoritate erexisse, & instituisse, ut in non per se solum boni, doctique evaderent, sed habendis concionibus, & disputationibus, refellendis hæresibus, fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea exercendæ animarum curæ, aliisque piis, & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quàm maximum in Ecclesia Dei fructum ex se proferrent, tamen id ejus ceptum, atque conatum tum per obitum ipsius, tum ob varias, quæ postea sequuntur sunt, temporum & rerum difficultates parum processisse, immò nec literas Apostolicas super huiusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimiliter credendum sit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quàm in dicta Civitate Viennensi, diligentibus, literæ Apostolicæ super huiusmodi erectione non potuerunt reperiri expeditæ.

Erectionis
in
stipulis
Collegii
in Viennæ
si, de qua
fabricta.

§. 2. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, præsertim hoc tempore, quo Germania summa operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, prout ex susceptæ servitutis officio tenemur, promovendum animum, & mentem nostram convertentes, ac ceptum, & conatum dicti Gregorii prædecessoris

renovare ipsi... de propaganda fide... ac de Apostolica potestate plenitudine...

§. 3. Illique sic erecto, & instituto pro congrua ejus dote, ac Alumnorum praefatorum...

§. 4. Caeterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jesu in hoc educandorum...

§. 5. Praeterea, ut ejusdem Collegii conservati, bonoque tam in his, quae ad Scholasticam institutionem...

§. 6. Illisque ac Viceproteктору praefato pro salubri illius conservatione, Alumnorum bonorum, & rerum, ac Jurium temporalium...

fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi...

§. 7. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam...

§. 8. Ac denique alium librum, in quo dati, & acceptationes diligentissime, & clarissime descriptae...

§. 9. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos studiorum aut ceptorum, vel consummatorum labores...

§. 10. Verum, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitati succurratur...

LXVII

1617

1618

1619

Modus, & forma admissionis Alumnorum

Ac admissionis rationis temporum

Alumnorum privilegia in susceptione sacrorum Ordinum

Et in provisione beneficiorum ecclesiarum

is assigna- d. Collegii de feriori...

dem Col- legii regimi- ni, & insti- tutio de- mandatio hujus Soc.

Alumnorum, Viceprote- ctore Collegii

Terendum subditur, & facultate.

animarum libertatem vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoque modo ad Sedem Apostolicam pertinuit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, precipueque nostra Pontificia gratia dignis, Nos, Successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore similiter existentes, certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatibus, Canonatibus, & Præbendis, parochialibus Ecclesiis, & aliis beneficiis Ecclesiasticis per collationem, vel electionem in Alumnorum patriis providendis, aliis omnibus cæteris paribus, tam in Romana Curia, quam in Ecclesiis suis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Communicatio omnium privilegiorum, & indulgentiarum studio generali Præbendis, & ceteris. Habes Const. 9. Bonif. 8. 1401.

§. 11. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus & Gubernatoribus omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulgentias, quibus studium generale Urbis nostræ, & illius Rectores, Doctoresque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterant quomodolibet in futurum, quibusque Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujusmodi, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere possint, & valeant, in omnibus, & per omnia eisdem auctoritate, & tenore communicamus.

Indulgentia plenaria etiam.

§. 12. Ut verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque jungamus, quibus fidelium devotio, & merita crescere magis, & augeri possint, de ejusdem omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, & deinde in exitu quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Approbatio Statutorum à Congregatione de propaganda fide pro ipsius Collegii gubernatione, & ceteris. Habes Const. 1401.

§. 13. Postremò quascumque regulas, & constitutiones ad ejusdem Collegii, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admissionem, vicium, amicum, instructionem, disciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta sacra de propaganda fide Congregatione die nona Novembris millesimi sexcentissimi vigesimi sexti edita, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illaque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

Clauſula præfatorum.

§. 14. Decernentes præmissa omnia, & singula, ac præsentia nostras literas ullo unquam tempore ex quibuscumque causis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in jus, vel controverſiam vocari, seu ad terminos juris reduci posse, nec quencquam ad eandem præsentia in Camera Apostolica, juxta Constitutionem piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut alias quandocumque præsentandam, insinuandum, & registrari faciendum teneri, neque propterea illa invalida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio præfata, & alia contraria minimè emanassent.

Clauſula præfatorum.

§. 15. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Camere Apostolicæ Præsidentes Clericos, ejusdem S. R. E. Camerarium, Vicecamerarium, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac alios dicte Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & desiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum istius constit. de jure.

§. 16. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Viennæ Nuntio præfato, necnon dilecto filio causarum Curie Camere Apostolicæ generali Auditori Motu pari per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo,

aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentia nostras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujusmodi fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque efficaci defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentia, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum pro tempore spectabit, firmiter & inviolabiliter observari, ac Rectorem, & Alumnos hujusmodi illis pacificè frui, & gaudere, non permittentibus eos desuper per quoscumque indebitè moleſtari, contradicere, quolibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac censuras & pœnas ipsas servata forma ejusdem Sacri Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contraria abrogata.

§. 17. Non obstantibus nostris de gratiis ad instar non concedendis, ac præfata Gregorii prædecessoris hujusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, necnon quibusvis Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis, etiam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo communi dicte Collegii, aut alicujus Curie Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 18. Volumus autem, ut præsentium transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo communi dicte Collegii, aut alicujus Curie Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Declaratio.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, attributionis, subjectionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, indulti, requisitionis, monitionum, exhortationis, communicationis, conjunctionis, concessionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kalendis Junii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kalendis Junii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Declaratio quod Fratres Capuccini sunt verè Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci, ac ex illius vera, & nunquam interrupta linea descendunt, ac sub illius Regula militant, & militarunt.

Hoc

Hoc idem decreverat Paul. P. ut sup. in eius Const. Ecclesia 54. tom. 3. Et eisdem ut Crucem propriam in publicis Processionibus ubique locorum deferre possent indulget in const. 107. Pactoralis. sup. tom. 3. Ac habitus eorum, vel consimilis de laessionem prohibuit Gregor. XV. sup. in const. 15. Ex injuncto, ubi aliam Gregor. XIII. habes super eadem materia const. insertam. Et de tota ipsorum Religione plenè notatum est ad const. 21. Clement. VII. sup. tom. 1.

Anno D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1627. Ad futuram rei memoriam.

SALVATORIS, & Domini nostri, qui charitas est, & Deus pacis, vices (licet immeriti) gerentes in terris, inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari sollicitudine jugiter incumbimus, ut Christi fideles, qui in sortem Domini vocati ejus obsequiis diu, noctuque mancipati sunt, sublati quibuslibet dubiis, & controversiis, Altissimo reddant abundantè fructus suos, nec ab iis, quorum est evangelizare pacem, & bona, veritatem verò temerè impugnando, pacem cum scandalo pusillorum scindere non verentur, à sua sancta vocatione distraherentur.

Dubitatum est tempore Pauli P. utrum fratres Capuccini, essent de una linea S. Francisci.

§. 1. Aliis siquidem à fel. rec. Paulo Papa V. prædecessore nostro accepto, à nonnullis in dubium revocari, an Fratres Ordinis ejusdem Sancti Francisci, Capuccini nuncupati, essent verè Fratres Minores, & etiam quoniam regulam Sancti Francisci profiterentur, filii Sancti Francisci, cum tempore Sancti Francisci instituti non fuerint, pariterque an eorum Constitutiones aliquid haberent, quod Regulæ Sancti Francisci repugnaret.

Idem Paulus prædecessor sua perpetuè valitura Constitutione declaravit, Fratres Capuccinos esse verè Minores, ac etiam quamvis tempore Sancti Francisci minimè instituti fuerint, cum tamen ejus regulam profiteantur, atque eorum instituta congruant tam regulæ statutis, quam ejusdem regulæ declarationibus, quæ habentur in Constitutione fel. rec. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, in generali Concilio Viennensi edita, quæ incipit, Exivit de Paradiso, filios Sancti Francisci, eorum præterea Constitutiones nihil continere, quod non sit regulæ Sancti Francisci præfate consentaneum, irritanti etiam decreto desuper apposito, & aliis prout in dicti Pauli Prædecessoris desuper apposito, & aliis formæ Brevis, sub die 15. Octobris M. DC. VIII. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Idem hoc idem in dubium revocatum præterea nonnullorum verborum.

§. 2. Idem Paulus prædecessor sua perpetuè valitura Constitutione declaravit, Fratres Capuccinos esse verè Minores, ac etiam quamvis tempore Sancti Francisci minimè instituti fuerint, cum tamen ejus regulam profiteantur, atque eorum instituta congruant tam regulæ statutis, quam ejusdem regulæ declarationibus, quæ habentur in Constitutione fel. rec. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, in generali Concilio Viennensi edita, quæ incipit, Exivit de Paradiso, filios Sancti Francisci, eorum præterea Constitutiones nihil continere, quod non sit regulæ Sancti Francisci præfate consentaneum, irritanti etiam decreto desuper apposito, & aliis prout in dicti Pauli Prædecessoris desuper apposito, & aliis formæ Brevis, sub die 15. Octobris M. DC. VIII. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Idem hoc idem in dubium revocatum præterea nonnullorum verborum.

§. 3. Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Genovesis, eorundem Fratrum Capuccinorum Procurator Generalis, Nobis super exponi fecit, prætextu illorum verborum, videlicet, Quamquam tempore Beati Francisci instituti non fuerint, à nonnullis in dubium revocetur, an iidem Fratres Capuccini ex vera, & nunquam intermissa linea Sancti Francisci originem trahant.

Quid istis Pat. annis collis declarando est ex veris, & nunquam interrupta linea S. Francisci regulæ militiæ.

§. 4. Nos æquum, & rationi consonum fore censentes, ut qui verbo, & exemplo veros se Beati Francisci imitatores ostendant, tales ab omnibus absque ulla controversia habeantur, attentiusque considerantes, eorundem Fratrum Capuccinorum originem, seu principium illorum esse realiter, & cum effectu computandum à tempore primævæ, & originalis institutionis regulæ Seraphicæ, cujus observantiam ipsi Fratres Capuccini semper sine aliqua interruptione continuaverunt, eorundem Fratrum Capuccinorum quieti, quantum Nobis ex Alto conceditur, consulere, eisdemque Fratres Capuccinos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel

causalatis, si quibus quomodolibet innodate existerent, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Francisci Procuratoris Generalis totius Ordinis eorundem Fratrum Capuccinorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, et prius per Venerabiles Fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales negotiis Regularium præpositos maturè discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hac nostra perpetuè valitura Constitutione, Fratres Capuccinos præfatos fuisse, & esse ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Francisci, & illius regulæ observatores, subque ipsius Beati Francisci regula militatæ, & ad præsens quoque militare.

Clausula sublatæ.

§. 5. Sicque ab omnibus, & singulis censeri, ac reputari, & judicari debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantè contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Extremum deponitur.

§. 6. Quocirca omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nuntiis per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Capuccinorum præfatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis, juxta præsentium continentiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradicere quolibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimeque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrarium derogatio.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides trana scripturam.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 4. d. 28. Junii 1627.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 28. Junii 1627. Pont. nostri anno 4.

Revocatio reservationum pensionum perpetuarum super Beneficiis Ecclesiasticis, ad Collegiorum, & piorum locorum favorem factarum, & Indultorum imponendi pensiones etiam temporales, quibusvis concessorum.

LXIX.

De pensionibus ultra disposita à sacris Canonibus, & à Concil. Trident. scias à Pio V. fuisse revocatas facultates transferendi hujusmodi pensiones quibuscumque Militiis concessas, ut in sua Const. 73. Sacrosanctum, sup. tom. 2. Sed postea multa ex eis nonnullas observaverunt reintegratio- nes, quas ut facilius invenias, quare in Indice, verbo Militiæ.

Quomodo verò, & quando super Ecclesiarum fructibus pensiones reservari possint definit Leo X. in const. 7. Suprema, tom. 1. §. 11.

Dat. An. D. 1627.

Sanctissimus D. N. Urbanus Divina providentia Papa VIII. qui pridem Beneficiorum Ecclesiastico-

Causa hujusmodi.

rum conservant, & exonerationi consultum volens, unionem Beneficiorum hujusmodi, praterquam in certis casibus factas, necnon facultates transfrendi pensiones, quae effectum integraliter sortitae non essent, pro summa quae medietatem veri valoris fructuum Beneficiorum, super quibus pensiones hujusmodi impostae forent, excederent, specialibus desuper editis regulis revocavit, libertati eorundem Beneficiorum plenius prospicere, & quod in antiquorum onerum moderatio- ne praecavit, multo fortius in novorum impositione avertere cupiens.

Revocatio facultatum reservationum pensionum perpetuarum.

§.1. Quaecumque reservationes pensionum perpetuarum super fructibus certis, vel incertis quorumvis Beneficiorum, non tamen Jurispatronatus laicalis existentium, etiam in favorem quorumcumque Collegiorum, Capitulum, Universitatum, Locorum, & Beneficiorum, etiam per Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales obtentorum, etiam Apostolica auctoritate, non tamen pro fundatione, seu donatione, aug- mento, vel conservacione Collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum, ad fidei Catholicae defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum factas, quae suum necdum sortitae sunt effectum.

Novum in- dultorum im- ponendi pen- siones etiam temporales. Hinc autem moderacionis istam Pont. sup. in Const. Sanctiss.

§.2. Necnon omnes, & quaecumque facultates, in- dulta, & privilegia imponendi quaecumque pensiones, etiam temporales super quibusvis Beneficiis, non ta- men Jurispatronatus laicalis existentibus, seu ad pen- siones jam antea Apostolica auctoritate desuper for- san, non tamen certis personis reservatas, personas sibi beneficas nominandi, etiam ad nominationem hujusmodi jam forsitan sit processum, quatenus tamen per Notarii desuper rogati, & duorum testium attesta- tionem non constat de reali, & integrali solutione ali- cujus termini singularum pensionum hujusmodi spe- cialiter, & expressè in eam causam ante publicationem praesentium facta, quibusvis personis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgen- tibus, quovis intuitu, & consideratione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac potestatis plenitudine, ac etiam quod in eis, quod illa sub revocationibus, & contrariis dispositionibus per Rom. Pontifices pro tem- pore existentes comprehendendi non posse, aut debere concessum foret, & aliis cum quibusvis aliis etiam derogatoriis derogatoriis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, & exprimerentur, haberi voluit pro expressis, vel aliis quovis modo, & ex quavis causa per quoscumque Rom. Pontifices praedecessores suos haecenus concessa revocavit, cassavit, & annullavit, ac viribus, & effe- ctu evacuavit.

Clausula subla.

§.3. Decernens sic in praemissis per quoscumque Ju- dices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ipsosque Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpre- tandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, necnon irritum, & inane quidquid secus super praemissis per quoscumque, etiam praetextu facultatum, indulto- rum, & privilegiorum praedictorum, scienter, vel igno- ranter contigerit attentari.

Comparationis derogatio.

§.4. Facultatibus, indultis, & privilegiis, aliisque praemissis, necnon regula de Jure quae sita non tollen- do, statuto, ordinatione, & declaratione Suae Sancti- tatis in crastinum ejus assumptionis ad summi Aposto- latus apicem editis, & in Cancellaria Apostolica sub die 21. mensis Octobris anni Millefimi sexcentefimi vicesimi tertii publicatis, quodque dicti Sanctae Roma- nae Ecclesiae Cardinales in Constitutionibus, & regulis per Sanctitatem suam post priorum suarum Constitu- tionum, & regularum editionem, & publicationem faciendam non includantur, nisi illae eorundem Cardi- naliu favore concernant, vel ipsae Constitutiones, & regulae edendae de ipsorum Cardinalium, vel majo- ris partis eorum consilio editae fuerint, aliisque re- gulis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-

cis, ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam ob- stantibus.

Pl. publicetur, & describatur. M.

Papa Jul.

Publicata 20. Julii hora decimaquarta in Cancellaria Apostolica 1627. A.Reg.

Leeta, & publicata fuit supradicta Constitutio Romae in Cancellaria Apost. Anno Incarnationis Dominicae Mil- lesimo sexcentesimo vigesimo septimo, die vero Martii 20. Julii, & registrata fuit in Quinterno Cancellariae Apostolicae, Pontificatus S.D.N. Papae anno quarto. Marcus Antonius Alcentius Procurator.

Publicatio An. 1. duob. Julii.

Concessio celebrandi Missam, & recitandi Of- ficium die quinta Februarii de Viginti tribus Martyribus ex Ord. Min. Sancti Francisci de Observantia Provinciae Discalceatorum San- cti Gregorii, Philippinarum, & Japoniae, pro Fratribus d. Ordinis ubique existentibus, & pro aliis quibuscumque Manilensis Dioecesis tantum.

LXX.

Isti Beati fuerunt Martyrio coronati cum tribus aliis de Societate Iesu, quorum Beatificationem ha- bes in Const. seq. Et alteram Beatificationem Pas- chalis Baylon hujus Ordinis professi, vide sup. in Pauli V. const. 101. In sede, tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. 1627. Ad perpetuam rei memoriam.

Alvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui Mili- tes suos inclutos, quorum mors pretiosa in conspectu ejus, immortalitatis corona donat in Caelis, vices quam immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium, praesertim Catholicorum Regum vota, per quae eorun- dem Sanctorum militum veneratio promovetur, & lau- datur Dominus in Sanctis suis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribusque & gratiis prosequi- mur opportunis.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Petrus Baptista Procurator Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, Discalceatorum nuncupatorum, Pro- vinciae Sancti Gregorii Philippinarum, & Japoniae, No- bis nuper exponi fecit, venerabiles fratres nostri S.R.E. Cardinales sacris ritibus praepositi, in Causa Canoniza- tionis viginti trium Martyrum, videlicet Petri Baptistae, & Sociorum ejus ex dicto Ordine, quorum nempe sex professi, ceteri vero laici familiares, & coadjutores eo- rundem sex professorum erant, quique omnes pro Christi nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangasaqui ex- tra muros in Regno Japoniae Cruci affixi, & transver- berati fuerunt, in Sacro Rotae Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dile- cto filio nostro Tiberio Tituli S. Priscae Presbytero Car- dinale Muto nuncupato, discussa, censuerint constare de martyrio, & miraculis. Ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri posse, Super- iores vero dicti Ordinis pro eo, quem erga eosdem Mar- tyres gerunt devotionis affectu, Officium, & Missam de illis, donec ad solemnem eorum Canonizationem, pro qua non solum dictus Petrus eorundem Fratrum nomi- ne, verum etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus, ac charissima in Christo fi- lia nostra Isabella Regina Catholica Hispaniarum, nec- non universa Civitas Manilen. & Chinen. seu Macha- nen. aliique Nobis per eorum literas ad Nos transmissas humiliter supplicarunt, deveniatur, ut infra recitari posse plurimum desiderant.

Supplicatio fuit Pont. facultate qua in no-

Su- a- con

§.2. Nos piis eorundem Superiorum votis hujus- modi, quantum cum Domino possumus, annuere, il- losque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volen- tes, eorumque singulares personas à quibusvis excom- municationis

Qui non eam con-

municationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatz existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus dicti Petri eorundem Superiorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio, ut de eisdem Martyribus, tam ab omnibus dicti Ordinis Sancti Francisci Religiosis ubique existentibus, quam etiam aliis Ecclesiasticis, & sæcularibus personis Manilen. Diocesis dumtaxat, ubi præcipui dictorum Martyrum pro Christi fide laborantes valde profecerunt, Officium, & Missa de Comuni plurimorum Martyrum die eorum Natalis, videlicet die quinta Februarii recitari, & celebrari respectivè liberè & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 14. Septembris 1627. Pont. nostri anno 5.

XXI. Indultum celebrandi Missam, & recitandi Officium de tribus Martyribus, Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai è Societate Jesu quotannis die quinta Februarii pro omnibus d. Societatis Religiosis.

Hot indultum ad omnes Sacerdotes, tam Saculares, quam Regulares ad Ecclesias hujus Societatis confluentes extendit Sacra Rituum Congregatio, ut in Decreto max subsequente, quod S. D. N. Urbanus VIII. Approbavit. Et de hac Societate habes suprâ notata in conf. 25. Pauli III. Regimini, tom. 1.

V R B A N V S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam.

Salvatoris, & Domini Nostri JESU CHRISTI, qui Milites suos inclutos, quorum mors pretiosa est in conspectu ejus, immortalitatis corona donat in Cælis, vices quamquam immeriti, gerentes in terris, pia Christi fidelium, præsertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorundem Sanctorum militum veneratio promovetur, & laudatur Dominus in Sanctis suis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribusque & gratiis prosequimur opportunis.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Præpositus Generali, & Presbyteri Societatis Jesu Nobis nuper exponi fecerunt, Venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sacris Ritibus præpositi in causa Canonizationis trium Martyrum, videlicet Pauli Michi, ac Joannis de Goto, & Didaci Quizai ex dicta Societate, qui pro Christi nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangasaqui extra muros in Regno Japoniæ Cruci affixi, & transverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Tiberio Tituli S. Priscæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, discussa, censuerint constare de martyrio, & miraculis, ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri posse. Præpositus verò, & Presbyteri prædicti pro eo, quem erga ipsos Sanctos Martyres gerunt, devotionis affectu, Officium, & Missam de illis, donec ad solemnem eorum Canonizationem (pro qua non

solum iidem Præpositus, & presbyteri, verum etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus, ac charissima in Christo filia nostra Isabella Regina Catholica Hispaniarum, necnon universa Civitas Manilen. & Chinen. seu Machanen. aliique Nobis per eorum literas ad Nos transmissas humiliter supplicarunt) deveniatur, ut infra recitari posse plurimum desiderent.

§. 2. Nos piis ipsorum Præpositi, & Presbyterorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatz existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus Præpositi, ac Presbyterorum prædictorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De eorundem Cardinalium consilio: Ut de eisdem Martyribus ab omnibus dictæ Societatis Religiosis ubique existentibus, Officium, & Missa de Comuni plurimorum Martyrum, die eorum Natalis, videlicet die quinta Februarii, recitari, & celebrari respectivè liberè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 15. Septembris 1627. Pontificatus nostri anno 5.

Sequitur Decretum Sacra Rituum Congregationis, quo prædictum Indultum extenditur ad omnes Sacerdotes, tam Saculares, quam Regulares, ad Ecclesias d. Societatis confluentes.

Cum aliàs sub die 3. Julii 1627. Sacra Rituum Congregatio, annuente Sanctissimo, concesserit ut de tribus Sanctis Martyribus è Societate Jesu, Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai in Japonia pro Christi fide Cruci affixis, Officium ac Missa de Comuni plurium Martyrum ipsa die eorum Martyrii, nempe 5. Februarii, ab omnibus presbyteris ejusdem Societatis ubique existentibus recitari, & celebrari posset, instante Generali Patrum Societatis Jesu, indultum prædictum ad omnes Sacerdotes, tam sæculares quam regulares ad eorum Ecclesias confluentes, extendi posse eadem Sacra Congregatio censuit, & factò verbo cum Sanctissimo, Sanctissimus annuit die 26. Septembris 1629. Jo. Baptista Card. Detus. F. Fulv. Benign. Secr.

Præfigitur terminus trium mensium ab istius Constitutionis publicatione partibus ad retrahendum omnia contra Constitutiones Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. super prohibitionem alienandi Fortalicia, & Castra, aliaque bona Jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolicæ licentia, & contra illarum declarationem, & extensionem respectivè quoad Castra diruta, & alia in eis expressa, à Sanctitate Sua emanatas gesta, & Notariis, etiam Sedis Apostolicæ, etiam de numero participantium, ad instrumenta de quibus

Contrariis... §. 3. Non obstantibus... §. 4. Volumus autem... Dat. Romæ... XXI. Indultum... Hot indultum... V R B A N V S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris, & Domini Nostri JESU CHRISTI, qui Milites suos inclutos... §. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Præpositus Generali, & Presbyteri Societatis Jesu Nobis nuper exponi fecerunt, Venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sacris Ritibus præpositi in causa Canonizationis trium Martyrum, videlicet Pauli Michi, ac Joannis de Goto, & Didaci Quizai ex dicta Societate, qui pro Christi nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangasaqui extra muros in Regno Japoniæ Cruci affixi, & transverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Tiberio Tituli S. Priscæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, discussa, censuerint constare de martyrio, & miraculis, ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri posse. Præpositus verò, & Presbyteri prædicti pro eo, quem erga ipsos Sanctos Martyres gerunt, devotionis affectu, Officium, & Missam de illis, donec ad solemnem eorum Canonizationem (pro qua non

Concessio de qua in Rubr. Contrariis derogatio. Transumptum fides. Dat. P. An. 5. die 15. Sept. Contrariis derogatio. Transumptum fides. Dat. P. An. 5. die 25. Sept.

quibus sunt rogati exhibendum, & in eorum margine cassationes adnotandum. Et insuper mandat restibus quatenus contractus omnes, quibus interfuerint, intra similem terminum a die contractus revelare, & de eis notam dare debeant.

Prohibitionem huiusmodi alienationum à Sixto V. editam, habet inter ipsius Const. 3. Incipien. Sollicitudo, sup. tom. 1. Et Clem. VIII. declarationem, & extensionem lege in eiusdem Const. 7. 8. Romanum, tom. 3. Ac Pauli V. innovationem require sup. Const. 108. Pastoralis, tom. 3. Quas omnes postremo confirmavit, innovavit, & amplioris hic Sanctissimus Pont. in Const. 65. Decens, sup.

Quia verò multæ alienationes contra tenores dictarum Constitutionum factæ fuerunt, & ne temporis progressu jurisdictione aliqua usurperetur, seu fines jurisdictionales confundantur, erexit Congregationem de Confinibus Status Ecclesiastici, Sedi Apostolicæ mediata, vel immediatè subjecti, nuncupandam, ut Const. seq. Debitum Pastoralis.

Edita An. D. V R B A N U S E P I S C O P U S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Scilicet.

Sedes Apostolica pia mater filijs pœnas, quas illi per disobedientiam, vel negligentiam incurrerunt, aliquando remittere, & condonare consuevit ad hoc, ut illi benignitatem experti, ad ea quæ sibi injuncta sunt, fidelius peragenda incitentur, eos verò qui clementiam suam agnoscere non curant, timore pœnæ petterere non desistit.

Referuntur diti. polio Const. curam ab ipso edita, quæ habet in Rubr.

§. 1. Nuper siquidem per alias nostras, sub Dat. videlicet Kal. Junii, Pontificatus nostri anno 4. confectas litteras, Constitutiones per fel. record. Sixtum V. Clementem VIII. ac Paulum etiam V. Romanos Pontifices predecessores nostros super prohibitionem Fortalicia, & Castra, aliaque bona jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolicæ licentia alienandi editas confirmavimus, & innovavimus, easque quoad Castra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non jurisdictionalia, in confinibus loci jurisdictionalis, & bona in dicto Statu in confinio Principum exteriorum sita, illorumque locationes, & censuum annuorum super præmissis omnibus impositiones, & impostorum venditiones extendi declaravimus, & respectivè extendimus, prout in dictis litteris plenius continetur.

Pariter quo d. Const. Clem. VIII. Sixti V. & Pauli V. & Sixti V. contravenientes præstiterunt mensibus à publicatione huius Bullæ computandi, ad retractandum gesto contra ipsos Const. & pœnas exigi prohibentur a termino duraverunt.

§. 2. Licet autem omnes & singuli, qui ad venditiones, alienationes, locationes, aliaque in singulis Constitutionibus, ac etiam nostris litteris prædictis respectivè fieri prohibita, aut eorum aliquod, nulla Sedis Apostolicæ præcedente in scriptis obtenta licentia, vel illa apud Notarium in actu celebrationis contractus minimè dimissa devenerint, & seu executioni demandaverint, pœnas omnes in Constitutionibus, & earum qualibet, ac etiam in nostris litteris prædictis contentas eo ipso incurrerint, & incurrere censeri debeant. Nihilominus ex nostra benignitate mitius agendo, Motu proprio, non ad alicujus oblatæ Nobis desuper petitionis instantiam, sed ex mera nostra scientia, & deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnibus, & singulis, qui in præmissis, aut eorum aliquo hæcenus contraverint, terminum trium mensum à die publicationis præsentium computandum, intra quem omnes, & singuli, tam emptores, quam venditores, ceterique quomodolibet contravenientes omnia, & singula per eos gesta, & inde sequuta quæcumque retractasse, & actu retro simili in pristinum, prout ante sequutam aliquo modo contraventionem erant, reposuisse, & restituisse debeant, Apostolica auctoritate præfigimus per præsentem, quo quidem termino durante pœnas prædictas, scilicet ab ipsis contrahentibus, scilicet venditoribus, alienantibus, & locatoribus, ac emptoribus acquirantibus, & cõducitoribus, quàm à Notariis exigi nolumus.

§. 3. Ipso autem termino elapso, & præmissis non parito, tam Cameræ nostræ Apostolicæ Commissarium, quam Fiscì procuratorem generalem dilectos filios posse, & debere ejusdem Cameræ nomine, & nemine vocato, ac manu regia, & exequutive, ac etiam de facto, citra vitium spolia, nullitatis, & attentatorum, possessionem bonorum venditorum, alienatorum, vel locatorum capere ad effectum retinendi, & fructus illorum percipiendi ad utilitatem dictæ Cameræ, ac respectivè possessionem suo tempore consignandi juxta Constitutionum, & nostrarum litterarum prædictarum formam personis in eisdem Constitutionibus, & nostris litteris designatis, necnon etiam desuper agere coram quocumque Romanæ Curie, seu Status nostri Ecclesiastici Judge pro effectuali, & integra revocatione, & repositione omnium, & singulorum in pristinum, non obstante taciturnitate, negligentia, ac etiam contradictione ipsorummet contrahentium, & cujuslibet eorum, ita quod etiam illis, seu altero eorum non instantibus, quimodò etiam invitis, & contradicentibus, omnia ut præfertur, etiam manu regia in pristinum quamprimum reponantur, & contravenientes, ac omnia, & singula in pristinum infra dictum terminum trium mensum non reponentes, in pœnas prædictas ipso jure, absque aliqua declaratione, etiam si quoad contrahentes, & eorum quemlibet pretia restituta, aut alia in recompensam soluta, tradita, vel eis quomodolibet promissa adimpleta non fuerint, incurrant, & in illas incidant.

Quod alijs non participantes, & non vocati, & non de facto, sed de iure, & non auctoritate, & non manu regia, & non exequutive, & non citra vitium spolia, nullitatis, & attentatorum, & non possessionem bonorum venditorum, alienatorum, vel locatorum, & non ad utilitatem dictæ Cameræ, ac respectivè possessionem suo tempore consignandi juxta Constitutionum, & nostrarum litterarum prædictarum formam personis in eisdem Constitutionibus, & nostris litteris designatis, necnon etiam desuper agere coram quocumque Romanæ Curie, seu Status nostri Ecclesiastici Judge pro effectuali, & integra revocatione, & repositione omnium, & singulorum in pristinum, non obstante taciturnitate, negligentia, ac etiam contradictione ipsorummet contrahentium, & cujuslibet eorum, ita quod etiam illis, seu altero eorum non instantibus, quimodò etiam invitis, & contradicentibus, omnia ut præfertur, etiam manu regia in pristinum quamprimum reponantur, & contravenientes, ac omnia, & singula in pristinum infra dictum terminum trium mensum non reponentes, in pœnas prædictas ipso jure, absque aliqua declaratione, etiam si quoad contrahentes, & eorum quemlibet pretia restituta, aut alia in recompensam soluta, tradita, vel eis quomodolibet promissa adimpleta non fuerint, incurrant, & in illas incidant.

§. 4. Notarios quoque etiam Sedis Apostolicæ nuncupatos, etiam de numero participantium intra eundem trium mensum terminum, tam in exhibendo instrumento, quàm etiam ulterius in adnotando in margine ipsorum instrumentorum cassationem, retractationem, restitutionem, & repositionem in pristinum omnium contra Constitutionum, & litterarum prædictarum tenorem acturum, paruisse debere, aliàs privationis officiorum suorum, & aliam omnes pœnas in eisdem Constitutionibus, & litteris inflictas incurrere eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Notarios qui intra eundem terminum, tam in exhibendo instrumento, quàm etiam ulterius in adnotando in margine ipsorum instrumentorum cassationem, retractationem, restitutionem, & repositionem in pristinum omnium contra Constitutionum, & litterarum prædictarum tenorem acturum, paruisse debere, aliàs privationis officiorum suorum, & aliam omnes pœnas in eisdem Constitutionibus, & litteris inflictas incurrere eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

§. 5. Et insuper, ne Constitutiones, & nostras litteras prædictas ex occultis contractibus fraudari contingat, præcipimus, & mandamus, quod omnes, & singuli testes, qui in prædictis contractibus, scilicet venditionis, alienationis, locationis & aliorum, ut præfertur, prohibitis de cætero celebrandis adhibiti fuerint, infra terminum trium mensum à die cujuslibet celebrati contractus computandorum, sub pœnis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis, contractus quibus intervenierint, revelare, & de eis, ac Notariis de illis rogatis notam dare teneantur, etiam si contractus ipsi in executionem judicati, vel in vim subhabitationis, aut aliàs quomodolibet celebrati extiterint.

Licentia, & beneplacitum Sedis Apostolicæ super præmissis, & in futurum emananda, etiam quoad omnia in eisdem licentiis, & beneplacito expressa, & exprimens, sine præjudicio quoruncumque jurium Cameræ Apostolicæ, seu quemcumque casum, seu eventum cujuscumque devolutionis, seu caducitatis ex quocumque capite hæcenus quomodolibet forsan incursum, seu de cætero quomodolibet incurrendum, & purificatæ, seu purificandæ ad favorem Sedis, & Cameræ prædictarum in & super Civitatibus, Castris, Oppidis, Terris, & locis jurisdictionalibus, & non jurisdictionalibus, ac etiam bonis per prædictas Constitutiones, & nostras litteras qualificatis, nec aliàs, aliter, vel alio modo intelligi debere, aut posse, harum serie similiter declaramus.

§. 6. Demùm licentias, & beneplacitum Apostolicum à Sede Apostolica in quoruncumque Baronum, & aliorum quomodolibet nuncupatorum Montium erectione, seu censuum impositione, vel aliàs quomodolibet concessa hæcenus, & imposterum quovis tempore concedenda, ac etiam Motu proprio aliàs quomodolibet emananda, ac etiam in futurum emananda, etiam quoad omnia in eisdem licentiis, & beneplacito expressa, & exprimens, sine præjudicio quoruncumque jurium Cameræ Apostolicæ, seu quemcumque casum, seu eventum cujuscumque devolutionis, seu caducitatis ex quocumque capite hæcenus quomodolibet forsan incursum, seu de cætero quomodolibet incurrendum, & purificatæ, seu purificandæ ad favorem Sedis, & Cameræ prædictarum in & super Civitatibus, Castris, Oppidis, Terris, & locis jurisdictionalibus, & non jurisdictionalibus, ac etiam bonis per prædictas Constitutiones, & nostras litteras qualificatis, nec aliàs, aliter, vel alio modo intelligi debere, aut posse, harum serie similiter declaramus.

Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Judices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos judicati, & definiti, ac interpretari debere, substituata

§. 7. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Judices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos judicati, & definiti, ac interpretari debere, substituata

blata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

§. 8. Injungentes, & mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna indignationis nostræ eisdem Legatis, ac dilectis filiis Prolegatis, Gubernatoribus, etiam Urbis, ac Iudicibus nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Sætu nostro prædicto existentibus, & cuilibet eorum, ut præsentibus nostris, & in eis contenta quæcumque in Urbe, ac Statu prædictis ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, perpetuò observari mandent, & faciant, & pro omnium, & singulorum præmissorum inviolabili observatione contra inobedientes, & præmissis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus juris, & facti mediis opportunis similiter manu regia, & via executiva, ac omni, & quacumque appellatione remota, procedant.

§. 9. Non obstantibus nostris de non tollendo jure quæsitò, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens ac Paulus prædecessores prædicti in dictis Constitutionibus, & Nos in literis nostris volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Ut autem præsentibus omnibus innotescant, volumus, & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quod illæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tam in Romana Curia, & Statu prædicto, quàm extra eos existentes perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

§. 11. Quòdque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ præsentationis, præcepti, declarationum, injunctionis, mandatorum, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1627. 5. Kal. Octob. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Anno à Nativitate Domini Iesu Christi 1627. Indiæ. 10. Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divini providentia Papa VIII. anno ejus 5. die vero 5. mensis Octobris, retroscripta litera Apostolica publicata, & affixa fuerunt ad valvas Principis Apost. de Urbe, S. Ioannis Lateran. & in acie Campi Floræ, per nos Paulum Bartoccium, & Augustinum de Bolla Apost. Curs.

Matthias Magister.

XXIII. Erectio Congregationis super Confinitibus Status Sedi Apostolice mediatè, & immediatè subjecti, cum deputatione illius Præfecti, Consultorum, & facultatibus eisdem concessis.

Sixtus V. prohibuit alienari bona in forenses, & Castra, aliaque bona jurisdictionalia tam in forenses, quàm in subditos, absque Sedi Apostolica licentia, ut in ejus Const. 3. Sollicitudo, sup. tom. 2. Quam prohibitionem innovarunt Clem. VIII. in Const. 78. Romanum, tom. 3. Et Paul. V. Const. 108. Pastorale, sup. tom. 3. Et pariter iste Pont. eas confirmavit, declaravit, & ampliavit in

Const. Decens, sup. At eòd multa alienationes contra prædicta Const. facta fuissent, ex sua benignitate præfixis partibus terminum ad eas revocandum, obque penarum incursum infirmitate, ut in Const. præced. Sedes. Sed eòd Sanctitati sue hoc quoque parum profuisse innotuisset, hanc Congregationem erigit, & instituit.

URBANUS EPISCOPUS, edita An. D. 1627. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Debitum Pastoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, divina dispositione commissi mentem nostram continua pulsant instantia, ut ad ea quæ nostræ, & Sedis Apostolicæ Civitatum, Oppidorum, & locorum, aliorumque bonorum, confinium, & terminorum mantentionem, & conservationem, ac illorum incolarum, nostrorum, & diocæs Sedis subditorum securitatem, & tranquillitatem concernunt, etiam per novarum Congregationum præmissis sedulo vigilantium erectionem procuranda opem, & operam, quantum Nobis ex illo conceditur, efficaces impendamus, aliaque desuper disponamus, prout ad Cameræ nostræ, & subditorum eorundem utilitatem, & Status nostri Ecclesiastici tuitionem conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Nuper siquidem ex præmissis, & certis aliis tunc expressis rationibus, & causis adducti, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes unam à fel. record. Sixto V. sub Kalendis Julii, Pontificatus sui anno primo, qua cavetur, ne bona in forenses, & Castra, aliaque jurisdictionalia, tam in forenses, quàm in subditos absque Sedi Apostolicæ licentia alienentur, ac aliam à præ. mem. Clem. VIII. sub pridie nonas Julii, Pont. sui anno 10. prædictæ Sixti innovatoriam, ac extensivam, ac reliquam perpetuò validuras constitutiones à recol. me. Paulo etiam V. Romanis Pontificibus prædecessoribus, nostris sub 12. Kalend. Decembris, Pontificatus sui anno 13. respectivè datas, editas, ac prædictam Sixti, & Clementis prædecessorum etiam innovatoriam, & declaratoriam, non tantùm Apostolica auctoritate perpetuò approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, sed etiam ad Castra diruta, Tenutas, prædia etiam non jurisdictionalia in confinitibus loci jurisdictionalis, & ad bona in nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ statu, ac confinio Principum exterorum sita, illorumque locationes, ac census annuorum super præmissis impositiones, & impositionum venditiones dicta auctoritate etiam perpetuò extendimus, & ampliavimus, prout in nostris desuper sub Dat. Kal. Junii, Pont. nostri anno 4. continetur.

§. 2. Verùm quia, sicut Nobis postea non sine gravi animi nostri mœrore innotuit, variz impunè contra Constitutionum, & Literarum prædictarum tenores factæ fuerunt alienationes, & nisi in præmissis aliquod opportunum remedium adhibeatur, periculum est ne temporis progressu, & varietate jurisdictionis aliqua usurpetur, & termini, seu fines jurisdictionales confundantur, seu confusione, & usurpationi hujusmodi occasio præbeat.

§. 3. Nos in præmissis, quantum cum Domino possumus, opportunè providere volentes, ac Constitutionum, & Literarum hujusmodi, à quibus per præsentibus recedere non intendimus, sed in earum primævo robore eas perpetuò remanere volumus, totos, & integros tenores, etiam veriores, ac datas, perinde ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Congregationem de Confinitibus Status Ecclesiastici Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjecti nuncupandam, quæ uni ex ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui Præfectus, & aliis partim ex sacra Consulta Status hujusmodi, partim ex Camera Apostolica prædicta,

Exordium.

Sixtus V. Clem. VIII. & Paul. V. ediderunt Const. citat. in Rubr. quæ iste Pont. innovavit, & extendit, ut in Const. præced. cit. in Rubr.

Causa erectio- nis huius Congreg.

Erectio Congreg. de Confinitibus Status Eccles. Sedi Apost. mediatè, vel immediatè subjecti nuncupanda.

necnon etiam aliquibus aliis insignibus à Romano Pontifice pro tempore existente eligendis visis, qui Consultores dictæ Congregationis respectivè existant, consistere debeat.

§. 4. Et apud quam, ac Præfectum, & Consultores hujusmodi omnes, & singulas venditiones, permutationes, alienationes, & quascumque alias dispositiones contra, vel præter tenorem, & formam dd. Constitutionum, & Literarum factas ac faciendas, tam partibus instantibus, quàm ex officio cognoscendi, examinandi, ac prout eis visum fuerit, in toto, vel in parte cassandi, annullandi, aut nullas declarandi, moderandi, restringendi, revocandi, confirmandi, & approbandi, aut de novo concedendi, dubitationes quascumque super eisdem Constitutionibus, & Literis, causis, & occasione alienationum hujusmodi ortas, vel oriundas tollendi, declarandi, & decidendi, necnon controversias, & lites quascumque, sive inter Nos, Sedem, Cameram Apostolicam, & quascumque personas, tam sæculares, quàm Ecclesiasticas, cujuscumque dignitatis, gradus, ordinis, status, conditionis, & præminentie, etiam de quibus specialis, & individua mentio facienda foret, & quascumque Civitates, Castra, Oppida, Universitates, Collegia, Monasteria, & loca, etiam pia, & religiosa, regularia, & sæcularia, etiam exempta, quovis nomine nuncupata, sive etiam inter easdem personas, Civitates, Collegia, Monasteria, & loca prædicta motas, seu movendas, ac omnes, & singulas alias causas Civiles, Criminales, & Capitales, ac mixtas audiendi, cognoscendi, & quoad Criminales, dummodo sententiam sanguinis per seipos non ferant, absque alicujus irregularitatis incurso definiendi, & decidendi, & confines quoscumque Status hujusmodi, & singularum illius Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & quorumvis aliorum locorum invisendi, declarandi, ponendi, & amovendi, perturbantes, occultantes, amoventes, incidentes, aut ponentes terminos, seu alias quomodolibet, & qualitercumque, in & super confinibus, & terminis, & circa confinia, seu ab eis dependentia, annexa, vel connexa delinquentes, aut aquas in, vel propè confinia quomodolibet derivantes, aut ab eisdem amoventes, aut adificium quovis nomine nuncupatum construentes, & quancumque servitutem propè, vel in confinibus imponentes civiliter, & dummodo sententiam sanguinis, ut præfertur, per seipos non ferant, criminaliter eorum arbitrio, omni, & quacumque appellatione remota puniendi, vel cujuscumque persone sibi bene visæ, etiam in dignitate Ecclesiastica non constitutæ, quæ tamen à Præfecto, & Consultoribus hujusmodi ad id idonea judicata fuerit, causas hujusmodi committendas, sive eam in toto, vel in parte cum iisdem facultatibus subdelegandi, ac unum, vel plures Commissarios, vel Notarios ad capiendas informationes, consiciendosque processus, quando, quoties, ac cum quibus opus fuerit, & ad confines invisendos, illorumque plantas, & descriptiones consiciendas, cum provisionibus, salariis, atque expensis per Præfectum, & Consultores prædictos declarandis, ac per locorum communitates, atque alios interesse habentes, vel etiam per nostram Cameram arbitrio ipsorum Præfecti, & Consultorum persolvendis transmittendi, & deputandi, ac personis quibuscumque in vel propè confinia Status prædicti habitantibus, pro confinium hujusmodi defensione arma quæcumque (non tamen brevioris mensuræ) deferendi, simili arbitrio licentiam concedendi, necnon omnes, & singulas causas, lites, controversias, & quæstiones de & super Confinibus, vel eorum annexis, seu connexis, principaliter, vel secundariò, ut præfertur motas, & movendas, à nostris Sacre Consultæ, Boni Regiminis, & Aquarum, & aliis quibuscumque Tribunalibus, & Judicibus, Præsidentibus, Gubernatoribus, etiam Urbis, necnon Camere Apostolicæ generali, & Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, nostris etiam, & dictæ Sedis de latere Legatis, tam ex officio, quàm ad partium instantiam reassumendi, & advocandi, citandi, & inhibendi, etiam sub censuris & pœnis pari arbitrio imponendis, moderandis & applicandis, & illas sic reassumptas, & avocatas, & om-

nes, & quascumque alias præmissa quomodolibet concernentes summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, ac manu regia, & sine strepitu, & figura judicii, similiter quacumque appellatione remota, cognoscendi, seu eisdem Congregationibus, Tribunalibus, Legatis, Judicibus, & aliis personis eidem Congregationi bene visis remittendi, & committendi, cum iisdem facultatibus etiam simili arbitrio, & respectivè, cum participatione tamen nostra, & non aliàs, ea omnia agendi, & gerendi, quæ super Confinibus, Territoriis, & alienationibus, venditionibus, permutationibus, præmissisque omnibus, & singulis, & circa ea Nos, & Sedes Apost. facere possemus, quæque pro nostrorum subditorum quiete, & dicti Status conservatione necessaria, seu quomodolibet opportuna per eos respectivè judicabuntur, etiam privativè ad Congregationes, Tribunalia, personas, & Judices prædictos, & alios etiam quomodolibet qualificatos, sive incidenter, sive principaliter agatur, plena, libera, & absoluta potestas resideat, Apostolica auctoritate prædicta earundem tenore præsentium similiter perpetuò erigimus, & instituimus.

§. 5. Ac in Congregationis sic erectæ, & institutæ, pro ejus felici regimine, & administratione dilectos filios nostrum Marium S. Mariæ Novæ Diaconum Cardinalem Ginettum nuncupatum præfactum, Stephanum verò Duratium nostrum, & Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, & Joannem Beninum ejusdem Camere Clericum, ac Franciscum Vitellium Sacre Consultæ prædictæ Prælatum, necnon etiam pro tempore existentem ejusdem Consultæ Secretarium, ac Antonium Cerrum nostrum Consistorii, Cameræ, & Filii Advocatum, & Cæsarem Raccagnum ejusdem Camere Apostolicæ Commissarium generalem, & Felicem Contelorium Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, & illius, ac Joan. Baptistam Confalonarium in Theologia Magistrum, Arcis S. Angeli Archiviorum Custodes, Sedis Apostolicæ Notarios in Consultores, & eundem Felicem in Secretarium eisdem auctoritate, & tenore constituimus, & deputamus.

§. 6. Decernentes præsentis literas de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari unquam posse, sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, illasque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aliisque contrariis, etiam totum tenorem continentibus dispositionibus minimè comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illas revocari, vel limitari, aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas esse, & fore.

§. 7. Sicque, & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique, & in quacumque instantia judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Mandantes propterea prædictis, ac pro tempore existentibus Præfecto, necnon Consultoribus dictæ Congregationis, & eorum singulis, ut præsentis nostras literas observent, & exequantur, ac faciant ab aliis, quantum in eis erit, omnibus opportunis juris, & facti remediis firmiter, & inviolabiliter observari.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de Jure quæsitio non tollen, ac similis me. Pii Papæ Quarti etiam prædecessoris nostri, de similibus, seu aliis gratis interesse Camere prædictæ quomodolibet concernen. in eadem Camera registrandis, & insinuandis, itaut præsentibus ab aliis in eadem Camera admissione, & registratione validæ sint, suumque debitum sortiantur effectum, aliisque Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, & universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, a Camere,

Dei
Præf. &
Consult.
Congr.

Class.
ferrari

Class.
Mara,
Pera,
quanti
excusat
hujus

Com.
derog.
Hic
Com.
m. g. j. a.

URBANUS OCTAVUS.

de Consultis hujusmodi, aliarumque Congregationum, seu Tribunalium, si qua sint, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis Camerae, Consultaeque, ac Congregationibus, seu Tribunalibus hujusmodi, etiam super iure similes causas, etiam privative, quoad alios cognoscendi, & terminandi, ac Communicatibus, Universitatibus, Baronibus, & aliis quibusvis, etiam Motu simili, etiam consistorialiter, aut aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam aliis pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus etiam pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressis harum serie derogamus. ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, quod earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii dicte Camerae Apostolicae subscriptis, ac Capituli seu Praefati, vel alicujus ex modernis, & pro tempore existent. Confuloribus hujusmodi sigillo munitis eadem prorsus, tam in iudicio, quam extra illud, in omnibus, & per omnia fides exhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae cessionis, institutionis, & constitutionis, deputationis, decreti, mandati, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Domini 1627. Kal. Octobr. Pont. nostri anno 5.

XXIV. Concessio recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beata Rita de Cassia, Ordinis Eremitarum S. Augustini, pro universi Ordinis praedicti Fratribus, & Monialibus ubique terrarum, & pro aliis in tota Spoletana Diocesi.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, ad ea per quae servorum, & ancillarum Christi honos, & veneratio in terris promoveatur, juxta creditum Nobis desuper Apostolatus officium, libenter intendimus, piisque Christi fidelium, praesertim sanctimonialium votis peculiarem erga illos cultum, & venerationem respicientibus benigne annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sane nomine dilectarum in Christo filiarum Priorissae, & Monialium Monasterii Beatae Ritae Ord. Sancti Augustini de Cassia Spoletan. dioc. Nobis nuper expositum fuit, quod ipsae pro eo, quem erga dictam Beatam Ritam de Cassia gerunt devotionis affectu, Officium & Missam de ea, ut infra, recitari, & celebrari posse summo per se desiderant. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuna in praemissis licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur piis Priorissae, & Monialium praefatarum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui-

Bullar. Mag. Tom. 1 V.

bus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Card. sacris Ritibus praepositorum consilio, ut de dicta Beata Rita in tota diocesi Spoletana, ac ab omnibus utriusque sexus dicti Ordinis Religiosis ubique existentibus Officium, & Missa tanquam de communi nec Virginis, nec Martyris, juxta Rubricas Breviaris, ac Missalis Romani, ac Breviarium ipsius Ordinis a Sede Apostolica approbatum respectively recitari, & celebrari liberè, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium licentiam, & facultatem impartimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, ac manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub anhulo Piscatoris, die 1. Octobr. 1627. Pont. nostri anno Quinto.

Sequitur extensio supra dictae concessionis pro consuetibus ubique terrarum ad Ecclesias praedicti Ordinis, & in tota Spoletana Diocesi, ad omnes Ecclesias.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

NUper pro parte dilectarum in Christo filiarum Priorissae, & Monialium Beatae Ritae de Cassia Ordinis S. Augustini Spoletan. dioc. Nobis exposito, quod ipsae pro eo, quem erga Beatam Ritam gerebant, devotionis affectu, Officium, & Missam de ea recitari, & celebrari posse desiderabant. Nos earum hac in parte supplicationibus inclinatis, de Ven. fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sacris Ritibus praepositorum consilio, ut de dicta Beata Rita in tota diocesi Spoletan. ac ab omnibus utriusque sexus dicti Ordinis religiosis ubique existentibus Officium, & Missa tanquam de communi nec Virginis, nec Martyris, juxta Rubricas Breviaris, & Missalis Romani, ac Breviarium ipsius Ordinis a Sede Apostolica approbatum, respectively recitari, & celebrari liberè, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate licentiam, & facultatem impartiti sumus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nunc autem dilectorum filiorum Prioris generalis, & Fratrum totius Ordinis hujusmodi, necnon Priorissae, & Monialium praefatarum supplicationibus Nobis denuo humiliter porrectis inclinatis, de eorum Cardinalium consilio, ut in die festivo de eadem Beata Rita Missa tanquam de communi nec Virginis, nec Martyris, juxta Rubricas Missalis Romani hujusmodi, ab omnibus presbyteris secularibus ad omnes totius Ordinis praefati, ac dioc. Spoletanae Ecclesias consuetibus celebrari liberè similiter, & licite possit, & valeat, eadem auctoritate tenore praesentium licentiam, & facultatem impartimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Februarii 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

M Confirma

Dis...
fr...
W...
sumpto...
fide...
An. D...
1. Octobr...
Capitulis...
facultate...
An. D...
1. Octobr...

Constitu...
remov...
Transumpt...
fide...
An. D...
1. Octobr...
Quasi h...
in Rubr...
Obstitu...
tallo...

LXXV. Confirmatio, & Innovatio Constitutionis Pii Papae V. contra Monetarios, ejusdemque ad quascumque personas Ecclesiasticas, saeculares, ac cuiusvis Ordinis, necnon etiam Militiarum Regulares ampliatio, & extensio.

Pii V. Constitutio, quam Pont. hic innovat, ac extendit, est sup. n. 111. Cum nil magis, tom. 1.

Urbanus VIII. EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

In Suprema Pastoralis specula, meritis licet impatibus, a Domino constituti, ut noxia ab ejus Grege arcentes, ejusdem salutari regimini prospiciamus, non sine magno animi dolore videmus, eod nostri temporis iniquitates esse progressas, ut iis, quibus onus incumberet pacem evangelizandi, & charitate proximum prosequendi, suae vocationis inmemores, a cupiditate vortice abrepti, adulterinae monetae crimen perpetrare, sive perpetrantibus opem praestare non erubescant, nec reformident. Quare Praedecessorum nostrorum constitutiones desuper editas innovantes, extendentes, & ampliantes, hujusmodi perditorum hominum, quos suae existimationis consideratio in officio non continet, condigna poenarum severitate temerarios, & nefarios ausus intendimus coercere.

Pius V. didit constit. contra monetarios in ditionem in Rubr.

Eam ista Pii. a: 1700 ad 1701 innotuit.

Et ad omnes personas Ecclesiasticas, saeculares, ac Regulas in Italia existit, ut ampliat.

Ita delinquentes, prout a gradatione Curiae saeculari tradi possunt. Materiam, sive opem ad praestantibus poenarum imponit. Iudices hujusmodi causarum deponant.

§. 1. Cum itaque fel. rec. Pius Papa V. praedecessor noster attendens, quod licet monetarum aurearum tonforibus de jure ultimi supplicii esset inflicta poena, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor erat imposita, omnes eas, qui argenteas tonderent, ultimi supplicii, & eadem, qua aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, & de jure puniri debebant, poena puniendos esse statuerit, prout in cedula Motus proprii manu ejusdem Pii praedecessoris subscripta plenius continetur.

§. 2. Nos Moto proprio, ac ex certa scientia, meraeque deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione statutum, voluntatem, & mandatum Pii praedecessoris praefati tenore praesentium approbamus, confirmamus & innovamus.

§. 3. Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas, tam saeculares, quam cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti etiam de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani regulares, non solum in Statu Ecclesiastico mediate, vel immediate Nobis, & Sedi Apostolicae subiecto, sed etiam in omnibus, & singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel alias adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere praesumpserint, extendimus, & ampliamus.

§. 4. Volentes ut culpabiles in praemissis reperti, prout via degradatione Curiae saeculari puniendi tradantur.

§. 5. Pecunias vero sic, ut praefertur, adulteratas scienter detinentibus, seu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, instrumenta, sive opem ad praemissa praestantibus poenarum terminum per decennium imponimus.

§. 6. Et cognitionem causarum hujusmodi, quoad personas Ecclesiasticas praefatas, tam saeculares, quam regulares in Provinciis Nobis, & Sedi praefatae subiectis, ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in eisdem Provinciis de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes, in aliis vero omnibus, & singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Castris, & locis, tam sub nostra & diocesis Sedis, quam cuiusvis alterius Principis ditione, in Italia tantum comprehensis, privative quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum spectare etiam volumus. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus no-

stris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, singulis videlicet in suis Civitatibus, & Diocesi. & quoad loca intra fines alicujus Diocesis, non tamen de Diocesi existentia, ipsarum diocesium, intra quarum fines eadem loca extiterint, quo vero ad ea, quae extra fines alicujus Diocesis consistunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinariis, quatenus ad instantiam cuiusvis fisci, vel etiam cuiusvis denuntiatoris causarum hujusmodi cognitiones suscipientes, praevia etiam avocatione a quibusvis aliis, in causis ipsis modo praemisso procedant omnibus juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio.

§. 7. Inhibentes in super tam Decanis, & Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumvis Ordinum, & Locorum Regularium, Societatum, & institutorum, ac etiam Hospitalis praefatorum Superioribus, Conventibus, & Fratibus quantumvis exemptis, ne sub privationis beneficiorum, & officiorum per eos respective obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque activae, & passivae, necnon excommunicationis latae sententiae eo ipso incurrendis poenis Legatos, & Prolegatos, ac Ordinarios locorum, ut praefertur procedentes, quoquo modo impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel praesumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requisiti, religiosos, etiam Superiores alicujus loci regularis actu fuerint, ipsis Legatis, Prolegatis, & Ordinariis, vel aliis quibus eidem Legati, & Ordinarii mandaverint, consignent cum scripturis & actis, si quae facta fuisse reperiantur.

§. 8. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Camerae praedictae Clericos Praesidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curiae ejusdem Camerae generalis, Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium judicari, & definiri, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Provincialium, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam Sancti Joannis praefatorum, & aliorum religiosorum, ac piorum locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & Militiis, etiam Sancti Joannis, ut praefertur, & aliis religiosis, & piis locis, universitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium quomodolibet concessis, ac etiam pluries, & iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praesentium dumtaxat specialiter, & expressae derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, quod praesentes in valvis Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancell. Apost. & in acie Campi Florae publicentur, & affigantur, quae postquam sic affixae, & publicatae fuerint, post duos menses a die publicationis hujusmodi computandos, quoscumque tam in Statu nostro, quam extra eum ubique locorum, in Italia tamen existentes perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique nominatim, & personaliter intimatae fuissent.

§. 11. Quodque earum exemplis, etiam impressis, manu

Cognitio causarum impeditur per nos.

Ita iudicium decernit.

Contrarium tenetur.

Publicatio in Urbe omnes Italia existit officiat.

Exemplum manu.

manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ iisdem præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, extensionis, ampliacionis, impositionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnat. Dominicæ 1627. Kal. Novembris, Pont. nostri anno 4.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1628. Indiæ undecima, die vero vigesima octava mensis Januarii, Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papa Octavi Anno ejus 5. retrospectiva littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Later. & Principis Apost. de Vrbe, Cancell. Apost. & in acie Campi Flora, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquod tempus spatium appensis, & deinde amotis, ut moris est, per nos Augustinum de Bolivia Romanum, & Brandimartem Latinum Apostolicos Curf. Martius Spada Magister Curf.

XXVI. Confirmatio Decreti à Congregat. S. R. E. Card. Sacris Ritibus præpositorum editi super præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium: & quarumcumque controversiarum super præmissis pendentium extinctio.

Præcedentia inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates Laicorum in Processionibus declaravit Greg. XIII. in Const. 84. Expolcit. sup. tom. 2. Et de hac Religione vide plura quæ noscuntur ad Pauli V. Const. 200. Romanus, sup. tom. 3. & ad hujus Sanctiss. D. N. Const. 10. Sacrosanctum, sup.

URBANUS PAPA VIII. 1627. Ad perpetuam rei memoriam.

Commisisti nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis officii debitum postulat, ut Sacrarum Religionum, & Congregationum in Ecclesia Dei, ad illius laudem, & gloriam, pauperumque solamen, atque subsidium piè sanctèque institutarum, illarumque personarum paternam curam gerentes, in his præcipuè mentis nostræ aciem assidue intendamus, per quæ illarum paci, & quieti, felicitique statui consulitur, ut personæ ipsæ, sublatis controversiarum materiis, in pacis amœnitate vota sua Domino reddant.

§. 1. Cum itaque dilectus filius Seraphinus Levicellus, Procurator Generalis Congregationis Confratrum Joannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus prædictis multis in locis à fratribus Ordinum Mendicantium nonnullæ controversiæ de & super præcedentia moverentur, ac providè habito per ipsum eorundem Confratrum nomine, ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositos recursum, iidem Cardinales, referente dilecto filio nostro Tiberio Tituli Sanctæ Priscæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, consuerint in eorundem Confratrum favorem literas in forma Brevis fel. rec. Gregorii Papæ XIII. prædecessoris nostri, sub die 15. Julii 1583. super Fratrum Mendicantium Ordinum hujusmodi præcedentia editas servari debere, à tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religiosi, prout in decreto desuper emanato plenius dicitur contineri.

§. 2. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire, pacique & quieti dictorum Confratrum, semotis controversiarum incommodis consulere, ipsosque Confratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volumus.

lentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspens. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Seraphini Congregationis hujusmodi nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Necnon omnes, & quascumque controversiarum hujusmodi causas, & molestias super præmissis, & illarum occasione hæcenus quomodolibet motas, & pendentes, cum omnibus suis annexis, & depend. ad Nos harum serie avocantes, illas penitus extinguimus, ac tam Confratribus quàm Fratribus Mendicantibus prædictis, & quibusvis aliis interesse habentibus, seu prætendentibus perpetuum super præmissis silentium imponimus.

§. 4. Districtius inhibentes quibusvis Judicibus, & personis quavis auctoritate fungentibus, ne Fratres Mendicantes hujusmodi, seu alios pro eis super præmissis ulterius audire, seu aliàs desuper se ingerere quoquo modo audeant, seu præsumant, ac volentes, & eadem auctoritate decernentes, & declarantes, quod Confratres prædicti præcedentiam juxta dictarum literarum ipsius Gregorii prædecessoris, decretique in eorum favorem emanati hujusmodi formam, & continentiam habeant, illaque perpetuè fruantur, & gaudeant, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est, vel impostum contigerit attentari.

§. 5. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, in quorum Dioccesibus Congregationis hujusmodi Hospitalia erecta reperitur, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, cæterisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Confratres prædictos præsentibus literis, illarumque comodo & effectu adversus quoscumque perturbatores pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradicere quolibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritan. & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficenti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda esset, illorumque tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 26. Novembris 1627. Pont. nostri anno 5.

M 2 Prohibi

Vertical marginal notes on the left side of the page, including 'An. 5. Nov.', 'licatio.', 'XXVI.', 'An. D. V R B A N U S P A P A V I I I.', '1627.', 'Commissi nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis officii debitum postulat, ut Sacrarum Religionum, & Congregationum in Ecclesia Dei, ad illius laudem, & gloriam, pauperumque solamen, atque subsidium piè sanctèque institutarum, illarumque personarum paternam curam gerentes, in his præcipuè mentis nostræ aciem assidue intendamus, per quæ illarum paci, & quieti, felicitique statui consulitur, ut personæ ipsæ, sublatis controversiarum materiis, in pacis amœnitate vota sua Domino reddant.', '§. 1. Cum itaque dilectus filius Seraphinus Levicellus, Procurator Generalis Congregationis Confratrum Joannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus prædictis multis in locis à fratribus Ordinum Mendicantium nonnullæ controversiæ de & super præcedentia moverentur, ac providè habito per ipsum eorundem Confratrum nomine, ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositos recursum, iidem Cardinales, referente dilecto filio nostro Tiberio Tituli Sanctæ Priscæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, consuerint in eorundem Confratrum favorem literas in forma Brevis fel. rec. Gregorii Papæ XIII. prædecessoris nostri, sub die 15. Julii 1583. super Fratrum Mendicantium Ordinum hujusmodi præcedentia editas servari debere, à tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religiosi, prout in decreto desuper emanato plenius dicitur contineri.', '§. 2. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire, pacique & quieti dictorum Confratrum, semotis controversiarum incommodis consulere, ipsosque Confratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volumus.', 'Bullar. Mag. Tom. 1 V.'

Vertical marginal notes on the right side of the page, including 'Super dictis controversiis perpetuum silentium imponitur.', 'Inhibet desuper ultra se ingerere. De cetero quoque irritum addit.', 'Deputat exco-cutores istius Constitutionis.', 'Contraria auferit.', 'Transumptis obedientiam jubet.'

LXXVII. Prohibitio transeundi ab Ordine Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis, absque Romani Pontificis expressa licentia.

De Fratribus B. Mariæ de Mercede, & toto eorum statu eade indicata ad const. 9. Greg. IX. Devotionis. sup. tom. 1. Et privilegia eidem Ordini concessa novissime confirmavit iste Sanctiss. Pons. in const. 94. Ex clementi.

Urbanus PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Njuncti Apostolici muneris ratio postulat ut Religiosorum, qui spectis hujus sæculi vanitatibus, divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo sese manciparunt, paternam curam gerentes, ea statuamus & decernamus, per quæ prospero, felicitate eorum statui, & directioni opportunè consulatur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Vicarius, & Prior generalis Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, nonnulli ex Fratribus hujusmodi aliquando nullis, aliquando verò levibus ex causis, nulla tamen super hoc ab Apostolica Sede obtenta licentia, ad Fratres ordinis Calceatos nuncupatos se transferre procuraverint, & in dies procurant, non sine Regularis observantiæ detrimento, ac Fratrum tam Calceatorum, quàm Reformatorum prædictorum inquietudine.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis officii debito præmissis quantum Nobis ex Alco conceditur, obviam ire, prospereque Fratrum eorundem statui, & quieti consilium volentes, supplicationibus Vicarii, & Procuratoris generalium hujusmodi Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, quod de cætero perpetratis futuris temporibus, nulli Fratrum Reformatorum hujusmodi, absque speciali nostra, & Sedis Apostolicæ licentia, ad Fratres Calceatos prædictos quovis prætextu, aut ex quavis quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, sub apostasiæ, & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis ipso facto absque illa declaratione incurrendis transire.

§. 3. Minusque Fratribus Calceatis prædictis, illorumque Superioribus eisdem Fratres Reformatos sic ut præfertur de facto transeuntes, etiam si novam professionem regularem emisissent, sub privationis suorum officiorum, ac excommunicationis pœnis hujusmodi, etiam ut præfertur incurrendis recipere, vel retinere ullo modo liceat, sed Fratres Reformati prædicti, qui secus fecerint, cum primùm desuper moniti fuerint, nulla mora, aut excusatione, vel appellatione etiam ad Nos, seu Sedem Apostolicam interpositis, ad suam propriam Congregationem redire, & suorum Superiorum correctioni se submittere, Fratres verò Calceati, seu illorum Superiores hujusmodi ipsos Fratres Reformatos de facto transeuntes, ut præfertur, ipsorum Reformatorum Superioribus, seu ab eis deputandis, statim absque Judicis ministerio tradere, & consignare debeant, & teneantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus.

§. 4. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter

expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod præsentis literæ, postquam in Alma Urbe nostra publicatæ, ac Fratrum tam Reformatorum, quàm Calceatorum hujusmodi Prioribus intimatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

§. 7. Quòdque præsentium transumptis, etiam imprefis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1628. Pont. nostri anno 5.

Confirmatio Decreti, quo Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit Constitutionem Greg. XV. de Conservatoribus editam, non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eisdemque Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi competere.

Constitutio Greg. XV. de Conservatoribus est sup. 9. Sanctissimus.

De hac Religione Hierosolymitana habes omnia indicata ad Const. 2. Anastas. 4. Christiana, sup. tom. 1. alia verò posteriora tibi notavi ad hujus Pont. Const. 15. Unversalis, hic sup.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius de Paula Magnus Magister, & Conventus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod à Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit decretum tenoris subsequenti, videlicet vj. Februarii 1627. Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit, Constitutionem Sanctæ memoriæ Gregorii Decimiquinti de Conservatoribus non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eisdemque Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi competere.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Antonius Magnus Magister, & Conventus præfati decretum hujusmodi pro illius validitate, & subsistentia firmiter Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Antonium Magnum Magistrum, & Conventum præfatos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes, Decretum hujusmodi, necnon præinsertas literas semper valida, firma, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Hospitali, necnon Antonio moderno,

Exordium

Causa istius

Prohibitio

Prohibitio ne

Decretum

Delegatio

intimatio

transumptis

Dat. Romæ

LXXVII

Urbanus

Antonius

Quod

Prosequi

Classis

moderno, & pro tempore existenti illius Magno Magistro, & Conventui plenissime suffragari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scilicet, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus prefati Gregorii prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 17. Februarii 1629. Pont. nostri anno 5.

LXXXIX. Ampliatio Constitutionis à Clem. VIII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratus ordinem sacramentales confessiones audientes, aut Missam celebrantes, Curia seculari prævia degradatione tradendos editæ, ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleverint.

Clement. VIII. Constitutionem editam contra hos nefarios homines habes sup. tom. 3. num. 8. ubi notavit Genitor meus.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, cui meritis licet imparibus, disponente Deo, præsidemus, à Nobis postulat, ut quantum Nobis ex alto conceditur, delinquendi fiduciam compescamus, in iis præsertim, quorum eò sacrilega processit audacia, ut beneficio minoris ætatis, spreto Apostolicis constitutionibus, confoveant in delictis, quorum statutis pœnis se idcirco jactant minime subjacere.

§. 1. Aliàs siquidem à felicis recordationis Clemente Papa VIII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet: Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi aliàs felicis recordationis Paulus Papa IV. &c.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli privilegio minoris ætatis nimis temerè confisi, & legum indulgentia freti pœnas à d. Clementis prædecessoris constitutione in hujusmodi delinquentes statutas parvipendere præsumant.

§. 3. Nos detestantes, & quantum in Nobis est, cohibere volentes impiam, & nefariam horum temeritatem, qui atrocissimo hoc scelere Catholicam veritatem, quæ solos Presbyteros dictorum Sacramentorum ministros esse docuit, factò impugnant, negotio hujusmodi in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium generalium Inquisitorum coram Nobis habita maturè discusso, inhærentes constitutioni prædictæ, aliisque decretis per fel. record. Paulum IV. & Sixtum V. Romanos Pontifices prædecessores nostros contra similia perpetrantes editis, eaque etiam ad effectum prædictum matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ampliatis, & extendentes, hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, & decernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, qui imposterum ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus Missam celebrare, aut sacramentalem confessionem audire præsumpserit, ætate minori annis vigintiquinque non excusetur, quominus eidem Clementis constitutioni subjiciatur, dummodò vigesimum suæ ætatis annum compleverit.

§. 4. Ipseque non promotus sic delinquens, nulla habita consideratione præfata minoris ætatis, siue Latini, siue Clericus sæcularis, aut cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ regularis, aut cujusvis alterius Instituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, Nobisque, & Apostolicæ Sedis immediate subiecti, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani fuerit, tradatur Curia seculari pœnis debitis plectendus.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Sanctæ Inquisitionis Judices, & Inquisitores, etiam generales, S. R. E. Card. & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, Quocirca omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ, distictè præcipiendo mandamus, quatenus statutum, decretum, & constitutionem hanc nostram inviolabiliter observent, & observari faciant.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, etiam in corpore Juris clausis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Consuetudinibus, & Privilegiis, ad favorem minorum vigintiquinque annis quomodolibet, & ubicumque locorum editis, ac aliis in ipsorum favorem facientibus, Apostolica etiam confirmatione, ac juramento, & seu quavis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem harum literarum publicationem, & affixionem fieri juxta formam in prædicta Clementis constitutione præscriptam, easque publicatas, & affixas omnes intra Urbem, & extra, tam citra, quam ultra montes, & mare, post tempus in ipsa Clementis constitutione præfixum aetate, & efficere, ac si cuilibet personali ter intimatæ fuissent.

§. 8. Mandamus pariter, ut earundem transumptis, etiam impressis, manuque Notarii publici subscriptis, & sigillo officii Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem quæ præsentibus hæc adhiberetur, fides adhibeatur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Martii 1628. Pontificatus nostri anno Quinto.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo publicatio sexcentesimo vigesimo octavo, Indictione undecima, die vero decima Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa Octavi Anno ejus Sexto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad vultus Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis: postolorum de Vrbe, & in acie Campi Flora, dimissis præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium, ut moris est, affixis, ac deinde amotis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixæ relicta fuerunt per nos Franciscum Pignocattum, & Camillum Fundatum S. D. N. Papa Curia.

Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Cursor, pro Mag. D. D. Curatorum.

Confirmatio, & innovatio Regulæ Cancellariæ, LXXX. Decreti Cameræ Apostolicæ, & Constitutionum Julii III. quoad fructus Beneficiorum Ecclesiasticorum inexactos.

Hanc Julii III. Constitutionem habes sup. tom. 1. n. 7. Cum sicut, ubi vide.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Ternus rerum Conditor, cujus iudicia abyssis multa, sacrosanctum Apostolicæ servitutis officium Nobis ad hoc, licet immetitis, demandare voluit, ut

immi-
dit.
Cantoris
fidu.
compli fi-
sim dari ju-
19. in
Dat. P. An. 5.
die 17. Febr.
LXXXIX.
ardium.
Com. VIII.
vide Con. 7.
sup. tom. 3.
Nonnulli ob
noventi an-
no per nos in
conf. un-
dum parvi-
piti sum.
Quare Pont.
delatus ata
die 25. ann
in ex n. 7.
dummodò
annum com-
pervine.

laris, aut sa-
cularis Curia
seculari ple-
banus tradit
mandat.
ita iudicant
decernit.
Contrariis
derogant.
Hanc Const.
iuxta formam
Clem. V. pu-
blicari præci-
pit.
Transumptis
fidem adhibe-
ri jussit.
Dat. P. An. 5.
die 23. Martii.
Brandimartes
D. D. Curatorum.
Proxi-
miam.

Speculatores domus Israël, quæ est Ecclesia sua sancta, ab eo constituti, inter cæteras ejusdem servitutis curas, boni Patrifamilias exemplo provideamus, ut non modò Ecclesiarum omnium, & personarum eis in divinis deservientium indemnitas juxta consulatur, verùm etiam Cameræ Apostolicæ jura latta tæcque omni sollicitudine præferentur, & unicuique quod suum est, quæ lance tribuatur: ea verò Nobis ut sublati impedimentis quibuslibet scilicet succedere valeant, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones de super editas, & libenter innovamus, & si quæ super illis, ac etiam à Nobis ea de re emanatis regulis, sive literis Apostolicis dubia oriri noscuntur, oportune declarationis ministerio removemus, ut etiam hac ratione nostram eisdem Ecclesie sanctæ operam, quantum Nobis ex Alto conceditur, non inutilem faciamus.

Camerilibus prædictis sufficienter derogatum, ac proinde de successoribus in beneficiis, & Ecclesiis, & respectivè Cameræ prædictis, quoad fructus inexactos hujusmodi præjudicium illatum fuisse.

§. 5. Nos omnem in præmissis dubitandi, seu hæsitandi materiam è medio tollere, necnon Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac etiam respectivè Cameræ prædictorum indemnitati consulere volentes, & quarumcumque literarum Apostolicarum, tam in forma Brevis, quam sub plumbo super facultatibus testandi, disponendi, & ab intestato succedendi, & aliis quomodolibet expeditarum, ac quarumcumque aliarum concessionum, & gratiarum desuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores, necnon alia quæcumque, etiam hic forsitan de necessitate exprimenda, præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione eisdem nostras Cancellariæ Apostolicæ regulam, & constitutionem, prædictamque resolutionem Cameralem, ac decretum desuper emanatum hujusmodi, necnon ipsas dicti Julii prædecessoris Constitutiones in favorem Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac Cameræ Apostolicæ respectivè super fructibus inexactis hujusmodi editas, & de iis quomodolibet disponentes, tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illasque, & earum quamlibet quoad fructus inexactos hujusmodi in favorem Ecclesiarum, & beneficiorum in eisque successorum, & respectivè Cameræ nostræ Apostolicæ prædictæ innovamus.

Nunc Regiam Cameræ, & beneficiorum, & Ecclesiarum, & respectivè Cameræ prædictæ, quoad fructus inexactos hujusmodi, & de iis quomodolibet disponentes, tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illasque, & earum quamlibet quoad fructus inexactos hujusmodi in favorem Ecclesiarum, & beneficiorum in eisque successorum, & respectivè Cameræ nostræ Apostolicæ prædictæ innovamus.

Reverentissimus Pontifex summus, & in Christo firmatus, & in illis certis, & in beneficiis, & in Camera Apostolica, & in Rubrica.

§. 1. Aliàs siquidem per regulas Cancellariæ Apostolicæ per Nos in crastinum assumptionis nostræ ad summum Apostolatus apicem editas omnia, & singula facultates, & indulta in ea parte, in qua necdum verè, & realiter sum erant sortita effectum, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ad favorem quarumcumque personarum concessa, quibus eis, vel eorum singulis ullo modo, & ex quavis causa, vel prætextu permittebatur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque quomodolibet beneficiorum per eos obtentorum, anticipatis solutionibus ultra unum annum elocare, & arrendare, ac ad firmam, vel annuam responsum concedere, seu eos, & ea ad favorem quarumcumque personarum obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiorum, & ad tempus quo beneficia hujusmodi obtinissent minime restricta, nec coarctata, inter alia revocavimus, cassavimus, & annullavimus.

Et deinde, & in illis certis, & in beneficiis, & in Camera Apostolica, & in Rubrica.

§. 2. Ac deinde per nostras sub plumbo, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1624. 11. Kalend. Novembris, Pontificatus Nostri Anno II. expeditas literas, licet post generalem gratiarum, & indultorum in præjudicium Cameræ, & Sedis Apostolicæ per eosdem prædecessores nostros quomodolibet concessorum revocationem, facultates testandi, & ab intestato succedendi, quibusvis etiam per Nos concessis exceperimus.

De super dictis, & in verbo Rom. Pontificis attestatur, mentis, & intentionis nostræ nunquam fuisse, nec esse, minusque de cætero fore per quamcumque concessionem, indultum, seu facultatem testandi, & disponendi, ac ab intestato succedendi, vel transmittendi, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & per modum Indulti, seu legis generalis, vel aliàs quomodolibet à Nobis emanatam, & pro tempore emanandam prædictis regulæ, & constitutioni nostris, nec resolutioni, & decreto Cameralibus, illorumque observantiæ, minusque Constitutionibus d. Julii prædecessoris hujusmodi, quoad dd. fructus inexactos, etiam si affectus, & emolumenta quæcumque inexacta hujusmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum, ac etiam consumptorum, derogare, nec aliquod eis præjudicium ullo modo inferre, quinimò eisdem nostras regulam, & constitutionem, decretumque, & resolutionem Cameræ prædictæ, ac dicti Julii prædecessoris Constitutiones per Nos, ut præfertur, approbatas, confirmatas, & respectivè innovatas de cætero perpetuis futuris temporibus, quoad fructus quarumcumque Ecclesiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, & quocumque nomine nuncupatorum inexactos hujusmodi inviolabiliter observari, ac omnimodè executioni demandari debere, etiam si in prædictis indultis, licentis, seu facultatibus testandi, vel aliàs quomodolibet disponendi, & ab intestato transmittendi, vel succedendi, hæctenus etiam per Nos concessis, & de cætero etiam per successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel aliàs quomodolibet concedendis, clausula prædictæ regulæ nostræ revocatoriæ præservativa, sive quodvis aliud Decretum, sub quacumque verborum forma, & expressione conceptum, de eadem regula præservanda apposta, & appositum respectivè non fuerit.

§. 3. Nihilominus mentis, & intentionis nostræ fuisse, & esse, declaravimus prædictæ Regulæ Cancellariæ super revocatione indultorum supervenientis, ut præfertur per Nos editæ, nullatenus per easdem literas nostras præjudicare, quinimò eandem regulam quoad omnia in illa comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quavis dignitate, etiam Cardinalatus fulgen. confirmavimus, & quatenus opus esset, innovavimus, & extendimus, ac aliàs prout in dictis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Ob ista per, & in illis certis, & in beneficiis, & in Camera Apostolica, & in Rubrica.

§. 4. Cum autem, sicut accepimus, pro interesse successorum in beneficiis Ecclesiasticis, & seu respectivè Cameræ nostræ nonnullis in dubium revocato, an regula nostra prædicta facultates ab eisdem prædecessoribus nostris quomodolibet concessis, & emanatas testandi, quoad Ecclesiarum, & beneficiorum fructus inexactos, revocaret, in eadem plena Camera nostra Apostolica sub 13. Januarii 1625. resolutum fuit, facultates testandi, in ea parte, in qua conceditur facultas disponendi de fructibus non exactis, per prædictam regulam nostram esse revocatas, & super resolutione hujusmodi decretum Camerale emanaverit, ejusdem decreti observantia, & executione etiam subsecutis, & pariter ex eo quod in facultatibus testandi & de bonis disponendi, ac ab intestato succedendi per Nos ab inde citra concessis, expressa constitutionum etiam declaratoriarum felicis memorie Julii Papæ III. etiam prædecessoris nostri super fructibus inexactis aliàs in favorem Ecclesiarum, & beneficiorum, ac in eis successorum, & respectivè Cameræ nostræ Apostolicæ editorum derogatio, cum diversis, & prægnantibus clausulis, etiam derogatoriis derogatoris apposte fuit à nonnullis pretendatur, regulæ, & constitutioni nostræ hujusmodi, resolutionique, & Decreto

§. 7. Omnes verò, & singulas licentias, indulta, & facultates testandi, & aliàs quomodolibet disponendi, vel ab intestato transmittendi, & succedendi, tam à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & à Nobis hæctenus quomodolibet concessas, & emanatas, quàm in futurum etiam à successoribus nostris prædictis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concedendis, & emanandas in favorem quarumcumque personarum, etiam speciali, & individua mentione, & expressione

In hujusmodi, & in illis certis, & in beneficiis, & in Camera Apostolica, & in Rubrica.

expressione dignorum, eujuscumque qualitas, status, gradus, & conditionis sint vel fuerint, & quacumque dignitate, etiam Cardinalatus fulgeant, censendas, habendas, & intelligendas esse, ceterisque, haberi, & intelligi debere perinde, ac si in eis, & quacumque illarum parte apposta esset clausula omnium, & singulorum jurium praedictorum dicte Camerae Apostolicae, ac respective Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum praeservativa, verbis infra scriptis, sive equipollentibus concepta, videlicet (Salvis semper, & in suo robore permanentibus praedictis regula, & Constitutionibus, resolutioneque, & decreto Camerali super ipsius regulae declaratione, die 13. Januarii 1625. emanatis) quibus omnibus nullo modo intendimus derogare.

§. 8. Praeterea etiam decernimus nunquam de cetero in quibuscumque concessionibus, & dispositionibus, indultis, facultatibus, & gratiis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam quorum tenores, &c. & quacumque alias clausulas, etiam derogatorias derogatorias habentibus, ac etiam per viam legis, vel indulti generalis, etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet sub quibuscumque tenoribus, & formis per Nos, & quoscumque successores nostros hujusmodi concedendis, seu a Nobis, vel illis emanandis, nunquam praemissis omnibus, & singulis ceteri in aliquo praedictatum, nec derogatum, nisi in eorum quolibet fuerit expressum, & dispositivum, non autem per clausulas generales idem importantes, & seu eventualiter praesenti nostrae constitutioni derogatum.

§. 9. Praesentes vero literas, omniaque, & singula in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes eis nullatenus consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, minusque causa propter quas eadem praesentes emanarint, adductae, verificatae, seu alias justificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in facultatibus testandi, ac aliis de rebus, & bonis disponendi quibusvis etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus a Sede Apostolica, vel aliis quomodolibet ex quacumque causa, etiam favorabili, publica, & pia, etiam ratione consanguinitatis, vel affinitatis inter concedentem, & privilegiatum existentis, ac aliis quovis modo, etiam consistorialiter concessis cavetur expressum, quod illis uti intuitu, & in remunerationem laborum, & onerum quorumcumque, vel ratione legationum, aliorumque officiorum etiam Romanae Curiae, & dignitatum quorumlibet, etiam speciali nota, & expressione dignarum, ac aliis ex titulo, & causa meriti onerosi, & aliis quovis modo attributis nullatenus, & nisi sub certis modo, & forma tunc expressis derogari valeat, ac in praemissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, & adimplenda servata, & adimplenda non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, seu statuto, & consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, etiam quod quoscumque ipsorum privilegiorum creditores, etiam quantumlibet privilegiatos, aut quocumque alio colore, & titulo, etiam in corpore juris clauso, seu occasione vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessarium exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, ac aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, a petitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concedi, aut sic impetrato, vel concessio quampiam uti, seu se jurare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodo-

libet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 10. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ac Camerarium & Thesaurarium Camerae, necnon Praesidentes, & Clericos Camerae nostrae Apostolicae in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritumque, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de jure quaesito non tollent, aliisque Cancellariae Apostolicae regulis, necnon quibusvis constitutionibus, & ordinationibus etiam Apostolicis, ac juramento, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, necnon literis facultatum testandi, aliasque de rebus, & bonis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam Nos quibusvis personis, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam in remunerationem laborum, & damnum passorum, ac ratione officiorum, & dignitatum, necnon ex titulo, & causa meriti onerosi, & aliis cum quibusvis efficacioribus clausulis, & decretis, privilegiis quoque, indultis, aliisque literis Apostolicis in contrarium, ut praemittitur, & aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro iustitiam eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & tenores hujusmodi specifice, & sigillatim expressi, & inserti forent, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, ad effectum omnium & singulorum praemissorum specialiter, & expressum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Ut autem praesentium literarum notitia ad omnes deveniat, volumus quod illae, sive earum exemplum ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florae affixae, seu affixae omnes ita ardeant, & afficiantur perinde, ac si unicuique personaliter intimatae, vel intimatae fuissent.

§. 13. Quodque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 5. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1628. Publicatio indult. 11. die vero 10. mensis Julii, Pont. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa octavi, anno ejus Quinto, supra dictae literae Apostolicae, seu Constitutiones affixae, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florae, dimissis ibidem praesentibus literis per aliquantum temporis spatium, ut moris est, affixis, & deinde amotis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixae, ut moris est, per nos Franciscum Pignoccatum, & Camerarium Fundatum Sanctiss. D. N. Papa Curf.

Brandimartus Latinus pro D. Mag. DD. Curforum.

Requiritur... in praesentibus...

per quosdam... in praesentibus...

clausula... in praesentibus...

Clausula sublata.

Contra abrogatum.

Transumptum fides.

Huius Constitutionis effectus.

Dat. P. An. 5. die 5. Aprilis.

LXXXI. De erectione Priorum Provincialium, ac celebratione Capitulorum Provincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Provincias Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Italice.

Vide de his Fratribus notata ad Const. 63. Clement. VIII. sup. tom. 3. Et ad Const. 3. Greg. XV. Pastoralis, hic sup. ubi notavi.

Edita An. D. V R B A N V S P A P A V I I I. 1628. Ad futuram rei memoriam.

Alia ipse Pont. divisit in quatuor Provincias, deputavitque priores Provinciales sup. in can. 59. Ad uberes.

Sed quia in d. can. neque in h. n. s. Ordinis de prioribus Provincialis, et quia in d. can. 59. Ad uberes.

Idem Pont. illi in modo determinat.

Alia pro parte dilecti filii Basilii à Sanctissima Trinitate Vicarii generalis Congregationis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum Italice Nobis exposito, quod Congregatio ipsa quamplures domus regulares per universam Italianam habeat, ita ut solus per seipsum commodè eas regere, & gubernare nequiret, proindeque earundem domorum utilitati maxime consultum iri existimabat, si eadem Congregatio in Provincias, ut infra divideretur: Nos supplicationibus ejusdem Basilii Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationem prædictam in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Januensem, & Siciliam Apostolica auctoritate perpetuè divisimus, & separavimus, necnon pro ea prima vice usque ad proximè futuri Capituli generalis ejusdem Congregationis celebrationem tantum, & non ultra, in Romanæ Vicariorum ab Epiphania, in Neapolitanæ Simeonem à Cruce, in Januensis Valerianum à Sancto Augustino, ac in Siciliæ Provinciarum hujusmodi Provinciales Joannem Baptistam à Sancto Francisco de Paula Ordinis, & Congregationis hujusmodi professores dilectos filios, sub uno ipsius Congregationis Vicario generali, ac cum privilegio, gratiis, indultis, facultatibus, jurisdictione, & auctoritate sub certis modo, & forma tunc expressis dicta auctoritate creavimus, constituimus, & deputavimus, & aliis prout in nostris desuper in simili forma Brevis expressis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenè continetur.

§. 2. Cum autem, nulla in literis nostris prædictis de modo novos Priores Provinciales eligendi, Capitula provincialia celebrandi, Provinciaque ipsas regendi, & gubernandi in literis nostris prædictis, minusque in eorundem Fratrum constitutionibus ab hac Sancta Sede confirmatis mentio fiat, Capitulum verò generale eorundem Fratrum in domo regulari ejusdem Congregationis Civitatis Neapolitanæ, Dominica quarta post proximum festum Paschalis Resurrectionis celebrandum sit.

§. 3. Nos felici ejusdem Congregationis, illiusque Fratrum regimini, atque gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, eosdemque Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendū harum serie absolventes, & absolutas fore cientes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Quod omnes ipsius Congregationis Vocales pro hac vice dumtaxat in Capitulo generali prædicto Priorem generalem, & alios officiales generales, sicut hætenus in eadem Congregatione usque in præsentem diem fieri consuevit, tam constitutionum ejusdem Congregationis, quam declarationum, sive decretorum à præteritis Capitulis generalibus emanatorum vigore eligere liberè, & licitè possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam concedimus, & impartimus, ita tamen, ut congregatis in unum pro celebratione ipsius Capituli generalis Vocalibus prædictis, antequam ad quamlibet electionem deveniantur, per viam

constitutionum proponatur, discutatur, & terminetur modus expediens, & opportunus, qui de cætero in Capitulorum generalium, & Provincialium celebratione, Prioris generalis, & Provincialium electione servari omninò debeat, quas quidem constitutiones ad Nos, & hanc Sanctam Sedem deinde transmitti volumus, ut quid circa illarum confirmationem statuendum fuerit, matura consultatione adhibita, deliberare valeamus.

§. 4. Præterea ut stante temporis hujusmodi angustia Capitulum generale prædictum ad Dei laudem, ipsiusque Congregationis utilitatem feliciter celebretur, quod electis in dicto Capitulo generali prædictæ Congregationis Officialibus generalibus, ipsiusque Capituli generalis, quod in iis, quæ ad Capitula particularia quomodolibet pertinerent, nullatenus se ingeret, totali celebratione absoluta, vocales uniuscujusque Provinciæ noviter electi, ac etiam ii, quorum officia tunc temporis cessaverint, immediatè in eadem domo regulari, & pro hac vice dumtaxat seorsim, & separatim ab aliis se congregare, suaque Capitula provincialia celebrare, Præfidentes, Definidores Provinciæ, Provinciales, Priores, aliosque Officiales solitos, eligere liberè similiter, & licitè possint, & valeant, itaut vocales unius Provinciæ in Officialium quorumcumque alterius Provinciæ electione nullatenus interveniant, nec votum ferant, seu aliàs se immisceant, auctoritate, & tenore prædictis facultatem impartimus.

§. 5. Decernentes præsentibus litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari, & adimpleri debere.

§. 6. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ manitis eadem proferas fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5.

Indictio universalis Jubilæi ad agendas gratias, LXXXII & divinam opem in imminentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

Vide qua notavi ad Constitut. 1. Pauli V. Ecce, supra tomo 3. Et scito quod anno sequenti validioribus armorum ingruentibus motibus, & periculosis adversitatibus imminentibus, pro pace inter Principes à Deo facilius impetranda, aliam concessit indulgentiam plenariam, videlicet ut in Const. sequenti.

V R B A N V S P A P A V I I I. Edita An. D. 1628. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quod ab initio Pontificatus nostri precibus, & votis expetivimus, Pater misericordiarum Deus animi nostri

Alia quædam pro hoc anno duntaxat fieri in casu solo electione de consuetudine

Dicitur præfatis unum.

Dicitur irritum.

Contrariis derogatis.

Transumptis.

Dat. P. An. D. 1628.

Proximè causa hujusmodi congregate.

nostri plus affectus respiciens, orthodoxe Fidei hostes non solum repressit, sed eorum vires, attrivit adeo, ut in portu tranquillitatis conquiscentes posse videremur inimicus tamen humani generis, qui in agro dominico solitus est supereminare zizania, satagit auram vertere in procellam, & interrumpere tam felices progressus nititur. Quamobrem præterita beneficia ab Altissimo obte- nata requirunt, ut majores, quas possumus, gratias ei aga- nus, & ipsi animi significationem publicam exhibeamus, & insimul divinæ Majestatis suæ thronum addeun- tes, pro Sanctæ Ecclesiæ hostium conversione, ejusdem- que Ecclesiæ exaltatione, & inter Principes Catholicos pace summopere deprecemur. Peccata igitur, quæ obicem gratiæ Dei interponunt, jejunio, sæta, orationibus, & elemosynis redimamus, ut qui sperantes in se infirmi non patitur, ulterius magnificet nobiscum facere mi- sericordiam, & convertatur ad illum in toto corde nostro. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiri- tus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ om- nium Matris, & Magistræ more, in præsentibus necessi- tates ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensa- tores à Domino constituti sumus, proferre, & largissimi- erogare decrevimus.

§. 1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Fi- lii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubi- cumque locorum constitutos Apostolica auctoritate pa- ternè, enixeque requirimus, monemus, & in Domino ad hortamur ad infra scripta devotè peragendum, & ad im- plendum, ac ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam prote- gere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hære- tim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur. Nos enim de Omni- potentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, at- que solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minime suffragantibus contulit, Universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe præfata degentibus, qui solemnium processioni à Basilica Principis Apostolorum in Vaticano ad Ecclesiam Archihospitalis nostri Sancti Spi- ritus in Saxia nuncupati de Urbe Feria Quarta proximæ Hebdomadæ Passionis, unà cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Christi- anorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostoli- cam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælati, & Proce- ribus, universoque Clero, & Populo agemus interfue- rint, aut qui prædicta, vel illam sequenti Hebdomada eadem Basilicam, & Ecclesiam saltem semel visitaverint, ibique devotè, ut supra, Deum oraverint, ac Feria Quar- ta, & Sexta, ac Sabbato ejusdem, vel sequenti Hebdo- madæ jejunaverint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio di- ctatum Hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reverenter sumpserint, & elemosynas ad libitum, prout caritas singulis suggererit, fecerint.

§. 2. Cæteris verd omnibus, & singulis fidelibus ex- tra Urbem existentibus, in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eo- rum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda Hebdomada, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ literæ devenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitaverint, ibique ut supra, Deum oraverint, ac feria Quarta, Sexta, & Sabba- to alterius ex duabus Hebdomadis ab eisde deputan- dis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, & elemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore præsentium con- cedimus & elargimur.

§. 3. Navigantes verd, aut iter agentes, ut cum pri- mum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis om-

nibus peractis, ut supra, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant.

§. 4. Regularibus autem personis utriusque sexus, in claustris perpetuè degentibus, necnon aliis quibuscum- que tam laicis, quam Religiosis secularibus, seu regulari- bus, in carcere, aut in captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut confessariis, quem ut infra elegerint, præ- dicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alta pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus pro- rogare possint, eaque injungere, quæ ipsi penitentes effi- cere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 5. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri hujus pretiosissimi thesauri, universis, & singulis utriusque sexus, tam laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam secularem, quam cujus- vis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordina- riis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspen- sionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Or- dinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alijs per quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque refer- vatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§. 6. Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Ca- stitatis exceptis,) in alia pia, & salutaria opera commu- tare, injuncta tamen, eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 7. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omni- bus, & quibuscumque venerabilibus fratribus Patriar- chis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Præ- latis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioc. Provincias, Civitates, Oppi- da, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, & Cleris, ac Populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 8. Non intendimus autem per præsentibus super ali- qua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate quoquo modo contracta dispensare, vel ali- quam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ. Neque etiam iis, qui à Nobis & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excom- municati, suspensi, interditi, seu alijs in sententijs, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fue- rint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordina- tionibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absol- vendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Ponti- fici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam simi- les, vel dissimiles Jubilæi, Indulgentiarum, ac facultate- tum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa men- tio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium ju- ramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privi- legijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus,

in quibus
hic
in Ca
relig
qui præ
sunt
in Alma
Urbe
nostra
etiam
in alijs
locis
etiam
in
alibi
ubi
cumque
locorum
constitutos
Apostolica
auctoritate
paternè
enixeque
requirimus
monemus
& in Domino
adhortamur
ad infra scripta
devotè
peragendum
& ad im-
plendum
ac ad Deum
Salvatorem
nostrum
orandum
ut per viscera
misericordiæ
suæ fidem
Catholicam
protegere
ab hostium
conatibus
& insidiis
defendere
hære-
timum
extirpare
Principibus
Christianis
pacem
& veram
concordiam
donare
ac præcipuè
præsentibus
Ecclesiæ
necessitatibus
subvenire
dignetur
Nos enim
de Omni-
potentis Dei
misericordia
ac Beatorum
Petri & Pauli
Apostolorum
ejus auctoritate
confisi
ex illa ligandi
atque solvendi
potestate
quam Nobis
Dominus
meritis
minime
suffragantibus
contulit
Universis
& singulis
Christi fidelibus
in Alma Urbe
præfata
degentibus
qui
solemnium
processioni
à Basilica
Principis
Apostolorum
in Vaticano
ad Ecclesiam
Archihospitalis
nostri Sancti
Spiritus
in Saxia
nuncupati
de Urbe
Feria Quarta
proximæ
Hebdomadæ
Passionis
unà cum
Venerabilibus
fratribus
nostris
Sanctæ
Romanæ
Ecclesiæ
Cardinalibus
Christi-
anorumque
Regum
& Principum
apud Nos
& Apostoli-
cam Sedem
Oratoribus
omnibusque
Prælati
& Proce-
ribus
universo
que Clero
& Populo
agemus
interfue-
rint
aut qui
prædicta
vel illam
sequenti
Hebdomada
eadem
Basilicam
& Ecclesiam
saltem
semel
visitaverint
ibique
devotè
ut supra
Deum
oraverint
ac Feria
Quarta
& Sexta
ac Sabbato
ejusdem
vel sequenti
Hebdo-
madæ
jejunaverint
& peccata
sua
confessi
fuerint
atque
in primo
die
Dominico
vel secundo
seu saltem
alio di-
ctatum
Hebdomadarum
die
Sanctissimum
Eucharistiæ
Sacramentum
reverenter
sumpserint
& elemosynas
ad libitum
prout
caritas
singulis
suggererit
fecerint
§. 2. Cæteris
verd omnibus
& singulis
fidelibus
ex-
tra Urbem
existentibus
in quibusvis
Civitatibus
Terris
& locis
qui
processioni
ab Ordinariis
locorum
vel eo-
rum
Vicariis
seu Officialibus
vel de eorum
mandato
&
ipsis
deficientibus
per eos
qui ibi
curam
animarum
exercent
prima
vel secunda
Hebdomada
postquam
ad
eorum
notitiam
hæ nostræ
literæ
devenerint
indicendæ
& agendæ
interfuerint
vel Ecclesiam
seu Ecclesias
per
eosdem
designandas
saltem
semel
visitaverint
ibique
ut supra
Deum
oraverint
ac feria
Quarta
Sexta
& Sabba-
to
alterius
ex duabus
Hebdomadis
ab eisde
deputan-
dis
jejunaverint
pariterque
peccata
sua
confessi
ac
Sanctissima
Communione
refecti
fuerint
& elemosynas
similiter
pro arbitrio
suo
fecerint
plenissimam
omnium
peccatorum
suorum
Indulgentiam
& remissionem
sicut
in anno
Jubilæi
visitantibus
certas
Ecclesias
intra
&
extra
Urbem
concedi
consuevit
tenore
præsentium
con-
cedimus
& elargimur
§. 3. Navigantes
verd
aut iter
agentes
ut cum
pri-
mum
ad sua
seste
domicilia
receperint
supra
scriptis
om-

Regularibus
que infirmi
curandis
Omnia
Christiana
facultatem
sibi eligendi
confessarium
approbatum
concedit
quod
eos absolveat
ab omnibus
peccatis
casibus etiam
reversis
nam in Bal-
sa Cœnæ Do-
minici contin-
rin
De vobis om-
nia Re. 1210
nis & Casu
tatis exceptis
committit
Ordinariis
locorum hoc
Jubilæi
hanc Constitu-
tionem publicare
faciant
Declarat Ius
omne quod
ab ordinariis
& officialibus
suis

Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, vel quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Transumptis
idem auro
pibus.*

§. 10. Ut autem presentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut earundem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis litteris, si forent exhibitae, vel ostensae.

*Dat. P. An. 5.
du 8. April.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1628. Pontificatus nostri anno quinto.

*Sequitur Concessio Indulgentiae Plenariae pro iisdem necessitatibus validius ingruentibus aver-
tendis.*

*Edita An. D.
1629.*

URBANUS PAPA VIII.
Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Exordium, &
causa hujus
concessio.
hortatio ad
populum ad
illam effe-
quendam.*

Notis, & precibus pro S. Ecclesiae hostium conversione, ejusdemque Ecclesiae exaltatione, & inter Principes Catholicos pace impetranda à Domino, in superioris anni quadragesimali jejuniò enixè precati sumus. Nunc autem periculosius adversitatibus imminentibus, & validioribus armorum ingruentibus motibus, ad immensam ejus misericordiam, publicis etiam precibus indictis, denudè confugiendum esse duximus, sperantes fore, ut exaudiat preces nostras multiplicatis intercessionibus is qui dixit, Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Quapropter revertamur ad illum, & hoc praesertim acceptabili tempore scindamus corda nostra, & projeciamus à nobis praevagationes nostras, in quibus praevaticati sumus: humilem illi animas nostras in jejuniis, orationibus, elemosynis, aliisque piis operibus, ut conjunctis poenitentium suffragiis, dirigantur preces nostrae sicut incensum in conspectu suo, & quae ab ineffabili ejus clementia petimus, tandem consequamur. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritu ardore peragatur, veteri Ecclesiae Romanae omnium Matris, & Magistrae more, in praesentibus necessitatibus ejusdem Ecclesiae thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubicumque locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiae suae fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, haereticum extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac praecipuè praesentibus Ecclesiae necessitatibus subvenire dignetur.

*Concessio In-
dulgentiae Ple-
nariae conse-
quenda ab iis
qui deman-
data in hac
Cov. adim-
pleverint.*

§. 1. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe praedicta degentibus, qui in una ex tribus hebdomadis post praesentium publicationem immediatè sequentibus, ceteris verdè omnibus, & singulis fidelibus extra eandem Urbem existentibus, qui prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam haec nostrae litterae pervenerint (majori tamen, & Octavae Paschatis Resurrectionis hebdomadis exceptis) quarta, & sexta feriis, necnon sabbato jejunaverint, & quatenus jejunare non possint, alia pietatis opera arbitrio infra scripti

Confessarii fecerint, ac in uno ex diebus hujusmodi, vel sequenti Dominica verè poenitentes, & confessi Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum sumperint, & ut praefertur, oraverint, elemosynamque arbitrio suo fecerint, necnon processioni à dilecto filio nostro in Urbe praedicta Vicario in spiritualibus generali in eadem Urbe in Ecclesia, seu Ecclesiis designandis, extra illam verò ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, in unaquaque Cathedrali, seu Collegiata, aut his non extrantibus, Parochiali, vel Matrice Ecclesia viciniorè agendae, in qua Litaniae cum solitis precibus, & orationibus, addita tamen oratione, Deus refugium, &c. decantandae erunt, interfuerint, seu unam ex dictis Ecclesiis visitaverint, & ibi ut praefertur, oraverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino, pro hac vice dumtaxat concedimus.

*Extensio
in firmo
facientibus
ceratis, &
sub certis
do, &
ma.*

§. 2. Infirmis verò, navigantibus, iter agentibus, in carcere seu servitute, aut alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui Processioni hujusmodi interesse, aut dictam Ecclesiam visitare nequiverint, si alia pietatis opera sibi à Confessario ex approbatis ab Ordinario injungenda adimpleverint, ac verè poenitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, ut praefertur, oraverint: regularibus quoque personis utriusque sexus, qui Processioni, quoad Moniales videlicet, in suis Monasteriis, quo verò ad alios regulares ad Cathedralè, seu in ejus defectum Collegiatam, aut aliam Ecclesiam majorem loci respectivè faciendae interfuerint, ibique similiter verè poenitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, ut praefertur, oraverint, aliaque praemissa adimpleverint, ut eandem Indulgentiam consequantur, etiam concedimus, & indulgemus.

*Pariter
facultatem
tam laicis
quam Ec-
clesiasticis
eligendi
personas
probantibus
eos ad
casibus
tamen in
la. Causa
missi et
isquam
littera
habilitati
&c.*

§. 3. Ac eisdem Christi fidelibus tam laicis, quam Ecclesiasticis saecularibus licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam saecularem, quam cujusvis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine quavis causa, non tamen judicialiter, latis, seu infictis, ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae reservatis, non tamen in Bulla die Coenae Domini legi solita contentis, in foro conscientiae, & hac vice tantum, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet propter praemissa, poenitentia salutari, & aliis ejusdem Confessarii arbitrio injungendis, absolvere, & liberare valeat, citra tamen facultatem dispensandi super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae.

*Publice
hujus
facienda
Ordinariis
locorum.*

§. 4. Idcirco ten. presentium in virtute sanctae obedientiae districtè praecipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum praesentium litterarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illam statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioc. Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Clerisque & Populis sibi subiectis privatas processiones, & supplicationes, ut praefertur, celebrandas indicant.

*Comparari
abrogant
exemplum
fidei.*

§. 5. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem praesentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut earundem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae

URBANUS OCTAVUS.

quae habentur ipsi literis, & forent exhibite, vel... Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1. Martii 1629. Pont. nostri anno sexto.

XXIII. Erectio unius Cathedrae Eloquentiae, sive Rhetoricae in publico Urbis Gymnasio, pro uno ipsius Rhetoricae Lectore, & Professore, cum annuae provisionis assignatione, necnon Privilegiorum, & Indulgentiarum quibus alii dicti Gymnasii Cathedralici gaudent, communicatione: Ejusdemque concessio Augustino Malcardo.

Studium generale in Urbe cum privilegiis pro Doctoribus, & Scholaribus instituit Bonif. Octavum in const. 9. In supremæ, tom. 1. Cui consonat Leon. X. const. 4. Dum suavissimus, d. tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini ab eo, à quo omnis sapientia est, & cum quo illa semper fuit, & est aeternum, nullo licet meritorum suffragio praepositi, ardentè considerantes, inter ceteras liberales doctrinas, & disciplinas, quibus Juventus in publico Almae Urbis nostrae Gymnasio instruitur, & eruditur; ut hominis decus est ingenium, sic ingenii lumen esse eloquentiam, quodque Rhetorica docet & iusta persuadere, & horum contraria fugere, operæ pretium Nos facturos existimavimus, si in eodem Gymnasio una Eloquentiae, sive Rhetoricae Cathedra provisionis nostrae ministerio erigatur, & instituat, eique sic erectæ, & institutæ, de tali persona provideatur, cujus insignis doctrina, & eruditio non modò industria, studio, labore, & diligentia, verum etiam singulari in Deum pietate comprobetur.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris unam in praefato Gymnasio Eloquentiae, sive Rhetoricae Cathedram pro uno ipsius Eloquentiae, sive Rhetoricae Lectore, & Professore, cum omnibus, & singulis privilegiis, & indulgentiis, etiam specialibus, & expressione dignis, & aliarum scientiarum, sive disciplinarum in dicto Gymnasio Cathedralici professorum de jure, usu, statuto, consuetudine, aut ex concessione Apostolica, vel aliis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum.

§. 2. Necnon provisione annua scutorum quingentorum moneat, ex ea octingentorum scutorum similibus, quibus venerabilis Frater Julius Archiepiscopus Thessalonicensis, uti Juris civilis in eodem Gymnasio olim professor, & Jubilatus ex concessione Apostolica percipit, postquam tamen per obitum ipsius Julii Archiepiscopi, seu aliis ex ejus persona quomodolibet cessaverit, desumenda & persolvenda, Apostolica auctoritate tenore praesentium erigimus, & instituimus.

§. 3. Insuper dilecti filii Augustini Mascardi Clerici Lunen. Sarzanen. Cubicularii, ac familiaris continui commentalis nostri eximia doctrinae, & spectatae multarum litterarum scientiae, atque eruditionis, aliarumque insignium virtutum, sincerae erga Nos, & hanc sanctam Sedem fidei, & devotioni conjunctarum rationem habentes; Motu, scientia, & deliberatione similibus Cathedram Eloquentiae, sive Rhetoricae per nos, ut praefertur, erectam, & institutam, sive onus scientiam hujusmodi in dicto Gymnasio publicè legendi, docendi, & profitendi eidem Augustino, quoad vixerit, cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, privilegiis, gratiis, indulgentiis, ac provisione annua quingentorum scutorum hujusmodi, illi modo, & forma praemissis persolvenda, auctoritate, & tenore praefatis concedimus, assignamus, & demandamus, eumque Eloquentiae, sive Rhetoricae in d. Gymnasio professorem

quoad vixerit, cum honoribus, oneribus, & provisionibus praefatis facimus, constituimus & deputamus.

§. 4. Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis, aliisque arbitrii nostri poenis, ut eundem Augustinum ad Cathedram Eloquentiae, sive Rhetoricae praefatam, onusque scientiam hujusmodi profitendi, illiusque liberum exercitium, juxta tenorem praesentium recipiant, & admittant, eique de provisione annua quingentorum scutorum hujusmodi, postquam illa octingentorum scutorum similibus cessaverit, ut praefertur, suis congruis temporibus respondeant, ac responderi curent, & faciant realiter, & cum effectu.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Gymnasii & Urbis praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5.

Revocatio Ordinationis factae in Capitulo Fratrum Joannis Dei, qua concedebatur cuilibet Sacerdoti dictae Religionis, ut duas Missas singulis hebdomadis celebrare, & de earum elemosynis ad sui libitum disponere posset. Ac prohibitio, ne Fratres Sacerdotes d. Religionis audeant exercere officia, & dignitates, quae in eadem exerceri solent. Cum declaratione, quae sint Officia & dignitates hujusmodi, ac inflictione poenarum contrafacientibus.

De ista Religione, ejusque materiis, vide qua tibi indicavi ad const. 100. Pauli V. sup. tom. 3. necnon ad const. S. D. N. Sacrosanctum.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia ea interdictum, quae in personarum Regularium Capitulis sancita sunt, ipsa subinde, rerum experientia suadente, praesertim cum felici personarum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium statui, regularisque observantiae incremento opportunè consulitur, atque inconvenientibus obviam itur, alterat, immutat, in hisque sollicitudinis, & providentiae suae studium favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque (sicut accepimus) in quodam Capitulo Fratrum Congregationis Joannis Dei sub regula S. Augustini ordinatum fuerit, ut quilibet ejusdem Congregationis Sacerdos duas Missas ad sui libitum singulis hebdomadis celebrare, elemosynamque sibi propterea datam percipere, & de ea in suos usus disponere valeat, ordinatio autem praedicta non parum eidem Congregationi obesse dignoscatur.

§. 2. Nos prospero, felicitique ipsius Congregationis regimini, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Ordinationem praedictam, ac prout illam concerneret, omnia, & singula in scripturis desuper confectis contenta, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuè revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque & effectu prorsus evacuamus.

§. 3. Insuper volumus, ac auctoritate, & tenore praedictis statuimus, quod ejusdem Congregationis Sacerdotes Praelaturas in dicta Congregatione nullo modo obtinere possint.

§. 4. Et illi duo pro qualibet regulari, domo ex fratribus dictae Congregationis, qui pro Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione ad sacros etiam presbyteratus

Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to 'An. D.', '1628.', and '1629.'

Vertical marginal notes on the right side of the page, including references to '1628.', '1629.', and '1628.'

*Quidam pro-
mouendi ad
Ordines se-
cularium etc.
69. Pauli V.
sup. tom. 3. de
caus. non
promouendi
nisi decem an-
nos professio-
nis in d. Con-
gr. pergerint,
et approba-
tos, et b. r.
de sacro pro-
mouendi in
forma pra-
scribitur.*

Quinti praedecessoris nostri desuper emanata in pro-
movendi sunt, ad eisdem Ordines de cetero promo-
veri nullatenus valeant, nisi prius decem annos pro-
fessionis in eadem Congregatione peregerint, & ab
Examinatoribus Synodalibus, non solum ad Ordines
praedictos, verum etiam ad sacras confessiones audien-
das examinati, & idonei reperti fuerint, & necessarias
super hoc patentes literas ab eisdem Examinatoribus
obtinuerint.

*Classula pro-
servatione bo-
ni cons.*

§. 5. Ac demum, quod nullus de cetero ad sacros Or-
dines in dicta Congregatione promoveatur, nisi pro ne-
cessitate administrandi Sacramenta Ecclesiastica infirmis,
& religiosis, ac de Confratris Majoris, & Deservitorum
dictae Congregationis consensu, ad praedictum effectum
dumtaxat praestando.

*Classula
sublata.*

§. 6. Decernentes praesentes literas, ac omnia, & sin-
gula in eis contenta, valida, firma, & efficacia existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, inviola-
biliter observari.

*Confraternitas
remota.*

§. 7. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &
delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores
judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

*Fides rem-
scriptorum.*

§. 8. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregatio-
nis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem
Congregationi, illiusque Superioribus, & Fratribus,
ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omni-
bus, & singulis, illorum omnium tenores praesentibus
pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in
suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, &
expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscum-
que.

*Dat. P. An-
die 18. Apr.*

§. 9. Volumus autem quod praesentium transumptis
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica
constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhi-
beatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent
exhibita, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris,
die 18. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5.

*Sequitur declaratio, qua nominibus officiorum, &
dignitatum intelligenda sint, ac pariter insti-
tutio eligentibus, ac electis contra formam hujus
constitutionis.*

*Edita An. D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1628.
Ad perpetuam rei memoriam.*

*Paul. V. in-
dulg. ut in
qualibet do-
mo regulari
huius Congr-
gationis Confr-
ter ad sacros
Ordines pro-
moveri pos-
set, ut in
conf. 35. sup.
tom. 3.
Ipsius Clem.
conf. habet
sup. tom. 3.
n. 44.*

§. 1. Alias felicitis recordationis Paulo Papae V. pra-
decessori nostro pro parte tunc existentis Vicari-
i Generalis, & Confratrum Congregationis Joannis
Dei exposito, quod omnes Domus Regulares Congrega-
tionis praedictae magna incommoda, & damna patiebantur
ex eo, quod quadam Constitutione piae memoriae
Clementis Papae VIII. etiam praedecessoris nostri, sub
datum die 9. Septembris millesimo quingentesimo nona-
gesimo sexto, Pontificatus sui anno quinto, inter alia
Confratribus dictae Congregationis ascensus ad sacros
Ordines interdictus erat; siquidem Presbyteros saecula-
res, qui pauperum in domibus praedictis exceptorum
confessiones audirent, Sacramenta ministrarent, & ago-
nizantium animas omnipotenti Deo commendarent, ha-
bere valde dispendiosum, & quod deterius erat, dicti
Presbyteri saeculares post celebratum ab eis Sacrosan-
ctum Missae sacrificium à praedictis Domibus Regulari-
bus pro majori parte diei, & tota nocte aberant, in maxi-
mum animarum dictorum pauperum praedictorum: Idem
Paulus praedecessor eorum hac in parte supplicationibus
inclinatus, quod in qualibet domo dictae Congregatio-

nis unus Confrater dumtaxat arbitrio tunc, & pro tem-
poribus existentis ejusdem Congregationis apud Sedem
Apostolicam Proceptorum, omnes etiam sacros, & pres-
byteratus Ordines promoveri posset, sub certis modo,
& forma tunc expressis concelebratis, & indultis.

§. 2. Utque sic promoti nullum Officium, munus, aut
administrationem in dicta Congregatione gerere, vel
exercere valerent, sed Missae celebrandis, & Sacra-
mentis ministrandis tantummodo vacare deberent, sta-
tuit.

§. 3. Subinde verò Nos prospero, felicique dictae Con-
gregationis regimini, quantum cum Domino possumus,
consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia,
ac matura deliberatione nostris, inter alia volumus, ac
etiam statumus, quod ejusdem Congregationis Sacer-
dotes Praelaturas in ipsa Congregatione nullo modo ob-
tinere possent, & alias, prout in dicti Pauli praedecesso-
ris, ac nostris in simili forma Brevis expeditis literis,
quarum tenores praesentibus pro sufficienter expressis
haberi volumus, plenius continetur.

§. 4. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli dictae
Congregationis Superiores, & Sacerdotes praedictas li-
teras, contra verum illarum sensum, & dispositionem
interpretari non verentes, Confratris Majoris, Procura-
toris generalis, Consilii Provincialis, Vicarii gene-
ralis, Prioris, ac Secretarii generalis dignitates, & officia
dictae Congregationis, si ad ea assumantur, absque
ullo conscientiae scrupulo se recipere, & obtinere posse
praetendant.

§. 5. Nos in praemissis opportuna declarationis mini-
sterio, quantum cum Domino possumus, providere vo-
lentes, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Ro-
manae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium pra-
epositorum consilio, motu, scientia, & deliberatione si-
milibus Confratres Sacerdotes Congregationis hujus-
modi ex forma literarum praedictarum ad praenominat-
as dignitates, & officia obtinenda inhabiles esse, Apo-
stolica auctoritate, tenore praesentium decernimus, &
declaramus.

§. 6. Necnon eisdem Confratribus Sacerdotibus, ea-
rundem tenore praesentium interdicimus, & prohibe-
mus, ne ad dignitates, & officia hujusmodi patiantur
se eligi, vel assumi, aut in eis se immiscere quoquo-
modo: Superioribus verò ne illorum quenquam elige-
re, vel assumere audeant, seu praesumant, alioquin Su-
periores sic eligentes, vel assumentes, omnibus officiis,
& dignitatibus obrentis, voceque activa & passiva eo
ipso privati censentur; Confratres verò Sacerdotes
hujusmodi, ut praenonitur, electi, vel assumpti, à suo-
rum Ordinum executione perpetuo suspensi remaneant.

§. 7. Decernentes sic, & non aliter in praemissis per
quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam cau-
salarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti
debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari.

§. 8. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis li-
teris concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis
quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod praesentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica
constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur,
quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel
ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub
annulo Piscatoris, die 17. Junii 1628. Pont. nostri anno
quinto.

**De electione Praefecti Generalis, Consultorum, LXXX
& Arbitri Congregationis Clericorum Re-
gularium Ministrantium Infirmis.**

*Hujus Congregationis materiam lege ad conf. 25.
Sixti*

URBANUS OCTAVUS.

Sixti V. Ex omnibus, sup. tom. 2. Et etiam hujus Pont. const. 10. Sacrosanctæ, sup.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex è sublimi militantis Ecclesiæ specula universi gregis Domini curæ jugiter invigilans, præcipuas Apostolicæ sollicitudinis partes impendere consuevit, ut qui abjectis vanitatibus huic temporali vitæ renuntiarunt, charitatemque sectantes, & spiritualia æmulantes, non solum sibi, sed etiam proximo ad salutem prodesse satagunt, per ordinatè, provideque constitutam superiorum electionem feliciter regantur, & gubernentur, sublatisque contentionibus quibuslibet, reddant Domino vota sua, ambulentque in innocentia vitæ, ac sanctitate, & iustitia coram ipso.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Congregatio dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Ministrantium Infirmis in quinque Provinciis, videlicet Romanam, & Hetruricam insulam, Siculam, Neapolitanam, Bononiensem, & Mediolanensem divisa existat, & in Capitulo generali ipsius Congregationis præter generalem ipsius Præfectum, quatuor Consultores, duo scilicet Presbyteri, & duo Laici, unusque Arbitrator, qui in sacro Presbyteratus ordine constitutus esse debeat, eligi consueverint.

§. 2. Nos felici, atque prospero Clericorum præfatorum regimini, atque gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere volentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, succedente muneris Præfecti generalis dicte Congregationis vacatione, Siciliæ primò, ac subinde Mediolanensis, deinde verò Bononien-sis, postea Neapolitanæ, demumque Romanæ & Hetruricæ Provinciarum ejusdem Congregationis professores ad manus Præfecti generalis ordine hujusmodi successivo servato, dummodo tamen ad illius functionem, sive exercitium habiles, & idonei in ea Provincia, cui id obtigerit, reperiantur, & sic deinceps alternis vicibus.

§. 3. Quodque in proximè futuro Capitulo generali ipsius Congregationis, è Mediolanensi, & Bononiensi duo Laici, è Neapolitan. verò, & Siciliæ duo Presbyteri Consultores, necnon arbitror pro hac prima vice rursus è Mediolanensi Provinciis hujusmodi, in futurum verò ex aliis Provinciis per turnum alternis vicibus, atque ordine successivo, ut præfertur, eligantur, & assumantur, eligique & assumi debeant: ita tamen, ut è duabus illis Provinciis, ex quibus in uno Capitulo generali duo Presbyteri in Consultores assumpti fuerint, in alio subsequenti non nisi duo Laici ad officium Consultorum hujusmodi eligi valeant, neque Consultores, & Arbitrator ejus sint Provincie, ex qua Præfectum generalem eligi contigerit, servato semper in omnibus præmissis ordine alternatiæ, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes præsentibus literas validas, firmas, ac efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, aliisque litteris Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & suffi-

Bullar. Mag. Tom. 1 V.

cienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, ac manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 29. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5.

Extensio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beato Felice de Cantalicio Ordinis Capuccinorum in ejus festo ad omnes Sacerdotes ad Ecclesias ejusdem Ordinis confluentes.

Hunc Felicem de Cantalicio beatificavit hic idem Pont. sup. const. 4. In specula, ubi notavi.

VRBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Aliàs nomine dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bavarie Sacri Romani Imperii Principis Electoris, & Caroli Lotharingæ Ducum reipublice, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontanæ, dilectorumque in Christo filiarum nobilium mulieris Elisabethæ Bavarie Ducissæ, & Catharinæ etià à Lotharingia Monasterii Sedi Apostolicæ immediate subiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti Nullius, seu Tullen. Diocesis Abbatissæ, necnon etiam Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis exposito, quod bonæ mem. Felix de Cantalicio ejusdem Ordinis, dum vixit, professor, multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, eaque propter exponentes prædicti Nobis humiliter supplicari fecerant, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ab Apostolica Sede decerneretur, idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque & Missa de eo recitari, & celebrari posset. Nos hujusmodi supplicationibus tunc inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut ipse bonæ mem. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque & Missa de eo tanquam de Communi Confessoris non Pontificis, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani, eo anno ab omnibus dicte Ordinis Fratribus ubique existentibus, hic autem Romæ etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eorundem Fratrum confluentibus, die eorum Superioribus benefica, in posterum verò die dumtaxat sui obitus in Ecclesiis Fratrum præfatorum, videlicet in Nanceii, ac præfatis Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis, ab eisdem Fratribus tantum, Romæ verò ubi Corpus ejusdem requiescit, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam ipsorum fratrum confluentibus recitari & celebrari. Et subinde, ut à fratribus ejusdem Ordinis universis, & singulis ubique existentibus, Romæ autem dumtaxat etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam, ubi ejusdem Beati Felicis corpus quiescit, confluentes, in die obdormitionis ipsius Beati Felicis Officium, & Missa de eo, ut præfertur, similiter recitari, & celebrari respectivè posset, & valeret, licentiam, & facultatem concessimus, & impartiti sumus, prout in diversis nostris in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenè continetur.

§. 2. Nunc autem dilecti filii Francisci Genuensis Procuratoris generalis dicte Ordinis, ac Ministri Generalis, & Fratrum præfatorum nomine Nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, de eorundem Card. consilio, ut in die tantum festo ejusdem Beati Felicis Officium, & Missa de eo, tanquam de Communi Confessoris non Pontificis, ut præfertur, juxta rubricas prædictas, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eorundem Fratrum

Transumptis, etiam impressis, ac manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. die 29. Apr.

LXXXVI.

Refertur dispositum aliorum const. ab eo editarum, necnotari in rub.

Nunc ad supplicationem fratrum eorundem in idem.

N Fratrum

Fratum confluentibus recitari, & celebrari respectivè li-
berè similiter, & licitè valeat, licentiam, & facultatem
Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus
pariter, & impartimur.

Constitutio
delegat.
T. a. summi
scilicet. Jari
mandat.
§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.
§. 4. Volumus autem, quod presentium transcriptis,
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica consti-
tutæ rounitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem
presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Pif-
catoris, die 4. Martii 1628. Pont. Nostri Anno 5.

LXXXVII. De electione Definitorum nostræ Congregatio-
nis Cassinensis, aliàs Sanctæ Justinæ de Padua,
Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti, ac de eo-
rundem vacatione ab Officio. Necnon de au-
thoritate Dietæ circa dispositiones Abbatum,
eorumque mutationes, ac eo. um, qui Deca-
natus munere digni sunt, electionem.

*Hujus Congregationis materiam plenè indicatam vi-
de ad const. 1. Jul. .II. Super Cathedram, tom. 1.
Novissimè autem scito emanasse Decretum à Sacra
Rituum Congregatione super usu Baldachini, &
Ministorum, & aliarum Ceremoniarum ad favo-
rem Abbatum ipsius Congregationis, relatum, &
confirmatum ab islomet S. D. N. inf. const. 101.
Exponi.*

Edita An. D.
1628. **URBANUS PAPA VIII.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.
Commissi Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ
Pastoralis officii debitum postulat, ut sacrarum Re-
ligionum in Ecclesia Dei militantium felici statui, & di-
rectioni sedulè intendentes, ea statuamus, & decernamus
quæ prospero illarum regimini, & gubernio conspicimus
in Domino salubriter expedire.

Causa hujus
Constitutionis
est.
Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii
Abbatibus Monasteriorum Ordinis S. Benedicti Congrega-
tionis Cassinensis, aliàs Sanctæ Justinæ de Padua, quod ipsi
aliàs de anno proximè præterito in Civitate Perusina capi-
tulariter congregati, considerantes damna, seu inconveni-
entia, quæ in dicta Congregatione ob nimiam, &
ferè absolutam auctoritatem, & potestatem, qua ipsius
Congregationis Definitorium sua perpetuitate fructum, ac
Dietæ utebantur, eatenus exorta erant, proindeque illis
de aliquo opportuno remedio providere cupientes, ad
Nos, & Apostolicam Sedem desuper recursum habere
decreverunt. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt,
quatenus super præmissis opportunè providere de beni-
gnitate Apostolica dignaremur.

De alioquin
debetis, &
de ratione
Dispensationis
de castro.
§. 1. Nos damnis, & inconvenientibus hujusmodi,
quantum cum Domino possumus, obviam ire, ac Abbatibus
præfatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volen-
corumque singulares personas à quibusvis excommuni-
cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-
datæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat conse-
quen. harum serie absolventes, & absolutas fore censu-
hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cætero
perpetuis futuris temporibus Definitorium ejusdem Con-
gregationis non sit, nec esse possit perpetuum, sed quoad
omnes Definitores vacabile: ita quod ipsorum Definito-
rum officium sit annale, & vigore cujuscumque confir-
mationis ultra biennium non duret, & qui de presenti
Definitores existunt, si tempore proximi Capituli genera-
lis ejusdem Congregationis, quod ut asserunt, presenti
anno in Civitate Parmen. celebrandum est, eorum, & seu
cujuscumque ipsorum Definitorum officium spatio biennii
tunc præcedentis duraverit, eorum officium per biennium

ut præfertur obtentum, eo ipso vacet, & vacare censeatur,
iidemque Definitores biennales ad officium Definitoris
hujusmodi de novo eligi, vel assumi nequeant, nisi post-
quam per aliud biennium ab eodem officio cessaverint.

§. 2. Quodque etiam in Dieta dictæ Congregationis
nullus Abbas deponi possit, sed in Capitulo generali
ejusdem Congregationis omninò relinquatur, & casu
quo aliqua urgens necessitas provisione indigens occur-
rat, tunc cognita primò causa, & reoq. audito, ad suspen-
sionem administrationis dumtaxat deveniri possit, ac lo-
co Prælati sic suspensi alius deputeretur Prælati, qui tam-
en ex illis non sit, qui Dietam ex qua judicium fieri
contigerit, ingrediuntur: Demùm quod in Dieta ullus
Abbas in pœnam absque cognitione causæ mutari, seu
decreta in Capitulo generali facta annullari, aut Decani
sub quovis prætextu creati nullatenus possint.

§. 3. Prædictaque omnia & singula perpetuò sub nul-
litate gestorum, excommunicationis latæ sententiæ, pri-
vationis vocis activæ & passivæ, ac officiorum per eos
obtentorum, perpetuèque inhabilitatis ad illa in poste-
rum obtinenda pœnis eo ipso incurrendis.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & sin-
gulis in prædicta Congregatione perpetuò observari, &
ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos,
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præ-
sentium statuimus, decernimus, & declaramus.

§. 5. Quocirca dilectis filiis nostris Ludovico tituli
Sancti Laurentii in Damaso Presbytero Cardinali Ludovico
vifio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Or-
dinis, & Congregationis hujusmodi Superiorum, aut alius eo-
rum nomine dictæ Congregationis fuerint requisiti, so-
lemniter publican. eisque in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes, faciant eas, & ea auctoritate nostra
ab omnibus inviolabiliter observari, contradictores quos-
libet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & pœnas
etiam pecuniarias eorum arbitrio imponen. moderan. &
applican. aliaque opportuna juris, & facti remedia, ap-
pellatione postposita compefcendo, legitimisque super
his habent. servatis processibus, cens. & pœnas ipsas etiam
iteratis vicibus aggravan. invocato etiam ad hoc, si opus
fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 6. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. præ-
decessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de
duabus dietis, aliisque constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis hu-
jusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudini-
bus, privilegiis quoque, iudicatis, & literis Apostolicis
in contrarium præmissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, il-
lorum tenores presentibus pro sufficienter expressis ha-
bentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dum-
taxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque con-
trariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel
divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, sus-
pendi, vel excommunicari non possint per literas Apo-
stolicas non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad
verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif-
catoris, die 4. Maii 1628. Pont. nostri anno 5.

Confirmatio Constitutionum Urbanarum Fra-
trum Minorum Conventualium Ordinis S.
Francisci in Capitulo generali dicti Ordinis
Anno 1625. celebrato, pro feliciiori ipsius Or-
dinis progressu editarum, ac de mandato S.
D. N. exa

D. N. examinatorum, cum annullatione quarumcumque aliarum Constitutionum prædictis repugnantium.

Ista Constitutiones Urbanae sunt impressa in libro Roma de Anno 1628. quas hic imprimere denuo osiosum esset.

Fratribus hujus Ordinis, eorumque Superioribus ambitum prohibuit Paul. V. ut in const. 116. Admonemur, sup. tom. 3. Et pro d. Ordinis Studentibus Collegium in Insula Melivitana erexit idem Paul. in const. 121. In supereminenti, d. tom. 3. Et aliud in Civitate Pragæ instituit postea Greg. ut sup. in const. 21. In supereminenti. De toto autem Ordine Beati Francisci attende quæ sunt indicata ad Honor. III. const. 5. sup. tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini, meritis licet imparibus, per abundantiam divinæ gratiæ præpositi, inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas in eam peculiari studio jugiter incumbimus, ut qui abjectis vanitatibus, huic temporali vitæ renuntiaverunt, charitatemque sectantes, & spiritalia æmulantes, divini nominis obsequiis se manciparunt, sub providè, atque ordinatè editis statutis feliciter regantur, atque gubernentur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Francischinus de Cassia, Minister generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod in proximè præterito ipsius Ordinis Capitulo generali de anno 1625. celebrato, pro feliciori ipsius Ordinis, ejusque Fratrum progressu, ac disciplinæ regularis observantia, novæ ipsius Ordinis constitutiones Urbanae nuncupatæ in unum volumè compilatæ fuerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, pro majori earundem Constitutionum validitate, atque observantia, dictus Felix cupiat illas Apostolicæ confirmationis patrocinio communiti, & alias per Nos, ut infra provideri.

§. 3. Nos qui Constitutiones ipsas per dilectum filium Jacobum Crescentium Monasterii Abbatia nuncupatæ Sancti Euthitii, Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis, Spoletan. dictorum Commendatarium diligenter examinari, & revideri iussimus, piis dicti Felicis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones hujusmodi in unum volumè compilatas, sic de mandato nostro examinatas, & revisas, ut præfertur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuè approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Omnes verò, & singulas alias dicti Ordinis Constitutiones in antea factas, etiam auctoritate Apostolica roboratas, in iis, quæ præsentibus repugnant, & quæ annis proximè præteritis pro reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Poloniæ factæ fuerunt, revocamus, callamus, & annullamus, viribusque, & effectibus evacuamus.

§. 5. Decernentes Constitutiones hujusmodi compilatas, ac de mandato nostro examinatas, & revisas, ut præfertur, ab omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus, cæterisque personis sub pœnis in illis contentis inviolabiliter observari debere.

§. 6. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Bullar. Mag. Tom. IV,

ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 15. Maii 1628. Pont. nostri anno quinto.

Sequitur Deputatio Ministri generalis hujus Ordinis in Executores observantia dictarum Constitutionum Urbanarum.

URBANUS PAPA VIII. Dilecto filio Francischino de Cassia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Ministro Generali, salutem & Apostolicam benedictionem.

Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentiis, videlicet: Urbanus Papa Octavus. Ad perpetuam rei memoriam. Militantis Ecclesie regimini, meritis licet imparibus.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, Constitutiones hujusmodi de mandato nostro examinatas, emendatas, correctas, & revisas, ac per Nos approbatas, & confirmatas, ut præfertur in generali eorundem Fratrum Congregatione in domo regulari sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe de mense Maii proximè præteriti celebrata publicata, & accepta fuerint: Nos ut Constitutiones prædictæ eo facilius in omnibus ipsius Ordinis Domibus, & locis regularibus introducantur, exactiusque ab illorum Fratribus, & personis observentur, quo amplioribus fuerit à Nobis, & hac sancta Sede facultatibus suffultus, providere volens, ac de tua fide, prudentia, pietate, doctrina, & religionis zelo plurimum in Domino confisus, tuam in præmissis auctoritatem in primis Apostolica auctoritate præfata tenore præsentium excitamus, tibi que per præsentem committimus, & mandamus, ut per te ipsum, si commode poteris, sin minus per idoneos ipsius Ordinis religiosos viros, vitæ, ac morum probitate, doctrinæque præstantes à te subdelegas. Constitutiones hujusmodi de mandato nostro examinatas, & revisas, ac per Nos approbatas, & confirmatas, ut præfertur, in omnibus tui Ordinis domibus, & locis regularibus auctoritate nostra introducas, easque ab omnibus illorum Fratribus, & personis, quantum fieri posse, & expedire judicaveris, observari eadem auctoritate cures, & facias, contradicentes quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescas.

§. 3. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna facien. dicen. genen. & exequen. plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimus. Non obstant. omnibus illis, quæ in præsentibus literis concessa sunt non obstant, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Sept. 1628. Pont. Nostri Anno Sexto.

Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to 'An. D.', 'Capitulo', and other legal or historical terms.

Vertical marginal notes on the right side of the page, including references to 'Constrariis', 'Transumptis', and 'Dat. P. An. 5.'.

LXXXIX. Ordinationes, & Leges observandæ in electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

Hujus Hospitalis materiam vide indicatam ad const. 1. Anastas. IV. Christianæ, sup. tom. 1. Et etiam hujus Pont. const. 15. Universalis, qua confirmavit omnia privilegia ei quomodolibet concessa. Et aliam pariter const. 78. Exponi, hic supra, qua confirmavit decretum editum ad ipsius Hospitalis, & Militum favorem circa const. Greg. XV. Conservatoribus.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN specula militantis Ecclesie, nullo meritum suffragio, sed per abundantiam Divinæ gratiæ constituti, inter cætera, quibus juxta creditum humilitati nostræ Apostolatus officium jugiter urgemur, illa Nos maxime sollicitos reddunt, ut eorum, qui ad primaria in Militiis Regularibus munia assumendi sunt, electiones certis legibus celebrentur, & omni perturbatione semota, feliciter perficiantur.

§. 1. Quare certam legem, & formam in electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani celebranda præscribere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuæ validitæ constitutione prohibemus, & interdiciamus, ne de cætero ullus Locumtenens à pro tempore existente dicti Hospitalis Magno Magistro, vel Sede Magistrali vacante, à consilio status, seu completo juxta formam statutorum, seu stabilimentorum dicti Hospitalis, auctoritate Apostolica confirmatorum deputatus, vel electus, cum quovis Fratre Militæ dicti Hospitalis, seu alia quavis persona ad habitum Fratrum dicti Hospitalis admitti petente, super cujuscumque generis impedimento, vel defectu, etiam in vim quorumcumque privilegiorum, seu facultatum eadem auctoritate concessorum, seu confirmatorum dispensare, aut alias gratias quovis prætextu facere, minisque literas Apostolicas Magno Magistro prædefuncto directas executioni demandare, aut alios quosvis actus gratiam concernentes, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrent, facere audeat, vel præsumat. Volentes, & expressè præcipientes, ut ipse Locumtenens ea solùm, quæ ad meram justitiam pertinent, exercere valeat, alioquin omnia & singula per eum contra præsentium tenorem quomodolibet gesta, irrita, & inania, nulliusque roboris, & momenti existant. Sicque dispensati, & alii quicumque executionis literarum prædictarum, necnon gratiarum eis sic, ut præfertur, à Locumtenente hujusmodi factarum, usu, & effectu careant, & aliis in eodem statu, in quo antea erant, non secus ac si cum eis super suis impedimentis, vel defectibus dispensatum, gratiaque eis concessa, ac literæ Apostolicæ hujusmodi executioni demandatæ non fuissent, remaneant.

§. 2. Occurrente autem Sedis Magistralis vacatione tres ejusdem Hospitalis FF. Milites fide, & facultatibus idonei, per Locumtenen. & Consilium præfatos deputentur, ut in ipsorum sic deputatorum manibus pecuniæ per debitores communis Aerarii, vacatione præfata durante, in numerata pecunia realiter, & cum effectu solvantur, & numerentur. Solventes verò solutionum hujusmodi quietantias ab ipsis deputatis reportent, qui quidem Deputati statim, secuta Magni Magistri electione, pecuniarum per eos receptorum, & exactarum rationem reddere, pecuniasque ipsas Magno Magistro canonicè electo, seu Theaurario, vel aliis Ministris, ad quos de jure, & ex forma statutorum, seu stabilimentorum hujusmodi spectabit, consignare, & restituere teneantur, aliterque factæ solutiones nullatenus solventibus si fragentur, quin adhuc communis Aerarii, ad effectum non ferendi suffragium, debitores censentur.

§. 3. Præterea ne ullus dicti Hospitalis Frater, sive

Miles, sive Capellanus, sive Armorum serviens, & extra limites natus, cum quo super defectu limitum dispensatum sit, nullusque Frater, Capellanus, aucto Sacerdos non existens, minusque nullus Frater serviens, qui ex mera gratia, nullis factis probationibus, receptus fuerit, in electione Magni Magistri, aut in quovis alio actu illam concernente, etiam cujusvis privilegii à Sede Apostolica obtenti, vel consuetudinis etiam immemorabilis, aut quovis alio prætextu, ingenio, vel colore, votum, vel suffragium ferre, nec etiam passivum habere, seu in ea quomodolibet se intromittere, vel immiscere audeat, vel præsumat, aut privilegio, vel consuetudine hujusmodi, sive quibusvis aliis gratis sibi specialiter, etiam auctoritate Apostolica desuper concessis uti possit, aut valeat. Exceptis tamen venerabili Fr. Episcopo Melvitano, & dilecto filio Priore Ecclesie Conventualis ejusdem Hospitalis nunc, & pro tempore existentibus, necnon quovis alio Magnæ Crucis Fratre, quos, licet receptos extra limites, ad suffragium ferendum habiles declaramus, eosque in hac prohibitionis parte nullatenus comprehendere intendimus, sed ejusdem Episcopi, necnon etiam linguæ Germanicæ jura, privilegia, & prærogativas, si quæ illis aliis competunt, præservamus.

§. 4. Insuper statuimus, ut ipse Locumtenens unà cum Consilio prædicto quamprimum eorum Fratrum qui juxta formam præsentis nostræ Constitutionis suffragium laturi sunt, notam, sive catalogum, cum eorum nominibus, patris, & denominationibus, necnon tempore susceptionis habitus, ac residentie, & caravannarum per eorum quemlibet factarum consue, illamque in locis publicis, & consuetis, ad hoc, ut si quis se gravatum senserit, aut contra aliquem excipere voluerit, intra terminum ab eisdem præfigendum, in Actis Cancellarii, seu Vicecancellarii, aut cujusvis alterius ad hoc deputandi, exhibere, & jura sua deducere possit, & valeat, affigi curent: quo termino elapso, & nihil opposito, opponere volentes amplius non audiantur.

§. 5. Ipsi verò Locumtenens, & Consilium ipsas, & quascumque alias controversias, quas Sede Magistrali vacante, oriri contigerit, donec ad Magni Magistri consummatam electionem devenerit, privativè quoad alios quoscumque summarie, simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura judicii, etiam manu regia, juxta tamen eorum statuta, stabilimenta, & consuetudines hujusmodi, omni, & quacumque appellatione, in integrum restitutione, & aliis quibuscumque executionem retardare valentibus, remotis, decidere, & terminare etiam possint, & valeant.

§. 6. Conventus verò, & omnes Fratres die, & hora solitis in Ecclesia d. Hospitalis congregentur, & Missa celebrata, Hymnoque, Veni Creator Spiritus, decantato, singuli Fratres jus suffragii vigore præsentium habentes, ad Capellam unicuique linguæ ad id in eadem Ecclesia destinatum, seu destinandam, exceptis tamen Fratribus illius linguæ ex qua dictus Locumtenens extiterit, qui in corpore Ecclesie S. Joannis remaneant, accedant, ibique prævio juramento per eorum singulos alta, & intelligibili voce juxta formam in statutis, seu stabilimentis hujusmodi præscriptam, & de præsentibus observandam, deque eligendo eum quem secundum Deum judicaverint expedire, præstando: Quod quidem in omnibus aliis electionibus, vigore earundem præsentium faciendis, per omnes, & singulos suffragium laturos præstari, & renovari volumus, non unum, ut antea consueverant, sed tres Fratres Milites ex unaquaque lingua capaces, ac juxta præsentium, necnon statutorum, seu stabilimentorum præfatorum formam qualificatos, in electores eligant, itaut imposterum non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabantur, sed viginti quatuor eligantur, ipsaque trium Fratrum cujuscumque linguæ electio per secretas schedulas modo, & forma sequentibus fiat, videlicet quod omnes schedulæ vel impressæ, vel una & eadem manu tantum conscripserint, cum expressione eorum omnium, quæ in similibus electionum schedulis exprimi solent, præter nomina, & cognomina, seu denominationes eligentium, & eligendorum, illæque super mensa in Capellis, & Ecclesia hujusmodi respectivè apponi, singulique eligentes

Certam legem præscribere volentes, hujus Pont. const. 15. Universalis, qua confirmavit omnia privilegia ei quomodolibet concessa. Et aliam pariter const. 78. Exponi, hic supra, qua confirmavit decretum editum ad ipsius Hospitalis, & Militum favorem circa const. Greg. XV. Conservatoribus.

De pecuniis aërio cum muni debitis sed Magistrali vacatione recipientibus conferendis.

Miles, sive Capellanus, sive Armorum serviens, & extra limites natus, cum quo super defectu limitum dispensatum sit, nullusque Frater, Capellanus, aucto Sacerdos non existens, minusque nullus Frater serviens, qui ex mera gratia, nullis factis probationibus, receptus fuerit, in electione Magni Magistri, aut in quovis alio actu illam concernente, etiam cujusvis privilegii à Sede Apostolica obtenti, vel consuetudinis etiam immemorabilis, aut quovis alio prætextu, ingenio, vel colore, votum, vel suffragium ferre, nec etiam passivum habere, seu in ea quomodolibet se intromittere, vel immiscere audeat, vel præsumat, aut privilegio, vel consuetudine hujusmodi, sive quibusvis aliis gratis sibi specialiter, etiam auctoritate Apostolica desuper concessis uti possit, aut valeat.

non se de... rani in... dione de... gisti, nec... rane sibi... gimus... Episcopo... liovis, sive... Conventu... Ecclesia... Præfati... Magna C...

Causa... vocalis... hanc... consuetud... terminat... figurat... hoc ne... voluerit... tra aut... excipere... frater... non au...

Locumtenens... & Consilium... sede Magistrali... strali... er, cas... maris... sane, o... cidant.

Modus... forma... di Magistrali... Magistrali...

eligentes seorsim, & separatim, aliis inde remotis, ad ipsam mensam accedere, & ipsimet in una proprium nomen, seu cognomen, aut denominationem, in altera vero schedula partibus, illius quem eligere voluerint, nomen, seu cognomen, aut denominationem propria manu, alioquin suffragium sit nullum, scribere debeant. Licet tamen iis, quibus Consilium, & Locumtenens præfati ex aliqua infirmitate, vel alterius iustæ, & rationabilis impotentis causa id concesserint, nomina, cognomina, seu denominationes præfata per alium, ab ipsimet Locumtenente, & Consilio deputandum describi facere. Quilibet vero eligentium huiusmodi ad mensam præfata accedens, nominibus, seu cognominibus, aut denominationibus præfatis in sua schedula, ut præfertur, conscriptis, illam complice & involvat, ad effectum ut à nemine legi possit, eamque sic complicatam, & involutam summis digitis elevans, & circumstantibus palam, & publicè ad hoc ut unicam esse omnibus pateat, commonstrans, in urnam, seu vas in mensa ad hunc effectum appositum immittat. Quo facto tres antiquiores, seu magis antiani, tanquam scrutatores palam, & publicè, omnibus videntibus, & audientibus eligentes, & schedulas in urnam, seu vas immittas numerent, & ubi pauciores, seu plures schedulæ numero eligentium repetitæ fuerint, illicd comburantur, & ad novum scrutinium toties deveniatur, donec schedularum numerus eligentium numero coæquetur, illisque respondeant, ipsaque trium huiusmodi Fratrum Militum pro unaquaque lingua electio fiat, illique electi censentur, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris habuerint, dummodo singuli quartam saltem suffragiorum partem assequantur. Si vero nemo, sive duo, aut unus dumtaxat ex tribus eligendis hanc quartam suffragiorum partem reportaverit, scrutinium toties renovetur quoad alios, qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta saltem quarta parte compleatur. Qui vero, ut præfertur, electus fuerit, à suffragio ferendo pro aliis duobus arceatur, statimque atque electus fuerit, ab ipsa Capella recedat, & ad locum opportunum se conferat. Quod si Locumtenens in dicti trium numerum eligatur, statim alius Locumtenens deputetur, seu magis antianus ipsius Consilii inibi existens Locumtenentis loco præsideat, prout Consilio expedire videbitur. Quia vero Prioratus, & aliæ dignitates Anglicanæ linguæ Magno Magisterio Hospitalis huiusmodi, donec illud Regnum ad gremium S. R. E. redierit, Apostolica auctoritate unitæ reperiuntur, unaquæque lingua successivè alium eligat, & ex septem sic electis, viginti & unus supradicti per secreta pilularum suffragia pro majori numero eligentium respectu minoris, tres diversarum nationum, Gallicæ videlicet, Hispanicæ, Italicæ, & Germanicæ eligant, qui tres, ut præfertur, electi linguam Anglicam repræsentent, illiusque vice, & nomine in electione huiusmodi tantum suffragium ferant. His prædictis ipsi viginti quatuor, ut præfertur electi, ad locum Conclavis se conferant, in quo etiam electio Magni Magistri, non alibi faciendæ erit, ibique Præsentem electionis per pilulas secretas, juxta antiquam dicti Hospitalis consuetudinem hæcenus observatam eligant, qui sic electus loco dicti Locumtenentis, cum prohibitionibus supradictis gratias, & alia supradicta non faciendi, præsideat, & ea quæ Præsentem electionis de jure, & privilegio, usu, vel consuetudine facere, & gerere possunt, seu debent, gerat, & faciat, & subinde ad electionem Triumviratus, nempe unius militis, unius Capellani, & unius Armorum servientis Fratrum, qui sint diversarum linguarum, juxta formam scrutiniis pilularum superius descripti, usque ad perfectam electionem huiusmodi procedant, ipsaque electione celebrata, ipsi tres sic electi in Conclavi prædicto ad quartam electionem, diversæ tamen linguæ, unanimes deveniant, si autem intra unius horum spatium concordēs non fuerint, tunc & eo casu singuli alium Fratrem Militem eorum cuilibet benè visum, qui non sit ex eorum linguis, nominent, nominationeque huiusmodi ad viginti quatuor electores relatæ, ipsi ad secretum pilularum, pro electione unius ex dictis tribus nominatis, scrutinium deveniant, in quo

Bullar. Mag. Tom. IV.

ille, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris numeri reportabit, pro quarto electus sit, & esse censentur. Quartus autem sic electus ad Conclave accedat, & cum aliis tribus ad quinti, quintus vero similiter electus cum aliis quatuor ad sexti electionem procedat per minorem suffragiorum numerum, sicque successivè usque ad sexdecim electionem, videlicet duorum ex unaquaque lingua, juxta eorum præminentias, & prærogativas hæcenus observatas, quibus præjudicium inferre non intendimus, deveniatur. Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis suffragiorum paritate, magis antianus, & in antianitatis æqualitate is, qui diuturniorem residentiam in Conventu, & in residentie paritate is, qui plures Caravanas fecerit, alii præferatur, electusque sit, & esse censentur. Completa tandem sexdecim præfatorum electione, ipsi sexdecim sic electi (odio, amore, & aliis quibuscumque humanis affectibus posthabitis, solumque Deum, illiusque Religionis deus, ac propagationem præ oculis habentes) ad electionem Magni Magistri, quem capacem, & pro tanti Ordinis dignitate, & utilitate idoneum judicaverint, juxta stabilimenta præfata deveniant.

§. 7. Quod si electio Magni Magistri aliter, quam in Conclavi, prævia electione trium Fratrum militum uniuscujusque linguæ, non receptorum ex gratia limitum, modo, & forma præmissis, tam respectu scrutiniis, & suffragiorum, quam linguæ Anglicanæ faciendæ, & non electo prius uno Fratre Milite, uno Fratre Capellano, & alio Fratre serviente Armorum, ut supra, qualificatis, qui usque ad electionem decimisexti, duorum videlicet pro qualibet lingua, juxta tenores præsentium procedant, & à sexdecim electis huiusmodi, demumque de alio, quam uno ex Fratribus Militibus, ex eadem limitum gratia nequaquam receptis, celebrata fuerit, nulla, & irrita sit eo ipso, nullumque sortiatur effectum, quæ omnia inviolabiliter observari debere declaramus.

§. 8. Mandantes propterea dilectis filiis dicti Hospitalis Magno Magistro, ac Locumtenenti, & Consilio, omnibusque aliis Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut præsentis litteras in Cancellaria dicti Hospitalis recipiant, & admittant, ac registrent, recipique, & admitti, ac registrari curent, & faciant.

§. 9. Ac decernentes, præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod ipsius Hospitalis Magnus Magister, Conventus, & Fratres ad præmissa vocati, & audit non fuerint, aut alia quacumque causa, quantumvis legitima apparente, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, aut in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci non posse, sed illa semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ejusdem Hospitalis Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 10. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublatis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debent, ac irritum, & inane si secus super hijs à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospitalis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Hospitali, illiusque Magno Magistro, Conventui, & Fratribus, ac quibusvis aliis personis, etiam particularibus, necnon dispensationibus super quibusvis defectibus, ac sub quibuscumque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac alias in contrarium quomolibet

Electionem si contra hæc formam fieri irrita & annullat.

Præsentis litteras in Cancellaria dicti Hospitalis recipiant, & admittant, ac registrent, recipique, & admitti, ac registrari curent, & faciant.

Clausula præsentium.

Clausula præsentium.

Clausula derogatoria.

dolubet concessis, & innovatis, quas ad effectum premif-
forum nemini suffragari posse decernimus. Quibus om-
nibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti deroga-
tione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifi-
ca, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non au-
tem per clausulas generales idem importantes mentio, seu
quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores
præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes,
ad effectum præsentium tantùm, illis aliis in suo robore
permanentibus, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis
plenitudine paribus, specialiter, & expresse derogamus,
& derogatum esse volumus, cæterisque contrariis qui-
buscunque.

Publicatio n. 9.12. Ut autem præsentium ignorantia allegari, aut
præterendi nullo modo possit, volumus præsentibus, seu ea-
rum transumptum ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Latera-
nensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon in acie
Campi Floræ de Urbe more solito, deinde per hæreticæ
pravitatis Inquisitorem in Insula Meliviana residentem,
seu ab eo deputat. in Conventu præfato publicari, &
que affigi, ipsasque præsentibus sic publicatas omnes, &
singulos, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in
futuram, illicd arctate, afficere, & obligare, ac si unicui-
que personaliter intimatæ, & præsentatæ fuissent.

Transumptis 9.13. Quodque eorum transumptis, etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Ma-
gistri Magistrum, aut alicujus d. Hospitalis Magnæ Crucis,
aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ
munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibea-
tur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhi-
bitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 5 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
die 3. Julii. annulo Piscatoris, die 3. Julii 1628. Pont. nostri anno
quinto.

Publicatio. Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi Millesimo sex-
centesimo vigesimo octavo, indictione undecima, die vero
tertia mensis Augusti, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris,
& D. N. D. Urbani divini providentia Papa Octavi Anno
ejus Quinto, retrospectiva literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ
fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis,
& Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, &
in acie Campi Floræ, dimissis præsentibus literis per aliquan-
tulum temporis spatium, ut moris est, affixis, ac deinde anno-
tis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixa reli-
ta fuerunt per nos Franciscum Pignocatum, & Casillum Fun-
datum Apostolicos Curf.

Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Curf.
pro Mag. Curf.

XC. Approbatio, & Confirmatio multarum Consti-
tutionum, seu Ordinationum pro tutiori Fra-
trum Discalceatorum Reformatorum Ordini
S. Augustini Congregationis Galliæ gu-
bernio editarum.

Istorum Fratrum materiam habes signatam ad const.
63. Decret. Clem. VIII. sup. tom. 3. licet ibi non
loquatur de hac Congregatione Gallia.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectis nobis in Christo Fratribus Discalceatis Reformatis
Ordinis S. Augustini Congregationis Gallia.

Proximis. EX injuncti Nobis Apostolici muneris debito sacra-
rum Religionum in Ecclesia Dei piè sanctèque insti-
tutarum prosperum statum, felicemque directionem sin-
ceris desiderantes affectibus, his quæ providè facta fuissent
dicuntur, ut firma perpetuè, & illibata persistant, liben-
ter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adjici-
mas firmitatem, aliasque desuper ejusdem muneris par-

tes interponimus, prout conspiciamus in Domino salu-
briter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti
filii Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Augu-
stini, necnon Fratres Reformati Discalceati nuncupati
ejusdem Ordinis Congregationis Galliæ, quod cum inter
ipsum Priorem generalem ac Fratres hujusmodi nonnul-
læ difficultates circa ejusdem Congregationis regimen
ortæ fuissent, tandem post longam, & maturam negotii
hujusmodi discussionem dictus Prior generalis felici, ac
prospero ipsius Congregationis regimini, ac strictioris
quam ipsi Fratres profitentur observantiæ conservatio-
ni, & augmento contulere volens, de assensu, & consen-
su dilectorum filiorum Prioris generalis, & Assistentium
dicti Ordinis nonnulla concessit, & providit tenoris
subsequentis.

§. 2. Quod Congregatio gubernetur per Vicarium
generalem (sicut nunc, & semper gubernata fuit) in
Capitulo Congregationis eligendum, qui à Priore ge-
nerali Ordinis pro tempore existente, absque aliqua
contradictione confirmetur, cum omnibus actis in eo-
dem Capitulo, dummodo nihil in præjudicium aucto-
ritatis Reverendiss. Prioris generalis contineant, qui
Vicarius generalis semper sit eligendus de corpore ejus-
dem Congregationis, qui eandem vitæ austeritatem
profiteatur.

§. 3. Et quod prædictus Vicarius generalis cum Definito-
ribus Monasteria, & Ecclesias oblatas acceptare, & novas
fundare possint, etiam Monasteria Ordinis Eremitarum
Sancti Augustini, quæ non actu à Religione possidentur,
& quæ possidentur, non poterunt nisi de consensu Re-
verendissimi Patris Generalis, ita tamen ut in fundatio-
nibus, & erectionibus hujusmodi servetur forma in con-
stitutionibus, & decretis Apostolicis.

§. 4. Eligatur unus ex eadem Congregatione à Priore
generali in Præsentem Capituli: quod si non mittan-
tur literæ Præsententis, sit ipso facto Præsentens primus
Definitor Capituli præcedentis, juxta Constitutiones
dictæ Congregationis.

§. 5. Quod nullus prædictæ Congregationis Frater
professus in aliquam Provinciam, vel Congregationem,
tam prædictam, quàm cujusvis alterius Ordinis, & Insti-
tuti (Carthusianis exceptis) absque Sedis Apostolicæ
licentia transire possit: qui aliter transierit, ad Congrega-
tionem redire per censuras Ecclesiasticas, & alio meliori
modo à Vicario generali compelli possit.

§. 6. Et quod nullus in prædicta Congregatione læi-
cus, vel conversus ad statum Clericorum, etiam durante
tempore Novitiatus transire possit, aut Ordines sacros
suscipere, juxta formam Decreti Clementis VIII.

§. 7. Quod si quis Frater dictæ Congregationis pro-
pter aliquem excessum, vel culpam juxta illorum consti-
tutiones punitus fuerit per Superiores Congregationis,
à Priore generali in detinendum disciplinæ Reforma-
tionis, & observantiæ absolvi non possit. Et si quis Di-
scipulus & Incorrigibilis, Apostata, vel alia legitima causa,
servato Decreto D. N. Urbani Papæ VIII. à Congregatio-
ne fuerit expulsus, per Priorem Generalem contradi-
cente Vicario generali Congregationis ad illam remitti
non possit, nisi constituto de gravamine.

§. 8. Prior Generalis per se, vel per alium ejusdem
Congregationis fratres visitare & corrigere poterit, jux-
ta tamen disciplinam & constitutiones Congregationis,
quibus derogare non poterit, qui Prior Generalis in visi-
tatione hujusmodi primum Definitorem Congregatio-
nis assumat, & quod tam in visitatione, quàm extra, Fra-
tres de loco ad locum non mittat, sed si quis mittendus
fuerit, Vicario generali significet, ad quem Vicarium
Generalem literas obedienciales pro loci mutatione dare
pertineat. Et quod si quid aliter factum fuerit, aut ten-
tatum contra præmissa, inane & irritum esse decer-
natur.

§. 9. Et quod ad omnem vagandi occasionem tollen-
dam nullus Frater Congregationis Romam petere pos-
sit, etiam sub prætextu litterarum à Priore generali ob-
tentarum, nisi consentiente Vicario generali Congrega-
tionis, & ab ipso benedictione accepta.

§. 10. Cum

Ob nom...
d'ffren...
otum in...
Priorem...
Ord. S. A...
stini, Ch...
res. U...
ceato Ca...
Gallia...
dem Or...
consensu...
Priorem...
Assisten...
multa fr...
consensu...
p. ovija...
infirmit...
De Pri...
gener...
Congr...
De ne...
locorum...
præsent...
seu fund...
nibus...
De Pri...
re Cap...
De trans...
ad alios...
convent...
gr. g. to...
uamem...
Vale...
VIII. con...
sopra...
ficus...
hujus...
De Jac...
gregat...

§. 10. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, omnia & singula præmissa, post maturam discussionem tam ab ipso Priore Generali, quam Fratribus Reformatis hujusmodi per modum concordie provisæ & acceptata fuerint, ipseque Prior Generalis plurimum cupiat eadem præmissa, quo firmiter subsistant, exactiusque observentur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communitari, Nos Priorem Generalem, & Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio præmissa per dictum Priorem Generalem ut supra concessa, seu ordinata, & per ipsos Fratres Reformatos, ut petitur, cum omnibus inde sequentibus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§. 11. Præterea ne quis in Gallia habitum in materia & forma similem, ita ut ex prædictis Fratribus Discalceatis existimari possit, nisi prædictæ Congregationis membrum actualiter existat, gestare, sive nomen Discalceatorum Reformatorum Sancti Augustini sibi arrogare, aut prædictam Congregationem esse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini verbo vel scripto temere negare audeat, seu præsumat, sub excommunicationis pœna interdiciamus, & prohibemus.

§. 12. Et ut vitæ asperitas, & observantia puritatis Regularis Sancti Augustini, & peculiarium Congregationis prædictæ constitutionum absque ullo impedimento serventur, volumus quod desuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis dispensari possit, sed semper fixa & firma remaneat stricta Regularis observantia.

§. 13. Decernentes præsentibus literis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut in jus vel controversiam revocari, aut aliter quomodolibet infringi, vel retardari, suspendi, limitari, aut aliter in contrarium disponi, statui, vel ordinari nunquam posse, sed illas, & in eis contenta quæcumque semper & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 14. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rogamus quoque, & hortamur attentè Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, quatenus Congregationem Fratrum Discalceatorum Reformatorum hujusmodi pro sua in Deum pietate, ac in Nos & hanc sanctam Sedem observantia habens propensius commendatam, illam benigno favore & gratia prosequatur.

§. 15. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac aliis locorum Ordinariis dicti Regni per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentibus literas & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Discalceatorum hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, firmiter observari. Non permittentes illos desuper à quocumque quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradicere quolibet & rebelles per censuras &

pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 16. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Congregationi, illorumque Superioribus & personis, sub quibuscumque sententiis, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, & cautelis, necnon irritantibus & aliis Decretis in genere vel in specie, ac aliter in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 21. Julii 1628. Pontificatus nostri anno 5.

Derogatio

Fides transumptis

Dat. P. An. 5. die 21. Julii.

Quod Fratres Capuccini Ordinis Sancti Francisci ad laxiorem Ordinem sine Sedis Apostolicæ, ad Carthusiensem verò, sine Ministri generalis licentia de cætero non transeant.

XCI.

His Fratribus ut Crucem propriam in processionibus deferre possint, indulgentiis in aulus V. in Const. 107. Pastoralis, sup. tom. 3. Et uberioribus habes in Clement. VII. Const. 21. Religionis, sup. tom. 1. Transiitum quoque à Fratribus Capuccinis ad Fratres Minimos S. Francisci de Paula, & contra, prohibuerat Pius V. Const. 45. Sedis, sup. tom. 2.

URBANUS PAPA VIII. Edicta An. D. 1628. Ad perpetuam rei memoriam.

Njuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, Exordium. ut Religiosorum virorum, qui spretis hujus sæculi vanitatibus, divini numinis obsequiis, sub suavi religionis jugo, & strictioris observantia regulis sese manciparunt, paternam curam gerentes, in his ejusdem muneris partes sedulo intendamus, per quæ prospero, felicitate eorum statui, & directioni opportunè consulatur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnulli dicti Ordinis Religiosi, nulla desuper ab Apostolica Sede, vel Superioribus suis obtenta licentia, ad alios Ordines, seu Congregationes se transferre possent, & præterea, non sine gravi regularis disciplinæ observantia detrimento, dictique Ordinis inquietudine.

Quia multi hujus Ordinis Fratres ad alios Ordines se transferre possent.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis officii debito præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, ac profero ipsius Ordinis statui, & quieti consulere volentes, supplicationibus dicti Procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero perpetuis futuris temporibus ullus dicti Ordinis Religiosus ad laxiorem absque speciali nostra, & Sedis Apostolicæ, ad Carthusiensem verò, seu quocumque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi in

Pont. ad laxiorem Ordinem sine Sede Apostolica, ad Carthusiensem verò, sine Ministerii generalis licentia scripta d. transiitum de

de Ministri generalis pro tempore existentis di& Ordinis licentia in scriptis obtinenda, quovis pretextu, aut ex quavis quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, sub apostasia, & infamie perpetua nota, nec non excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae penes ipso facto absque ulla declaratione incurrendis transire quoquo modo audeat, seu praesumat, Apostolica auctoritate tenore praesentium interdiximus, & prohibemus.

Decretum
preservati-
vum addit.

§. 3. Decernentes, praesentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, in- violabiliter observari.

De iudicari
praesup.

§. 4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogat.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon praefatorum, ac quorumvis aliorum Ordinum, & Congregationum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, illorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque sententiis, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
fidei nari
mandat.

§. 6. Volumus autem quod praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, qua ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. P. An 6.
die 9. Aug.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti, millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCII. Revocatio Indultorum, ac Privilegiorum omnium, etiam per modum communicationis concessorum Militiis, Hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibusvis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, ceterisque locis piis, & eorum, si- ve earum respectivè personis, audiendi secularium personarum Confessiones absque Ordinarium examine, & approbatione.

Privilegia omnia super huiusmodi facultate concessa revocaverat Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. & ad secularium confessiones audiendas, ab Episcopis illos tantum admitti statuit, qui vel Parochiale beneficium obtinuerint, vel per examen, aut aliis idoneis iudicatis fuerint, pro- mo indicatum est ad Constit. 133. Pii V. tom. 2. Per quam ipse Pius hoc idem prohibuit Regularibus cujuscumque Ordinis, etiam Lectioribus, aut in Theologia Graduatibus: cujus Constitutionis reductionem ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini fecit Gregor. XIII. in Constit. 9. In tanta, d. tom. 2. Et ad hanc materiam attende etiam Clementis VIII. Constit. 115. Quaecumque, tom. 3. § 9.

URBANUS PAPA VIII. Edita die 1611.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorundam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolica indultum fuerit, ut Sacramentales personarum secularium confessiones audire valeant, etiam ab Episcopis Diocesanis ad id examinati, & approbati non fuerint, nec desint qui temerè assererent, hoc ipsum privilegium ceteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex amplissimis privilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum Sacri Concilii Tridentini decretum de super sancitum penitus evertatur.

Causa
revocata

§. 1. Nos huic malo opportunè providere volentes, de Ven. Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio omnia, & singula indulta huiusmodi audiendi secularium confessiones absque Ordinarii examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, & etiam Societati Jesu, Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, necnon Monachorum quorumcumque, etiam Sancti Benedicti, Cisterciensium, & Carthusien. ac etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ac quibuscumque Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monasteriis, ceterisque locis piis, si- ve eorum, & earum respectivè Abbatibus, Praepositis, Decanis, Magistris, Ministris, Praelatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Provincialibus, Capellanis, Confessariis, aut aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicae immediate subiectis, cujuscumque dignitatis, praeminentiae, & conditionis existentibus, & quovis privilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine hactenus quandocumque, & qualitercumque, ex quavis, etiam de necessitate exprimenda causa, & aliis quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore praesentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, annullamus, viribusque, & effectu vacuumus, ac revocata, cassata, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati Jesu, Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, & Ecclesiis, Monasteriisque praedictis, eorumque Superioribus, & personis quibuscumque in posterum ullo modo suffragati, minusque illos, & illas, etiam si de iis specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio haberi foret, indultis huiusmodi uti posse.

Revocata
auctoritate
qua n
brica.

§. 2. Praesentes verò literas, & in eis contenta quaecumque ex eo quod quicumque in praemissis interesse habent, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas quocumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Class
praesentibus

§. 3. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Card. etiam de Latere Legatos, & Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Class
subla a
iudicandi
eulca...

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus praedictis, eorumque Praepositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Praelatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus, Capellanis, aliisque praedictis, sub quibuscumque

Derog
comstat...

fores suos Romanos Pontifices pro personarum earundem, locorumque illarum felici successu, & quiete concessa approbet, & confirmet, atque communiat, prout personarum earundem, ac locorum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspiciat in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Ludovici Apparicii moderni Procuratoris Generalis infrascripti Ordinis Beatæ Mariæ Nobis nuper exhibita petito continebat, quod cum inter omnes vitæ Regularis Ordines ille in primis conspicuus esse videretur quem Beatissima Cælorum Regina ad Captivorum in infidelium partibus miserè servientium redemptionem Sancto Raymundo de Penafort, & claræ memoriæ Jacobo Aragonum Regi, necnon quondam Petro Nolasco primo illius professori, dum vitam ducerent in humanis, singulari quodam miserationis affectu sibi fore charissimum revelaverat, felicitis recordationis Callistus Papa III. prædecessor noster illum certis Ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fratres se infidelibus in Captivorum redemptionem pignus fore devotent, & obstringunt, celsiorem, & perfectiorem vocavit, & hic ipse Ordo jam inde ab anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, in Civitate Barchinonensi, ab eodem Jacobo Rege in die festo Sancti Laurentii Martyris, sub invocatione Beatæ Mariæ de Mercede, & Redemptione Captivorum nuncupatè institutus, & à piæ memoriæ Gregorio Papa IX. etiam prædecessore nostro à Nativitate Domini millesimo ducentesimo trigésimo, à revelatione verò prædicta duodecimo, Pontificatus autem sui octavo annis, in festivitate Sancti Antonii Abbatis confirmatus, iis pietatis incrementis in corporum animarumque Captivorum hujusmodi salutem, scilicet eorum aliis redimendis, aliis instruendis, aliisque in fide corroborandis opere, & sermone in dies magis magisque effloruit, ut quamplurimi Romani Pontifices similiter prædecessores nostri, non minus primam illius originem cælitus revelatam, quam pios hujusmodi progressus admirati innumeras propemodum in cum gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesiæ Dei thesauro depromptas, Sedis Apostolicæ benignitate liberalissimè contulerit.

Quæ Ordo supradictus pro se communiat, & frangere dignetur.

Proinde modo approbat, & confirmat, & in modo fac. Canon. & Conc. Trid. non advenit, & suppleat, & omnia, & adfectum.

§. 2. Quare pro parte dicti Ludovici, tam suo, quam universorum ejusdem Ordinis Professorum nominibus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus privilegia hujusmodi pro firmiori illorum substantia Apostolico munimine roborare, aliasque eis in præmissis, ut infra, opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dicti Ordinis Beatæ Mariæ, quem præ cæteris in visceribus gerimus charitatis, prosperum, & tranquillum statum paterno zelantes affectu, ac Ludovicum, & singulos Religiosos hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, & indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, præminentias, licentias, facultates, concessionem, remissiones peccatorum, indulgentias, absolutiones, aliasque gratias universas per dictum Gregorium IX. & recolendæ memoriæ Gregorium XI. Innocentium IV. Innocentium VI. & Innocentium VIII. Alexandrum IV. & Alexandrum VI. Clementem IV. Clementem VI. & Clementem VII. Joannem XXII. Nicolaum III. Nicolaum IV. & Nicolaum V. Bonifacium VIII. Urbanum V. Martinum etiam V. Eugenium IV. Pium II. prædictum Callistum, Paulum II. Paulum III. & Paulum IV. Sixtum IV. Julium II. & Julium III. Leonem X. novissimèque Sixtum V. Clementem VIII. & Paulum V. & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros universo Ordini Beatæ Mariæ hujusmodi, & singulis illius Provincia, Monasteriis, Prioratibus, Domibus, & aliis regularibus locis, necnon Generali Magistro, illiusque,

sive ipsius Ordinis Vicario, seu Vicariis, Procuratoribus, Visitoribus, Provincialibus, Redemptoribus Captivorum, Elektoribus, Definitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, aliisque Officialibus quocumque nomine nuncupatis, & cæteris illius Fratribus, & Religiosis, & aliis personis quibuscumque, tam in genere, quam in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, & aliis quomodolibet, & sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus concessis, innovata, confirmata, & approbata, & literas Apostolicas desuper tam in plumbo, quam in forma Brevis expeditas, quorum & quarum omnium, & singulorum, ac singularum tenores, etiam si talia seu tales forent, quæ specialem, & individuum mentionem requirerent, ac datis præsentibus, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, dummodo tamen sint in usu, & sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, necnon Apostolicis Constitutionibus, & dicti Ordinis regularibus institutis non repugnent, illaque, & illæ hæcenus revocata, & revocata, ac sub aliquibus revocationibus comprehensa, & comprehensa non sint, Apostolica auctoritate earundem tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris quam facti, & quarumcumque solemnitatum de jure, usu, vel consuetudine, aut aliis quomodolibet requisitarum, ac in præmissis omisarum, necnon quoscumque alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus semper, & perpetuè validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque ab omnibus, & singulis censerent, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, necnon prædicti Bonifacii Papæ Octavi pariter prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de alia dictis, dummodo tamen non ultra tres dietas quis vigore præsentium ad judicium trahatur, aliisque quibusvis Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, universali-busque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis Beatæ Mariæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illi, ejusque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquiritur forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie latissimè, & plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manuque, & sigillo pro tempore existentis Magistri generalis ipsius Ordinis Beatæ Mariæ, seu illius Vicarii subscriptis, & munitis eadem prorsus fides adhibeatur, tam in judicio, quam extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 7. Per easdem præsentibus autem non intendimus facultates dicti Magistri generalis circa Fratres ipsius Ordinis

Class. Pref. v. 1. c. 1. p. 10.

Contr. coll.

Transumpt. ad. m. d. c. 1. p. 10.

Facult. Frat. R. form. m. d. c. 1. p. 10.

Sancti Beati Martini Reformatos, seu Recollectos nuncupatos in aliquo approbare.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, confirmationis, roboris, adjunctionis, & defectuum suppletionis, decreti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae 1628. Idibus Octobris, Pont. nostri anno sexto.

niuntiam pervenire possint, in Sacrificia dictae Ecclesiae, ac Bibliothecae ejusdem Domus portis interioribus remaneant affixa.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, inhibitionis, praeccepti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem anno Incarnat. Domin. 1628. pridie Kal. Novemb. Pont. nostri anno 6.

XCIV. Excommunicatio contra extrahentes Sacrae Reliquias, aut Libros ex Ecclesia, & Bibliotheca Collegii Sancti Francisci de Paula ad Montes Urbis Fratrum Minorum Nationis citerioris Calabriae.

De hoc Collegio vide in hujus Sanctiss. Pont. const. 5. Ex injuncto, hic supra, ubi notavi.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Uti, & honestis Christi fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Fratrum Domus regularis Nationis Calabriae ad Montes nuncupatae de Urbe, Ordinis S. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum petitio continebat, quod in Ecclesia eorum Domus quamplures diversorum Martyrum, ac Beatorum, & Sanctorum Reliquiae, necnon in ejusdem Domus Libraria, seu Bibliotheca diversi generis libri, volumina, & alia scripta Ecclesiae, & Domui hujusmodi hinc inde pro majori divini cultus augmento, & Fratrum eorumdem spirituali consolatione, & profectu pie, & studiosè comparata reperiantur: Et propterea ne successu temporis tam Reliquias, quam libros, & volumina, seu scripta hujusmodi passim distribui, & inde asportari, ac disperdi contingat, pro parte eorumdem Vicarii, & Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur praedictum Vicarium, & Fratrum hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Vicario, & Fratribus, eorumque successoribus, & aliis personis quibuscumque, tam saecularibus, quam regularibus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ullas omnino Reliquias, nec Libros, seu Volumina, & Scripta hujusmodi ab Ecclesia, & Domo, seu Bibliotheca praefatis ullo modo amovere, transportare, distribuere, seu mutuo dare audeant, seu praesumant, sub excommunicationis eo ipso incurrendae sententia Apostolica auctoritate tenore praesentium inhibemus, & praecipimus.

§. 3. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus, Universalibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Domus, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod literae praesentes saltem semel quolibet anno in dicta Domo publicentur, ac illarum copia, & exemplar authenticum, ad hoc ut ad om-

Novam institutionem Collegii in Oppido Civitate nuncupato Fuldeni, ad Scholares Germanicae Nationis ibi Latinis literis, aliisque liberalibus disciplinis instruendos; una cum congrua dotis assignatione, ac gratiarum, privilegiorumque concessione, & extensione.

Hujusmodi Collegii Institutionem factam habes à Gregor. XIII. qui desuper Apostolicas literas non expedivis, prout facile credendum est, & referatur hic in §. 2. Et quia parum processit à Collegium, iste Pontifex de novo, & ex integro instituit.

Non dissimilia Collegia pro hujusmet Nationis Scholaribus erexit iste Pontifex in Civitate Pragensi sup. Const. 66. Quoniam, & in Civitate Viennensi, ut in Const. 67. Quoniam, sup. Ac unum antea pro adolescentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana instituerat in Const. 64. Zelo Domus Dei, sup.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam divinae bonitati visum est humilitatem nostram turbulentiis Christianae Reipublicae temporibus ad Universalis Ecclesiae regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia ea cogitare non destitimus, quae sicut officii nostri ratio postulat, ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maxime cognovimus pertinere.

§. 1. In primis verò animo recolentes, amplissimam Germaniae Provinciam, quae superioribus saeculis interfortissimae ipsius Nationis laudes, atque virtutes tanto sinceræ fidei, & Christianae Religionis cultu eminere solebat, ut reliquis Christianae Reipublicae partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori foret, nunc tot, tantisque in ea instinctu Satanæ excitatis de Religione dissidiis ita miserandum in modum afflictam, & deformatam esse, ut nemo vel mediocri pietate praeditus sine lachrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, eam praecipue curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisque sumptibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

§. 2. Ac proinde considerantes fel. record. Gregorium Papam XIII. praedecessorem nostrum optimo quidem consilio Collegium in Oppido Civitate nuncupato Fuldeni, nullius diocesis, provinciae Moguntinae, Quadragenta alendorum, ac Latinis literis, Logica, Physica, aliisque liberalibus disciplinis, ac Sacra demum Theologia, necnon piis, & Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicae Nationis puerorum causa, ut Haereticorum maxime nobilium filii, à quibus pendent pagi, oppida, & ditiones in Germania, esca liberalis mensae illecti catholicè ibidem educarentur, & sanctae Sedis Apostolicae nomen contra Haereticorum execrationes Antichristianas amabile fietet etiam ipsi hostibus fidei juratis, nulla obligatione requisita, stipendia

Sanctis paginam

Dat. P. An. 6. die 31. Octob.

Sanctis paginam

Dat. P. An. 6. die 31. Octob.

XCVI.

Edita An. D. 1628.

Exordium.

Recomendationem Provinciae Germanicae.

Et Institutionem hujus Collegii alias factam à Greg. XIII. Sed quia parum processit à Collegium.

An. D. 1628.

Uti, & honestis

sa hujusmodi

inhibito de

interim in-

Derogatio

publicatio, &

Coll. gio.

dia vero danda illi, qui Alumni esse non possent, ad faci-
lius ibidem absolvendum humaniora studia, discedam se-
dem Catholicam, & ut à scholis Hæreticorum Germani
Juventus abstraheretur, in quibus hujusmodi subsidia ex
Monasteriis, & Ecclesiis bonis, tanquam illecebri adole-
centibus conferantur, nulla etiam obligatione à stipen-
diaribus requisita, eidem Collegio mille, & octingentorum
scutorum auri de Camera, mille & ducentorum videli-
cet pro Alumnatu, sexcentorum vero scutorum hujus-
modi summa pro stipendiis assignata, quam de præsentem
Camera nostra Apostolica solvit, aliis Apostolicæ aucto-
ritate erecisse, & instituisse, tamen id ejus conceptam, atque
conatum, tum propter obitum ipsius, tum ob varias que
postea sequute sunt temporum, & rerum difficultates,
partim processisse, imò nec literas Apostolicas super hu-
jusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimili-
ter credendum sit, cum factis plurimis tam in Romana
Curia, quàm in d. Oppido Fulden, diligentibus literis Apo-
stolicis super hujusmodi erectione, & institutione non
potuerint reperiri expeditas.

§.3. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum,
præsertim hoc tempore, quo Germania summa operario-
rum Catholicorum inopia laborat, tota vitibus, prout ex
susceptæ servitutis officio tenemur, promovendum ani-
mum, & mentem nostram convertentes, ac conceptum, &
conatum dicti Gregorii prædecessoris renovare intendentes,
ac singulares personas Collegii hujusmodi à quibus-
vis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliif-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentem
dumtaxat consequendum, harum sententiarum absolventes,
& absolutas fore, censentes, maturo desuper cum Ven.
Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Congregationi de
Propaganda Fide præfatis habito consilio, & Motu pro-
prio, non ad alicujus Nobis desuper oblatæ petitionis in-
stantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nos-
tris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei om-
nipotentis laudem, sanctæque ipsius Ecclesiæ incremen-
tum, præcipuamque Germanicæ Nationis salutem, &
commodum, in dicto Oppido Fulden, rursus Collegium
ipsum Fuldense appellandum, in quo licet ex tenore erec-
tionis, & institutionis Gregorii prædecessoris hujusmo-
di Quadraginta Alumnorum numerus, ex quo tunc tem-
pora erant optima, & minori sumptu ibi marialis hæc
vita sustentari poterat, in eo manutenendus veniret, quia
tamen nunc omnia in triplo, aut quadruplo sunt pretio,
nec unquam tanta annone vilitas quanta superiori sæ-
culo fuit, verisimiliter reditura est, xxx. Alumnorum nu-
merus non ex tota Germania tantum, sed ut hæcenus
consuevit, ex septentrionalibus ejus Provinciis, videlicet
Franeonia, Hassia, Buchonia, Saxonia, Misnia, Turingia,
Brunsvigia, Vestphalia, Marcha Brandeburgica, Ducatu
Mechenburg, Pomerania, Holfatia, & Archiepiscopatu
Bremensi evocandorum de cætero manuteneri debeat,
Apostolica auctoritate tenore præsentium demud ex in-
tegro perpetuò erigimus, & instituimus.

§.4. Illique sic erecto, & instituto pro congrua ejus
dote, ac Alumnorum prædictorum, & illis inservientium
personarum sustentatione, onerumque illis incumben-
tium supportatione redditus annuos mille, & octingen-
torum scutorum aureorum hujusmodi ex Camera Apo-
stolicæ pecuniis quotannis sumendos, & numerandos, di-
stributa in trimestres singulos pro rata solutione, quo-
ad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus ei-
dem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris Roma-
nis Pontificibus pro tempore existentibus fuerit provi-
sum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & at-
tribuimus.

§.5. Ac ex prædictis triginta Alumnis quindecim obli-
gandos ad præstandum juramentum juxta formulam ab
eadem Congregatione Alumnis Pontificiorum Colle-
giorum præscriptam: reliquos vero quindecim nobili-
bus, & illustribus Parentibus, etiam Hæreticis ortos,
dummodo ipsi sunt Catholici, vel quamprimum fiant,
ab ea obligatione à nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio
nunc, & pro tempore in illis partibus residente, cui per

præsentem ex nunc, prout ex tunc, plenarium, & om-
nimodam concedimus facultatem, & auctoritatem, pro
ejus prudentia, communicato tamen prius consilio super
uniuscujusque dispensatione, & se accuratè discussa cum
dilecto filio Joanne Bernardo moderno, & pro tempore
existente Abbate Fuldensi, vel habita relatione ab Ordina-
riis illarum partium ex quibus ii Alumni fuerint oriun-
di, dispensandos.

§.6. Et ex prædictis scutis sexcentis auri de Camera,
quæ distribuuntur ad instar elemosynæ scholaribus pau-
peribus extra Collegium degentibus, trecenta tantum
eisdem pauperibus assignanda, & ut hæcenus factum est
distribuenda, reliqua vero trecenta quindecim Alumnis,
qui juramentum hujusmodi præstituri sunt, applicanda,
& in eorum necessitatibus suspendenda esse, eadem au-
thoritate volumus, statuimus, atque decernimus.

§.7. Cæterum cum dilectorum filiorum Presbytero-
rum Societatis Jasi in hoc educandorum, instituendo-
rumque Alumnorum munere diligentia, fides, integritas,
& in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso satis co-
gnita sit atque perspecta, idem Collegium, atque Scho-
lares illius Presbyterorum prædictorum, sicut adhuc
fuerit, regimini, institutioni, doctrinæ, atque prudentiæ,
eadem auctoritate etiam perpetuò subijcimus, atque sub-
mittimus.

§.8. Præterea ut ejusdem Collegii conservationi, bono-
que tam in his, quæ ad scholarium institutionem, & dis-
ciplinam, quàm quæ ad vitam, vestitum, aliaque hujus-
modi necessaria pertinent, opportunius consulatur, &
promptum eis, paratumque auxilium sit, S.R.E. Cardina-
les Congregationi de Propaganda fide præfatos prædi-
ctos, nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii
Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius
dictum modernum, & pro tempore existentem Abba-
tem Fulden, ita tamen, ut in gravioribus nihil præcipere,
aut mandare, vel facere valeat sine consilio & consensu
Nuntii Apostolici prædicti, quibus aliquid eorum, quæ
vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione
prædicta approbatis continentur, immutare minimè lice-
bit absque ejusdem Congregationis, vel nostræ, aut Ro-
mani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia,
deputare possint, & valeant, eadem auctoritate constitui-
mus, atque creamus.

§.9. Illisque, ac Viceprotectori præfato pro salubri il-
lius conservatione, Alumnorumque, bonorum, & rerum,
jusjuramentum, & spiritualium ejusdem Oecono-
mos, Advocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amo-
vendi, ac alios in eorum locum substituendi, differentias,
lites, & controversias inter quascumque personas, tam
Alumnorum, quàm Ministrantium clericorum, & laico-
rum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas
summarie, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu
judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, defi-
niendi, terminandi, statutaque, & ordinationes discipli-
nam domesticam, & studia Alumnorum prædictorum
concernentia, æqua tamen, & honesta, sacrisque Canonibus,
& Concilii Tridentini decretis non repugnantia fa-
ciendi, & condendi, quæ postquam facta, edita, revocata,
immutata, & correctæ fuerint, perinde habeantur, & ob-
serventur, ac si auctoritate Apostolica approbata & con-
firmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alu-
mnis ita haberi, & inviolabiliter observari mandamus, ple-
nam, & liberam auctoritate, & tenore præmissis faculta-
tem impartimus.

§.10. Quod autem ad dictorum Alumnorum ad-
missionis modum, & formam deinceps habendam atti-
nēt, Rectorem prædictum dicti Collegii pro tempore
existentem librum habere, in quo notentur nomina, &
cognomina, ac Patriæ, & Parentes Alumnorum, qui re-
cipiuntur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex di-
ctoque libro singulis annis Catalogum eorum qui rece-
pti, & qui dimissi fuerint, cum die, menseque ingressus,
& egressus illorum, Nuntio prædicto mittere, ut ipse
Nuntius illum, præfatus de propaganda fide Congrega-
tionem transmittere possit: quod si ex aliqua peculiari
causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo
exprimi; insigniores vero Alumnorum præfatorum
actiones

Idem illud est
quam propa-
gationi fidei
utilissimum de
novo erigendis
instituti, Alu-
norumque nu-
merum sta-
tuimus.

Et præterea
cetera de
1800, scilicet
aureo annuo
assignamus.

Idem illud est
quam propa-
gationi fidei
utilissimum de
novo erigendis
instituti, Alu-
norumque nu-
merum sta-
tuimus.

Et 600
ex præ
1800, scilicet
aureo annuo
assignamus
decernimus.

Collegium
gimini
hyerini
lesu sub

Pro
Collegio
stimo.

Eisdem
horumque
facultatem
impartimus.

Alumnorum
admissionis
modum, &
formam præ-
scribit.

Idem
prout
dictum
in
Hujus
prout
Bou
m.

actiones in eodem libro annotare, easque suo tempore eidem Nuntio significare, ut pariter de illis eandem Congregationem certiorum facere valeat, quas ad Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit premio cohonestentur.

§. 11. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissime, & clarissime descripte sint, illaque singulis annis ad minus eidem Nuntio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium vulgò Bilanctiu, in quo provvisio Collegii, & alia quae ipsius Collegii, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quae illo anno pro ipsius Collegii, & Alumnorum sustentatione impenderit, notata existant, ut similiter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti possit, etiam habere. Si quid autem de totalitate Pontificiae summa, redditibus rationibus, supererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in necessariis libris emendis, vel in vestendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii necessitatibus arbitrio Nuntii, & Abbatis Fulden. praedictorum impendi debere, eadem auctoritate statumus, & ordinamus.

§. 12. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos studiorum, autceptorum, aut consummatotum labores expeditiores, & alacriores ad succurrendum patriae necessitatibus reddantur, eidem Alumnis, ut cum solis literis testimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore existentis Abbati Fuldeni offerendis, ac ejus sigillo munitendis, nisi forte Alumno praedicti suos Ordinarios habuerint, à quibus dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, sine aliquo beneficii, vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id à Jure statuta, & intra annum, annique curriculum non expectato, minusque servatis ad id à Concilio Tridentino praedicto designatis Interstitiis, dummodo ad id alias reperiantur idonei, promovendi, & postquam promoti fuerint, in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tam ipsi, quam ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut poenitentiae, & Eucharistiae, etiam in die Paschatis, & Extremae unctionis Sacramenta à Confessario, aut alio Sacerdote ipsius Collegii à dicto Rectore constituendo suscipere liberè, & licite valeant, auctoritate, & tenore praemissis de speciali gratia indulgemus.

§. 13. Verum ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitati succurratur, seridè requiramus, atque monemus Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Provincialium beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, & Collatrices, ut in illis conferendis, & praesertim si beneficia hujusmodi pro tempore obtinentibus imminet cura animarum, Alumnos praefatos aliis omnibus ceteris paribus preferant. Nuntios quoque Sedis Apostolicae, aliosque praefatos supradictarum Provincialium, in quorum Diocesi Alumno praefati extiterint, ut in occurrentibus beneficiis hujusmodi, & praesertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoquo modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis, pauperibus, praecipueque nostra Pontificia gratia dignis, Nos, successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore similiter existentes certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatibus, Canonicatibus, & Praebendis Parochialibus Ecclesiis, & aliis beneficiis Ecclesiasticis per collationem vel electionem in Alumnorum patriis providendis eisdem Alumnis aliis omnibus, ceteris paribus, tam in Rom. Curia quam in Ecclesiis suis originalibus praeferi volumus, & decernimus.

§. 14. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quaecumque privilegia, exemptiones, libertates, & indulta, quibus Studium generale Almae Urbis nostrae, & illius Rectores, Doctoresque in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ita ut Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujusmodi illis non solum ad eorum instar, sed pauciformiter, & aequè

principaliter uti, potiri, & gaudere possint, & valeant in omnibus, & per omnia, eisdem auctoritate, & tenore similiter perpetuò communicamus.

§. 15. Ut verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita crescere magis & augeri possint, de ejusdem omnipotentis Dei misericordia, ab Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate concessi, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, & deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, atque etiam in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus & elargimur.

§. 16. Postremo quaecumque Regulas, & Constitutiones ad ejusdem Collegii, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac alumnorum praefatorum receptionem, admissionem, victum, amicum, instructionem, disciplinam, & alia quomodolibet pertinentia, à dicta de propaganda Fide Congregatione die 25. mensis Septembris anni Domini 1623. edita, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illaque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

§. 17. Decernentes praemissa omnia, & singula, ac eandem praesentes nullo unquam tempore ex quibuscumque causis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci posse, nec quemquam ad eadem praesentes in Camera Apostolica, juxta Constitutionem praemem. Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri desuper editam, aut alias quodocumque praesentandum, instituendum, & registrari faciendum teneri, neque propterea illa invalida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio praedicta, & alia contrafacta minime emanassent.

§. 18. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Camerae Apostolicae Praesidentes, Clericos, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium, Vicecamerarium & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac alios dictae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 19. Quocirca eidem Nuntio, & dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori, ac Abbati praedicto Mota pari per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes nostras literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujusmodi, seu aliorum, quorum favorem illa concernunt, fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem praesentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Rectorem, Alumnos, aliosque hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere: Non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & poenas ipsas, servata forma ejusdem Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 20. Non obstant. nostra de gratiis ad instar non conceden. ac praedicta Gregorii praedecessoris hujusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & constitutionibus, privilegii quoque, indultis,

Bullar. Mag. Tom. IV.

Marginal notes on the left side, including phrases like 'id est', 'in fine', and 'et cetera'.

Marginal notes on the right side, including phrases like 'Plenaria', 'Constitutio', and 'Clausula'.

& literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, & potestate plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si aliis pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata, inserti forent, eisdem presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas nos facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Exempli f. de uari. pub.

§. 21. Volumus autem, quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu tamen Notarii publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curie Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretum mon. super a. 112.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, erectionis, institutionis, statuti, subjectionis, submissionis, constitutionis, creationis, attributionis, indulti, requisitionis, monitionis, communicationis, concessionis, largitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei usum temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. A. d. 19. Dec.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1628. quarto Kal. Januarii, Pont. nostri anno 6.

XCVII. Approbatio, & Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Rituum super usu Baldachini, & assistentium, & aliorum Ministrorum, pro Abbatibus Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Benedicti.

Ista Congregatio approbata fuit primò à Joann. XXII ut in ejus const. Cum à Nobis 15. sup. tom. 1. seu ejus materiam vide ad Cliv. VI. const. 1. ibid.

Edict. An. D. 1629.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

A. Congr. h. m. n. m. c. n. a. v. c. 3. r. r. m. v. c. 3. r. r. m. v. c. 3. r. r. m.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Silvius Favilla de Neapoli Procurator generalis Congregationis Monachorum Montis Oliveti, quod à Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus præpositis emanavit Decretum tenoris subsequenti, videlicet: Instante Patre Don Silvio Favilla de Neapoli Procuratore generali Congregationis Monachorum Montis Oliveti, nomine Abbatum ejusdem Congregationis, ut attenda antiquissima consuetudine solemniter cum Baldachino, & Assistentibus in eorum Ecclesiis celebrandi, recederetur quoad eos à decretis aliis hac de re editis in causis Firmana 28. Januarii 1606. & in Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituum Congregatio, sæpiùs audito eodem Procuratore generali, & rationibus ab eo deductis maturè consideratis, Illustrissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Cesarino referente, censuit, & declaravit, in hac parte recedendum esse à dictis Sacræ Congregationis decretis, & licere Abbatibus Olivetanis solemniter in tribus tantum Anni festivitatis celebrantibus uti Baldachino, sine auxo tamen, & pompa:

necnon assistentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris indumentis coloris solemnitate convenientis paratorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Evangelium, & Epistolam: ita ut iidem Abbates nullo modo teneant sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope altare, ut sedes Episcopalis retineri consuevit: sed eorum sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodò diebus, quibus solemniter celebratur, & dicti sex Monachi, ut supra parati, non in sedibus Choralibus, sed super scabellia sedent, in situ congruo juxta Ecclesiarum convenientem situm tunc appositis, panno laneo coopertis: dictis sacre Congregationis Decretis in causa Firmana, & Neapolitana editis aliis in suo robore permanentibus. Die 17. Martii 1629.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Silvius præfatus plurimum cupiat, Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, inviolabilique observatione Apostolicæ nostre Confirmationis robore communiri.

§. 3. Nos specialem illi gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus dicti Silvii ejusdem Congregationis nomine Nobis super hoc humiliter postulat is inclinati, decretum præinsertum huiusmodi, cum omnibus in eo contentis Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuò approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decretum huiusmodi, necnon presentes litteras valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere.

§. 5. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 5. Aprilis 1629. Pont. nostri anno 6.

Quod Piores generales Ordinis Eremitarum S. Augustini de cætero utentes aliqua facultate, seu concessione à Sede Apostolica per litteras obtentis, in patentium literarum expeditionibus earum tenores de verbo ad verbum inferant; neque ullo pacto quibusdam clausulis Oraculum sapientibus in huiusmodi expeditionibus posthac uti audeant.

Istius Ordinis materiam habes sup. ad const. 6. Alex. IV. tom. 1. Alia verò qua ibi non habes, sanquam posteriùs edita notavi ad aliam hujus Sanctissimi Pont. const. Romanus, hic sup.

Vivæ vocis oracula omnia revocavit, præter ea, quæ facta fuerunt S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmata, Greg. XV. in const. 27. Romanus, tom. 3.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Commisi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii debitum postular, ut ip his, per quæ Regularium

Quod in sanctorum decretis in Congreg. Approbat. firmat. & sup. de f. v. m. d. f.

Cliv. r. r. m. v. c. 3. r. r. m. v. c. 3. r. r. m. v. c. 3. r. r. m.

Contra rempus. Ex p. h. la. credi. dar.

Dat. P. A. die 5. Apr.

XCVII

Edict. An. D. 1629. XCII

quem Regularium personarum paci, & quieti consulitur, licibusque, & discordiis obviam itur, ejusdem officii partes etiam per opportuna declarationis ministerium interponamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini gaudent, Fratres ejusdem Ordinis, qui ea nunquam exercuerunt, absque Sedis Apostolicæ expressa licentia.

De hoc Ordine vide notata ad const. 40. Romanus, sup. & ad const. præcedentem.

URBANVS PAPA VIII, edita An. 1629. Ad futuram rei memoriam.

¶ Nec cæteras Apostolicæ servitutis curas, quibus circa Universalis Ecclesiæ regimen assidue premimur, hæc Nos præcipue sollicitos habet, ut personæ regulares divini numinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatæ, juxta regularia eorum instituta in pacis amœnitate salubriter regantur, & gubernentur, & propterea si quæ eorum felici gubernio obesse, aut in eorum regularis disciplinæ observantia aliquod detrimentum vergere cognoscimus, ea quantum cum Domino possimus, removemus, & prohibemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

¶ Cum itaque, sicut dilecti filii Priores Provinciales Provinciarum tam Hispaniarum, quàm Indiarum Occidentalium Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper exponi fecerunt, regularis disciplinæ observantia in eodem ordine à nonnullis annis citra plurimum defecerit, præsertim ab eo tempore, quo ejusdem Ordinis Priores generales nimia facilitate, & nullo habito respectu concedunt exemptiones officiorum dicti Ordinis Fratribus, qui ea nunquam exercuerunt, unde infinitæ confusiones, & discordiæ oriuntur, eo quod eadem exemptiones Fratribus ut plurimum minus benemeritis, eas favoribus & aliis modis extorquentibus conceduntur, quandoquidem rationi consentaneum minime videatur, ut aliquis religiosus officii quod nunquam exercuit, exemptionibus gaudeat æquè, ac illi qui illud exercuerunt, dilectus verò filius modernus dicti Ordinis Prior generalis, ut asserunt, multis Fratribus dicti Ordinis qui nunquam Provinciales fuerunt, ut Provincialium ablatorum, aliis verò qui nunquam Definitores extiterunt, ut Definitorum, & aliis qui nunquam verbum Dei prædicarunt, ut ejusdem verbi Dei Prædicatorum exemptionibus gaudeant concessit, & indulgit.

¶ Nos inconvenientibus hujusmodi quantum cum Domino possimus occurrere volentes, supplicationibus eorundem Provincialium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero prædictis modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Prior, seu Vicarius generalis exemptiones officiorum ulli dicti Ordinis professori, qui ea prius non exercuerit, & præsertim eas exemptiones, quibus illi qui Provinciales, Definitores, aut Visitatores, vel Prædicatores majores nuncupati fuerunt, gaudeant, absque expressa Sedis Apostolicæ licentia concedere audeat, seu præsumat, sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac privationis vocis activæ & passivæ, & suspensionis ab officio, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdiximus, & prohibemus. Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶ Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramentis, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Priori, seu Vicario generali, & aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus præ plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter,

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Priores Provinciales Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Hispaniarum, & Indiarum Nobis nuper exponi fecerunt, à decennio citra dilecti filii modernus & alii Priores generales Ordinis prædicti, qui pro tempore fuerunt, in eorum patentibus literis, quibusdam clausulis oraculum sapientibus, nimirum facto verbo cum Romano Pontifice, sive auctoritate Apostolica Nobis ad hoc specialiter commissa, aliisque similibus, quando scilicet suarum literarum patentium expeditionibus, seu concessionibus, quin effectum sortiantur, literæ Apostol. obstant, uti cœperint, ex hoc autem quamplurimæ lites, & discordiæ, ac scandala orta jam sint, & in dies oriuntur.

§. 2. Nos inconvenientibus hujusmodi opportuni declarationis nostræ remedio obviam ire volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus modernum, & alios dicti Ordinis Priores generales vivæ vocis oraculum à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice nequaquam habuisse, neque habere.

§. 3. Sicque, & non aliter ab omnibus censeari, & observari, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ac Sedis Apostolicæ Nuntios judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Inhibentes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub officii Prioris, seu Vicarii generalis, vocisque activæ, & passivæ privationis, necnon excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, ac aliis arbitrii nostri pœnis, ne de cætero perpetuis futuris temporibus modernus, & pro tempore existens Prior, seu Vicarius generalis dicti Ordinis, prædictis, vel aliis equipollentibus clausulis in eorum patentibus literis uti ullo modo audeant, seu præsumant.

§. 5. Sed si eos aliqua facultate, seu concessione Apostolica Motu proprio concessa, vel ab eis jam obtenta uti oportuerit, literas nostras, & Romani Pontificis pro tempore existentis desuper expeditas, scilicet earum tenores de verbo ad verbum integrè in suis patentibus literis inferant, aliis firmis remanentibus pœnis prædictis, eorum literæ patentes hujusmodi nullæ sint eo ipso.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, & quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Priori generali, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus præ plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Anulo Piscat. die 15. Maii 1629. Pontif. nostri anno 6.

CIX. Prohibitio impostero concedendi exemptiones Officiorum, & præsertim eas quibus Fratres Provinciales, Definitores, aut Visitatores, vel Prædicatores Majores nuncupati Bullar. Mag. Tom. 17.

Vertical marginal notes on the left side of the page, including fragments like 'f. delecta...', '§. 1. Cum itaque...', '§. 2. Nos inconvenientibus...', '§. 3. Sicque...', '§. 4. Inhibentes...', '§. 5. Sed si eos...', '§. 6. Non obstantibus...', '§. 7. Volumus autem...', 'Dat. in Arce...', and 'CIX. Prohibitio...'

Vertical marginal notes on the right side of the page, including fragments like 'Eundem', 'Causa istius...', 'Constitutum...', and 'O 1 66'.

Et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Huius Bullae exemptio f. dem mand.

§. 4. Volumus autem, quod praesentium transcriptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem sub anno 1629. die 25. Maii. Pont. nostri anno 6.

C. Exemptio concessa Clericis Regularibus Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum, a processionibus, & aliis actibus publicis.

De istorum Clericorum Regularium Congregatione notavi supra ad const. 14. Gregor. XV. In Supremo.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinum.

Debitum pastoralis officii Nobis ex Alto commissi requirit, Nosque ad id promptos excitat, ut Regularium studio pie vitae, & puerorum institutioni sedulo vacantium, ne ipsi ab illis distrahantur, quantum cum Domino possumus, libenter annuamus.

Causa huius exemptionis.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Ministri generalis Religionis seu Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum petitio continebat, videlicet: Clerici Presbyteri, aliique Superiores, & personae d. Religionis, seu Congregationis a principio ejusdem Religionis institutionis, ut juxta pium eorum institutum a quibuscumque occupationibus expediti, puerorum in bonis literis & probis moribus ac Doctrina Christiana, aliisque piis & salubribus documentis eruditioni, & instructioni, & animarum saluti consulere, & invigilare possint, ad publicas processiones, quae in Civitatibus, & locis in quibus ipsa Religio, seu Congreg. propagata est, celebrantur, & ab Ordinariis locorum indicuntur, convenire minime consueverint: nihilominus ipsius Religionis, seu Congreg. Clerici Presbyteri, aliique Superiores praedicti diversis in locis ab eorundem locorum Ordinariis processionibus hujusmodi, contra eorum instituta, etiam sub censuris Ecclesiasticis interesse, & eas passim comitari cogantur, unde non solum ab eorum piis exercitiis non parum retrahuntur, sed etiam gravissima jurgia & dissensiones inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos super praesentia oriri consueverunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, eorundem Clericorum Presbyterorum Superiorum, & personarum institutioni non conveniat ad similes processiones accedere, & propria eorum instituta praetermittere, ipsique pro fugiendis scandalis, quae praecedentia hujusmodi causa inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos hujusmodi intercedere possent, cupiant ab interuentia in processionibus publicis hujusmodi, ut infra, eximi, & liberari. Quare pro parte ejusdem Ministri generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Exemptio ab 9^a in Rubrica.

§. 2. Nos igitur qui justis, & honestis potentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, ipsos Ministri generalem, ac Clericos, Presbyteros, Superiores, & Religionis, seu Congreg. Scholarum Piarum hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laicis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dimittat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum eidem Ministro generali, ac Primod. Religioni, seu Congreg. illiusque Clericis, Presbyteris, Superioribus, & personis nunc, & pro tempore

existentibus, quod ipsi contra Urbem, videlicet ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus, in Urbe verò aeltrio dilecti filii nostri nunc, & Romani Pontificis pro tempore existentis Vicarii in d. Urbe in spiritualibus generalis, quibuscumque processionibus, & aliis quibuslibet actibus publicis quocumque tempore de more, vel consuetudine, aut aliis pro tempore faciendis & celebrandis, aut ab Ordinariis locorum quibusvis indicendis, interesse minime teneantur, nec ubique locorum per quoscumque Ordinarios hujusmodi, aliasque personas inviti cogi, aut compelli possint, auctoritate Apostolica perpetuo concedimus, & indulgemus, ipsosque desuper ab eisdem Ordinariis, vel aliis personis molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus unquam posse.

Decret.

§. 3. Irritumque, & inane, si secus super his à quocumque auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Constit.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apost. ac Synodalibus, Provincialibusque editis, & edendis constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanct.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnat. Dominice 1629. Kal. Junii, Pont. nostri anno 6.

Confirmatio Decreti à Sacra Rituum Congregatione editi super usu Baldachini, & Ministrorum, ac aliarum Caeremoniarum pro Abbatibus Congreg. Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua.

De hac Congregatione vide notata ad constitut. 1. Julii 11. Super Cathedram, tom. 1. Et de Definitionum electione, eorumque vacatione ab officio, ac dicta auctoritate, nonnulla ordinavit istem Pontifex sup. in const. 87. Commissi.

Con.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edict.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Pinellus Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis, alias Sanctae Justinæ de Padua Procurator generalis, quod aliàs à Ven. Fratibus nostris S.R.E. Cardinalibus sacris Ritibus Praepositis emanavit Decretum tenoris subsequens, videlicet: Cum aliàs de anno 1606, sub die 28. Januarii Sacra Rituum Congregatio, instante Archiepiscopo Firmano, interdixerit Priori S. Catharinae Ordinis Canonorum Regularium in eorum Ecclesia usum aliquarum caeremoniarum, & de anno 1617, sub die 18. Martii illud Decretum ad instantiam boni mem. Cardinalis Caraffae Archiepiscopi Neapolitani extendit ad omnes Priores, & Abbates cujuscumque Ordinis, etiam Cassinensis, ab hoc Decreto reclamavit Procurator generalis Cassinensis, & ad Sac. Congregationem recursum habuit, asserens suam Congregationem indefensam fuisse, & re mature, ac diligenter discussa, referente boni mem. Cardinale Lancelloto, Sacra Congregatio de anno 1618, sub die 12. Martii, censuit quoad usum Baldachini, & quorundam Ministrorum in aliis Decretis prohibitorum, recedendum esse à praedictis Decretis de annis 1606. & 1617, emanatis, & licere iisdem Abbatibus, quando solemniter celebrant, uti Baldachino, & apparatu juxta eorum antiquissimam consuetudinem, iratamen, ut modeste, cum debita convenientia, sine pompa, & auro, atque in tribus ad summum festivitibus quolibet anno utantur, prout in dictis Decretis latè continetur. Nunc demum Archiepiscopus Florentinus, ad Sac. Congregationem accedens instituit prohiberi Abbati S. Mariae ejusdem Civitatis Florentinae Ordinis Cassinensis, usum Baldachini, & dictorum Ministrorum, & aliarum multarum caeremoniarum, in dedecus, & praedictum suae Archiepiscopalis dignitatis vergentium, & citato, & interveniente Patre Domino Dominico Pinello ejusdem Congregationis Cassinensis

Recens.

Compt.

per Pont.

libus ad

in rem

inm. s.

Com. r.

sancti.

in

rit

af

in

rit

af

in

rit

af

in

rit

af

Cassinenſium Procuratore generali, & partibus ſepè ac ſæpius auditis, ac negotio diligenter diſcuſſo, referant, Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino Cardinale Pio, eadem Sacra Rituum Congregatio inhærendo dicto ultimo Decreto ſ. & de anno 1618. cenſuit, & declaravit licere Abbatibus Caſſinen. quando ſolemniſter celebrant, quod in tribus ad ſummum feſtivities facere eis permittitur, uti Baldachino, ſine auro tamen, & pompa, & aliquibus etiam Miniſtris paratis ſacris indumentis. Quia verò numerus horum Miniſtrorum in aliquibus eorum Miniſteriis erat valde exceſſivus, vetuit, ac prohibuit, ne iidem Abbates ſolemniſter, ut ſuprà celebrantes, alios poſſint habere Miniſtros ſacris indumentis paratos, quàm duos Diaconos, & Presbyterum aſſiſtentes, Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistoſa, ac ſex ad ſummum alios, duos cum Pluvialibus, duos cum Tunicellis coloris temporis convenientis, quoad reliqua verò in dictis Decretis de annis 1606. & 1617. emanatis contenta, Sacra Congregatio eadem Decreta confirmavit, & quatenus opus ſit, innovavit, inhibens omnibus Abbatibus Caſſinenſibus, ac ſerid præcipiens, ut in reliquis omnibus ea ad nnguem inviolabiliter obſervent, eorumque diſpoſitioni addidit, ut ſupradicti Abbates nullo modo debeant, nec poſſint habere, nec tenere ſedem ſuam Abbatialem fixam, & permanentem propè Altare, ubi ſedes Episcopalis retineri conſuevit, minuſque liceat ſupradictis ſex Monachis paratis ut ſuprà, ſedere in ſediſbus Choralibus, ut Canoniceorum ſecularium mos eſt, ſed Sedes pro Abbate ſolemniſter celebrante retineatur in Eccleſia iis tantummodò tribus diebus, quibus ipſe Abbas ſolemniſter celebrat, dictique ſex Monachi parati ſedere debeant loco congruo juxta Eccleſiarum convenientem ſitum, ſuper ſcabellis ad hunc effectum tunc appoſitis, panno laneo coopertis, die 29. Januar. 1628.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Dominicus prædictus plurimum cupiat præinſertum Decretum hujusmodi, quo firmius ſubſiſtat, & inviolabiliter obſervetur, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiti, Nos ejus votis hujusmodi annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdici, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes: ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum Decretum hujusmodi Apoſtol. auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quàm facti, & quovis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſent, ſupplemus.

§. 3. Decretumque hujusmodi, necnon præſentes literas cum omnibus in eis contentis ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficaciæ exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi, illiusque Abbatibus, ac Monachis, & perſonis in omnibus, & per omnia pleniffimè ſuffragari, neque illos à quoquam quavis auctoritate ſuper præmiſſis quovis modo impediri, moleſtari, inquietari, vel perturbari unquam poſſe, nec debere.

§. 4. Et ita per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienſer, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 5. Quocirca dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, ac cauſarum Curiaæ Camera Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, & Monachorum dictæ Congregationis requiſiti fuerint, ſeu aliquis eorum requiſitus fuerit, ſolemniſter publicantes, eiſque in præmiſſis efficaciſ defenſionis præſidio aſſiſten-

Bullar. Mag. Tom. IV.

tes, faciant auctoritate noſtra Abbates, & Monachos prædictos præmiſſorum omnium, & ſingulorum commodo, & effectui pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, vel inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

§. 6. Non obſtante ſel. rec. Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliisque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem proſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Julii 1629. Pont. noſtri anno 6.

Obſtantibus derogat.

Tranſumptis credi mandat.

Dat. P. An. 6. die 11. Julii

Unio quarundam Domorum Regularium Provinciarum novi Regni Granaten, ſeu Quiten, in Indiis Occidentalibus Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſub gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, Fratribus Diſcalceatis dicti Ordinis, Congregationis Hiſpaniarum.

CII.

De hujusmodi Fratribus lege qua notavi ad conſt. 5. Greg. XV. Paſtoralis, ſup. Et ad aliam conſt. 36.

Ad Sacram. Præter qua ſcito hunc Sanctiſſimum Pont. Congregationem Itala horum Fratrum in quatuor Provincias diviſiſſe, ut Conſt. 58. Ad uberes, hic ſup.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1629. Ad futuram rei memoriam.

Univerſalis Eccleſiæ regimini, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, ſed immenſa Redemptoris noſtri benignitate præpoſiti, ex injuncti Nobis muneris debito Chriſti fidelium ſub ſuavi Religionis jugo, & ſtrictioris obſervantiæ regulis Altiffimo ſervantium votis, per quæ proſpero, felicique eorum ſtatu, atque progreſſui opportunè conſulitur, libenter annuimus, ac deſuper ejuſdem muneris partes propenſis ſtudiis interponimus, ut iidem Chriſti fideles in pacis amœnitate, ac juſtitia, & ſanctitate coram Domino felicioribus in dies proficere valeant incrementis.

Procurator.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus de Reſurrexione Procurator generalis Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini domorum Regularium Beate Mariæ de Candelaria, ac Sanctæ Crucis de la Popa, in Provincia novi Regni Granaten. necnon S. Joſephi de Panama, ejuſdem ſeu Quiten. Provincie in Indiis Occidentalibus, ſub cura & gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, quod Fratres prædicti pro majori divini cultus incremento, ac Catholice Religionis propagatione, & feliciori eorum ſtatu, & directione, ſe, & eorū

Fratres Diſcalceati Ord. S. Auguſt. Provincie novi Regni Grana. & ſub cura Fratrum Calceatorum Ord. exiſtentium in Indiis Occidentalibus, ſub cura & gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, quod Fratres prædicti pro majori divini cultus incremento, ac Catholice Religionis propagatione, & feliciori eorum ſtatu, & directione, ſe, & eorū

O 3 domus

Hispaniarum domos predictas dilectis etiam filiis Fratribus Discalceatis etiam nuncupatis dicti Ordinis Congregationis Hispaniarum per Nos, ut infra uniti, & incorporari plurimum desiderent, & ad hoc dilectorum filiorum Prioris generalis dicti Ordinis, ac Vicarii dictae Congregationis expressus accedat assensus. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis ejusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui Religiosorum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militantium pacem, felicemque statum sinceris desideramus affectibus, Franciscum, & Fratres primordiales specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium Praepositorum consilio, Fratres Discalceatos primordiales, eorumque domos predictas Fratribus Discalceatis Congregationis Hispaniarum Ordinis hujusmodi, ita ut unum corpus simul, unamque Congregationem sub eisdem legibus, constitutionibus, & juribus constituent, nec aliqua inter eos sit differentia.

§. 3. Ipsique primordiales Fratres Discalceati secundodictis Fratribus hujusmodi sese conformare, necnon Vicario generali dictae Congregationis, & Commissario ab eo ad domorum Regularium praedictarum regimen, & gubernium pro tempore deputatum, subesse, eisque debitam obedientiam, & reverentiam in omnibus praestare debeant.

§. 4. Ita tamen, ut iidem primordiales Fratres Conventuum Indiarum hujusmodi in eorum negotiis, & causis possint liberè, & licitè recurrere, etiam per viam appellationis ad Priorem generalem dicti Ordinis Sancti Augustini, necnon ad Sedem Apostolicam, omisso medio, non secus atque si dicta unio quoad hoc facta non fuisset, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus.

§. 5. Eisdem primordiales Fratribus, & Regularibus domibus, quod omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis, concessionibus, & gratiis, quibus alii praedictae Congregationis Fratres, eorumque domus de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum pari modo, & absque ulla protius differentia uti, frui, potiri, & gaudere liberè similiter, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si ab initio erectionis dictae Congregationis primordiales Fratres, eorumque domus Regulares praedictae eidem Congregationi unitae, & incorporate fuissent, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgemus.

§. 6. Decernentes, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primordiales Fratribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 7. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios judicari, & definituri debere, irritumque, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, in ac universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis, ac Domorum, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-

novatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenore praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 16. Julii 1629. Pont. nostri anno 6.

Beatificatio Caietani Thienzi Clericorum Regularium Fundatoris, ac Indulgentiarum celebrandi Missam, & Officium de eodem recitandi.

Hujus Congregationis institutionem habes sup. ad const. 11. Clem. VII. tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, ad ea per quae servorum Christi veneratio in terris promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis, pastoralis muneris Nostrae partes propensas studiis impendimus, prout pia Christi fidelium, & praesertim Catholicorum Regum, & Principum vota exposcunt, Nosque conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Praepositi generalis, & Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum N. bis nuper expositum fuit, quod facta nuper per dilectos etiam filios causarum Palatii Apostolici Auditores Nobis relatione de processibus Apostolica auctoritate fabricatis, super sanctitate servi Dei Caietani Thienzi Nobilis Patritii Vicentini, dictae Congregationis Fundatoris, iisque in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum, de mandato nostro pro plures sessiones, citato etiam ad hoc, & audito Promotore Fidei, ad relationem dilecti filii nostri Antonii Sanctae Mariae in Aquiro Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, Nostrae secundum carnem ex Fratre germano Nepotis, accerrimè discussis, cognito primùm super validitate dictorum processuum, deinde super virtutibus heroicis, ac eadem super miraculis in vita, & post mortem intercessione dicti servi Dei ab Altissimo patris, iidem Cardinales unanimi consensu censuerunt, tutò posse, quodcumque N. bis placuerit, ad solemnem Canonizationem dicti servi Dei Caietani Thienzi deveniri. Quare pro parte non solum Praepositi generalis, & Clericorum praedictorum, verum etiam Charissimorum in Christo filiorum Nostrorum Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, ac Ludovici Francorum Regis Christianissimi, necnon dilectorum filiorum nobilium Virorum Ducis, & Reipublicae Venetorum, aliorumque Christianorum Principum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut interim donec ad solemnem Canonizationem dicti servi Dei Caietani Thienzi deveniatur, idem servus Dei Caietanus Thienzius Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, ut infra, celebrari possit.

§. 2. Nos piis Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Ludovici Regis, necnon Ducis & Reipublicae, aliorumque Principum, ac Praepositi & Clericorum praedictorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possimus, benignè annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de eorundem Cardinalium consilio, ut ipse Dei servus Caietanus Thienzius in posterum Beatus nuncupari, atque ab omnibus Clericis Regularibus ubique existentibus officium de communi Confessoris non Pontificis in die ejus obitus recitari, & Missa celebrari, juxta Breviarii, & Missalis Romani Rubricae, etiam per Sacerdotes Regulares, & seculares ad eorum Ecclesias confluentes, in Civitate verò Vicentina ubi natus,

Hispaniarum domos predictas dilectis etiam filiis Fratribus Discalceatis etiam nuncupatis dicti Ordinis Congregationis Hispaniarum per Nos, ut infra uniti, & incorporari plurimum desiderent, & ad hoc dilectorum filiorum Prioris generalis dicti Ordinis, ac Vicarii dictae Congregationis expressus accedat assensus. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis ejusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Beatificatio Caietani Thienzi Clericorum Regularium Fundatoris, ac Indulgentiarum celebrandi Missam, & Officium de eodem recitandi.

& in Civitate Neapolitana, ubi sacrum ejus Corpus requiescit, in omnibus Ecclesiis, tam regularium, quam secularium, Missa, & Officium, ut supra respectivè celebrari, & recitari valeat: Ac pro presenti anno dumtaxat dicti Præpositus generalis, & Clerici solemnem Beatificationem cum Officio, & Missa in die eis benevsa, hic Romæ in Ecclesia Sancti Andreæ de Valle, necnon alii ad illam confluentes celebrare liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus, & impartimur.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, Secretarii ipsius Congregationis, vel alicujus Notarii publici manu subscriptis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Præpositi, vel Vicarii generalis ejusdem Congregationis sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1629. Pont. nostri anno 7.

IV. Confirmatio Decreti Sacræ Rituum Congregationis super usu Baldachini, Ministrotorum, ac aliarum Cæremoniarum, pro Abbatis Congregationis Cælestinæ, Ordinis S. P. Benedicti.

De horum Monachorum Congregatione lege const. 1. Cælest. V. Et si cunctos, sup. tom. 1. Cui postea communicavit aliorum Monachorum privilegia S. D. N. Urbanus VIII. const. 24. Sacrosancti, sup. tom. 4. & Constitutiones, vel Statuta novissime pro Congregationis gubernio edita, confirmavit in const. 56. Sa. rosanctum, ubi sup.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Henricus Fortuna, Procurator Generalis totius Congregationis Monachorum Cælestinorum ordinis Sancti Benedicti, quod nuper à Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus præpositis emanavit Decretum tenoris subsequenti, videlicet:

Cum Sacra Rituum Congregatio alias de anno 1606. sub die 18. Januarii ad instantiam Archiepiscopi Firmani prohibuerit Priori Sanctæ Catharinæ ordinis Canonico Regularium in eorum Ecclesia usum Baldachini, & aliquorum Cæremoniarum. Et de anno 1627. sub die 18. Martii idem Decretum ad instantiam Cardinalis Caraffa Archiepiscopi Neapolitani extenderit ad omnes Priores, & Abbates cujusvis Ordinis, etiam Cassinensis, R. P. D. Henricus Fortuna de Monte Leone Procurator Generalis totius Congregationis Monachorum Cælestinorum Ordinis Sancti Benedicti, agrè ferens hujusmodi Decreta tanquam præjudicialia antiquissima consuetudini solemni celebrandi cum Baldachino, & Assistentibus in eorum Ecclesiis, insistit audiri in eadem Sacra Congregatione super dicta antiquissima consuetudine. Et commissa causa Illustrissimo, & Reverendissimo Cardinali Antonio Barberino, coram quo, audio sæpius dicto Procuratore Generali Cælestinorum, & rationibus ab eo deductis benè perpensis, eodem Illustrissimo, ac Reverendissimo Antonio referente: Sacra Rituum Congregatio, re mature discussa, censuit in hac parte recedendum à superscriptis decretis, de anno 1616. & 1617. & declaravit, licere Abbatibus Cælestinis in tribus tantum anni festivitibus solemni celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen & pompa, necnon assistentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris Vestibus, coloris s. lemnitatis respectu convenientis indutorum, duorum nempe cum Pluvialibus, duorum cum Plaretis, & aliorum duorum cum tuniceis, ultra Diaconum, & Subdia-

conon, qui in Missa cantantur sunt Evangelium, & Epistolam: dommodo idem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam, & permanentem propè Altare, ut sedes Episcopalis retineri solet, sed eorum sedes retineantur in Ecclesia us tantum diebus, quibus solemni, ut supra, celebrari debet: Et dicti sex Monachi, ut supra parati, non in sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo, juxta Ecclesiarum convenientem situm tunc appositis, panno laneo cooperitis, firmis in reliquo remanentibus superscriptis sacra Congregationis in Firmana, & Neapolitana Decretis editis die 30. Junii 1629.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, Quod Decretum Henricus plurimum cupiat, Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & inviolabili observantia, Apostolicæ nostræ confirmationis robore confirmari.

§.3. Nos dictum Henricum speciall gratiæ favore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter portedis inclinati: Decretum præinsertum hujusmodi, cum omnibus in eo contentis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

§.4. Decretumque, & in eo contenta hujusmodi, ac præsentis literarum valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 26. Septembris 1629. Pont. nostri anno septimo.

Jubilæi universalis concessio ad divinam operam pro imminenti periculis Christiani Orbis partibus postulandam.

URBANUS PAPA VIII. Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

IRritatus assiduis humani generis flagitiis Deus convulsus iracundiæ suæ flagella sæpius ostentare, ut errantes derelinquant vias suas, & aliquando viisat in virga iniquitates, & in verberibus peccata: nolens tamen aliquem perire, remediis adrioribus excitat peccatorum sopitas mentes, ut resipiscentes ad eum revertantur. Nos igitur è Pastoralis specula, dominici gregis Nobis licet immeritis crediti, prospicientes salutem, cum propiùs imminere discrimina pestilentia, & damna famis pervagari, bellique turbines in detrimentum Catholicæ Religionis varias Christiani orbis partes invadere, & ibidem violentiùs percrebescere animadvertimus, oculos in excelsum tollimus ad Altissimum, qui licet sit justus, etiam misericors est, & placabilis super nequitia populi sui, & publicæ orationis anchora, quod sæpius fecimus, iterum innixi, instantis tempestatis impetum evitare speramus. Adeamus itaque in amaritudine animarum nostrarum recogitantes vitæ præteritæ annos, Aram misericordiarum Domini, & sine intermissione orantes, con-

16. An. 7. 1629. Pont. nostri anno 7.

Quod Decretum Henricus plurimum cupiat, Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & inviolabili observantia, Apostolicæ nostræ confirmationis robore confirmari.

Pont. nostri approbati.

Claufula præservatum apponit.

Aliter nulla curi prohibet.

Contraria auferit.

Dat. P. An. 7. die 26. Septembris 1629.

Edict. An. Di. 1629.

Causa hujus concessio. In-tilia, & hinc inde ad illud assequendum.

triti cordis, & humiliati spiritus offeramus ei sacrificium, ut qui interdum opem implorantibus dormiens vult videri, & quandoque supplicantium preces seridis audit, tandem carnaliter exaudiat, & nostris, & communibus F delium votis in tempore opportuno adesse dignetur, & tantos a fluctibus maris motus, dissidiorum ventis imperant, sedet, ut optata fiat tranquillitas. Hoc autem ut fructuosius, & majori cura spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesie Romane omnium Matris, & Magistræ more, in presentibus necessitatibus ejusdem Ecclesie thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & largissime erogare decrevimus. Itaque ex parte omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubicunque locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum ac ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordie sue fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè presentibus Ecclesie necessitatibus subvenire dignetur.

Concessio Jubilæi pro civitate Romæ.

§. 1. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus meritis minimè suffragantibus contulit, Universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui solemnè processioni, quam ab Ecclesia B. Mariæ Angelorum nuncupata, Carthusiensis Ordinis, ad Basilicam ejusdem B. Mariæ Majoris etiam nuncupatam de Urbe, feria quarta proxima sequentis hebdomadæ, unà cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatibus, Proceribus, ac universo Clero, & Populo agemus interfuerint, aut qui prædicta, vel immediate subsequenti hebdomada eadem Ecclesiam, & Basilicam saltem semel visitaverint, ibique devotè ut supra Deum oraverint, necnon feria quarta, & sexta, ac Sabbato ejusdem, vel subsequenti hebdomadæ jejunaverint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistie Sacramentum reverenter sumpserint, & eleemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggererit, fecerint.

Necnon pro exiis civitatis Romæ.

§. 2. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Urbem existentibus in quibusvis Civitatibus, Terris, & Locis, qui processioni ab ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus de eorum mandato, & ipsi deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ literæ devenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitaverint, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissimæ Communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore presentium concedimus, & largimur.

Ac pro itinere navigationis.

§. 3. Navigantes verò, aut iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & loco interventus in processione, visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loco ejusdem domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

Etiam pro regularibus, aliisque impediatis.

§. 4. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuè degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quam religiosis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequeverint, ut Confessarius quem

ut infra elegerint, eis prædicta omnia, & singula, vel eorum aliquis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 5. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri hujus preciosissimi thesauri, universis, & singulis utriusque sexus, tam laicis, Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus cujuscvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam sæcularem, quam cujuscvis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinariis, quos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à juro, vel ab homine quavis causa latis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, & etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantùm, non tamen à crimine hæresis, absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Concessio Jubilæi pro civitate Romæ.

§. 6. Quapropter tenore presentium in virtute sanctæ obedientie districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum presentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioc. Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, ac Cleris, & Populis sibi subjectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Tractatus Indulgentiarum.

§. 7. Non intendimus autem per presentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, & facta, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie. Neque etiam eisdem presentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Restitutio Indulgentiarum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in cæteris tunc expressis casibus ita Romano Pont. pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutuum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata

Concessio Jubilæi.

401

402

URBANUS OCTAVUS.

185

Habentes hae vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Ut autem presentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium noticiam facilius deveniant, volumus ut earundem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsi presentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Octobr. 1629. Pont. Nostri Anno 7.

VI. De facultate eligendi Confessarium ad Regulares utriusque sexus, & cujuscumque Ordinis non extendenda; nec extra forum conscientiae.

Clementis Constitutionem, quam habes indicatam in 1. §. reperies num. 64. sup. tom. 3.

ANNO D. V R B A N U S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam.

IN specula militantis Ecclesiae, nullo licet meritorum suffragio, divina dispositione constituti, & attentè considerantes, sacros Regularium Ordines tantas Ecclesiae Dei utilitates omni tempore attulisse, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices praedecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint: dignum, quin potius debitum reputamus, ut eorundem Pontificum vestigiis inhaerentes, ad ea pastoralis vigilantiae partes jugiter intendamus, ut in eisdem Ordinibus disciplinae regularis observantia facta conservetur, & si quae illi obesse dignoscuntur, opportune constitutionis ministerio salubriter removeantur.

§. 1. Anns siquidem felic. rec. Clementi Papae VIII. praedecessori nostro per Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo nuncupat. exposito, quod cum in Bulla Crucatae Sanctae, & aliis privilegiis ab Apostolica Sede concedi solitis, detur facultas eligendi Confessarium idoneum, ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absolvere à casibus Ordinario & Sedi Apostolicae reservatis, Religiosi praedictis facultatibus uti praesumebant in detrimentum eorum regularis disciplinae: Quare idem Clemens praedecessor sua perpetuè valitura constitutione declaravit, facultatem & concessionem Sanctae Crucatae, & aliorum indultorum praedictorum, quantum ad praedictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujusvis Instituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tam in provincia Hispaniae, quam extra eam ubilibet constitutis, neque eis suffragari, sed ejusdem Clementis praedecessoris intentionis fuisse, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Praelatorum subjecti essent, prout in dicti Clementis praedecessoris in simili forma Brevis desuper sub die 23. Novembris 1599. Pontificat. sui anno octavo expeditis literis, quarum tenores pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nihilominus, sicut Nobis non sine animi nostri molestia innotuit, nonnulli Ordinis Fratrum Praedicatorum professores, praetextu Bullae ejusdem Sanctae Crucatae, ac dictorum Indultorum Confessarium hujusmodi, qui eos, ut praefertur, absolvat, eligere posse praetendant, & forsitan eligant, etiam ad praesens, postquam literae nostrae sub die 14. Junii 1624. Pontificatus nostri anno primo, super facultate eisdem Regularibus Confessarium ad effectum hujusmodi eligendi, ad quinquennium tunc proximum concessa, emanatae pridem, ab anno, & ultra expiraverunt, in maximum status, & observantiae regularis praedicti.

§. 3. Nos praemissis, quantum Nobis ex alto conceditur,

obviare, ac felici tam eorundem Fratrum Praedicatorum, & Beatae Mariae de Monte Carmelo Religiosorum, quam omnium, & quorumcumque aliorum cujuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam speciali mentione, & nota digni utriusque sexus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium statui atque directioni, & aliorum Christi fidelium saluti consulere volentes, praefataeque Clementis praedecessoris declarationi inhaerentes, illamque tenore presentium innovantes, ac quatenus opus sit, ampliantes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine Concessionem sanctae Crucatae, quae respectu facultatis hujusmodi etiam Laicis, & Clericis saecularibus cujuscumque status, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam speciali nota dignae, quoad casus reservatos etiam in Bulla Coenae Domini (haeresi excepta) contentos non nisi in foro conscientiae, non autem in foro externo suffragatur, aliorumque Indultorum hujusmodi, quantum ad praedictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à praedictis casibus reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus praedictis Fratrum Praedicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisque, & Instituti praedictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam Provinciae Hispaniae, quam extra eam ubilibet constitutorum, locum minime habuisse, neque habere, nec in illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo literae nostrae hujusmodi, ut praefertur, duraverunt, siquidem die 14. mensis Junii 1629. proximè praeteriti jam expiraverunt, sed nostrae intentionis fuisse, & esse, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, seu Confessionis administrationem ordinariae dispositioni suorum Praelatorum, & Sedi Apostolicae quoad sibi reservata, subjecti sint, earundem tenore presentium perpetuè declaramus.

§. 4. Decernentes praesentes nostras literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu à quoquam impugnari non posse.

§. 5. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicae Nuntios, ac Crucatae Commissarios, & quosvis alios quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, ac judicari debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac omnibus, & singulis illis, quae in praedictis Clementis praedecessoris literis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem praesentium tenor omnibus innotescat, volumus eas in valvis Basilicae Principis Apostolorum, & in acie Campi Florae de Urbe, ut moris est, publicari, ipsasque sic publicatas, omnes, & singulos ubique existentes ita afficere, ac si omnibus personaliter intimatae essent.

§. 8. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae praesentibus ipsi adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1630. Pontificatus nostri anno septimo.

Prohibitio eligendi Scholas sub denominatione Scholarum Piarum: Et annullatio erectarum sub

Impressio

Anno 7.

VI.

Anno D.

IN

§. 1.

§. 2.

§. 3.

et/serari per

Clau/ta

non judicari

Contracta

Publicatio

Transumptis

Dat. P. An 7.

CVII.

sub tali nomine ab aliis, quam à Clericis regularibus Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum, Piarum. Ne non interdictio deferendi habitum per dictos Clericos gestari solitum.

Scholarum Piarum materiam lege sup. in conf. 101. Pauli P. ab aliis Constitutiones habes indicatas.

Edicta An. D. V R B A N U S P A P A V I I I. 1630. Ad perpetuum rei memoriam.

Exordium.

Adhuc fructus, quos dilecti filii Clerici Regulares Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum in Vineam Domini proferunt, considerationis nostrae aciem convertentes, dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea, quae felicibus eorum progressibus obesse possunt, quantum cum Domino possumus, removeamus, & prohibeamus.

Prohibito de quo in Rubrica.

§. 1. Specialibus itaque illos favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequentiarum serie absolventes, & absolutas fore censens, supplicationibus Ministri generalis dictae Congregationis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ne alii quicumque quavis auctoritate fungentes, Scholas sub denominatione Scholarum Piarum erigere, aut forsam jam erectas alias nominare, nec inscribere, minusque habitum per dictos Clericos Regulares gestari solitum gestare audeant seu praesumant, sub excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis per contravenientes ipso facto incurrendis, Apost. auctoritate tenore praesentium interdicimus & prohibemus.

Classis Praefecturae.

§. 2. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus inviolabiliter observari.

Classis Inquisitionis.

§. 3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid seorsus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Classis de Regentibus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptio sine sigillo.

§. 5. Ut autem praesentes facilius omnibus innotescant, volumus ut earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dei. P. An. 8. die 7. Aug.

Dat. Romae apud S. Mariam Majoram, sub Annulo Piscatoris, die 7. mensis Augusti 1630. Pont. nostri anno 8.

Declaratio super Constitutione Pii Quarti de registrandis in Camera gratiis illius interesse concernentibus.

Hanc Pii Quarti Constitutionem habes sup. tom. 2. conf. 98.

Edicta An. D. V R B A N U S P A P A V I I I. 1630. Ad perpetuum rei memoriam.

Præmissa.

Um sicut accepimus plures Rom. Pont. praedecessores Nostri concesserint, prout etiam Nos concessimus, diversa privilegia, indulta, licentias, & gratias, etiam interesse Cam. Apost. concernentia, tam per literas Apost. sub plumbo, & in simili forma Brevis expeditas, quam per Chirographa eorum, & Nostra respectivè manu subscripta, in quibus quidem literis, & Chirographis, Motui proprio, seu Constitutioni fel. rec. Pii Papae IV. praedecessoris Nostri, qua cavetur ut omnes, & singulae gratiae interesse dictae Camera concernentes in eadem Camera in-

tra certum ibi expressum tempus registrari debeant, aliis gratiis ipsae nullae sint, derogatum reperitur, à nonnullis vero nimium scrupulosis in dubium revocetur, an tales derogationes adhuc in Camera praedicta registrari debeant, & debeant.

§. 1. Nos ne ullo unquam tempore de ipsorum privilegiorum, indultorum, licentiarum, & gratiarum validitate, ex eo quod privilegia, indulta, licentiae, seu facultates, aut derogationes hujusmodi in eadem Camera registratae non fuerint, haesitati, eosque ad quorum favorem emanarunt, eo praetextu super privilegiis, indultis, licentiis, gratiis, & facultatibus eidem pro tempore, ut praefertur, concessis, molestari contingat, providere cupientes, ac Motus proprii, seu Constitutionis praedicti Pii Praedecessoris tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes.

§. 2. Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex mera animi Nostri deliberatione, certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, omnia, & singula privilegia, indulta, licentias, gratias, & facultates, tam per Praedecessores Nostros, quam per Nos ipsos per literas Apost. sub plumbo, aut in forma Brevis expeditas, seu per chirographa eorundem Praedecessorum, vel Nostra manu respectivè subscripta, etiam quodcumque interesse dictae Camera concernentia, cujuscumque qualitatis, generis, quantitatis, & valoris, etiam maximi, & inexcogitabilis existat, concessa hactenus, & in posterum per Nos, & Rom. Pont. Successores Nostros concedenda, in quibus Motui proprio, seu Constitutioni Pii Praedecessoris hujusmodi, ad effectum ut illi, ad quorum favorem emanarunt, & emanabunt pro tempore, ad ipsa privilegia, indulta, licentias, & gratias in eadem Camera registrandum non teneantur, derogatum fuerit, seu derogari contigerit in futurum, etiam illae, & illa, sive derogatio, & voluntas hujusmodi in praedicta Camera registrata non sint, & non registrentur, etiam ab earum data valere, & de eorum validitate dubitari non posse, neque propterea illos, ad quorum favorem emanarunt, aliquo modo molestari debere, tenore praesentium decernimus, & declaramus.

§. 3. Ac dilectis filiis Nostro, & S. R. E. Camerario, ac Thesaurario Generali, Praesidenti, & Clericis, necnon Commissario ejusdem Camerae nunc, & pro tempore existentibus, & aliis quibuscumque desuper interesse quomodolibet praetendentibus, aut qui illud quomodolibet praetendere possent, perpetuum silentium desuper imponimus.

§. 4. Mandantes Camerario, Thesaurario, Praesidenti, & Clericis, necnon Commissario nunc, & pro tempore existentibus, & aliis interesse praetendentibus praedictis, ne sub nostrae, & pro tempore existentis Rom. Pont. indignationis, aliisque Nostro, & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrio imponendis poenis, & etiam interdicti ingressus Ecclesiae, ac aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis ipso facto per contravenientes, & eorum quemlibet, toties quoties contraverint respectivè incurrendis, à quibus à nemine, praeterquam à Roman. Pont. pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi, seu illae eis relaxari nequeant, praedictorum aliquem super praemissis aliquo modo molestare audeant, vel praesumant.

§. 5. Volentes, & eadem auctoritate decernentes praesentes Nostras literas, declarationem, & voluntatem, etiam quod in dicta Camera non registrentur, neque praesententur, iis omnibus de quorum interesse actum fuerit, vel ageretur pro tempore, suffragari debuisse, & debere, perinde ac si in eadem Camera debito tempore praesentatae, & in ea registratae fuissent.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus Nostri Ostien. & Portuen. Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiae Cam. Apost. Generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte in praemissis interesse habentium desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate Nostra illos praemissorum commodo, & effe-

Dilecti filii...

Pont. et...

Silenti...

Præfer...

Exor...

Qua pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiçtores quoslibet, & Rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, in peccato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 7. Non obstantibus piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac Motu proprio huiusmodi, seu prædicta Pii Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, aliisque in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, latissimè hac vice ad effectum præmissorum tantum motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Augusti 1630. Pont. nostri anno 8.

X. Relatio Fr. Joannis Dei Congregationis huius nominis Fundatoris in Beatorum Confessorum numerum, necnon concessio recitandi Officium, & Missam celebrandi de eo.

De his Fratribus vide indicata ad const. 100. Pauli V. sup. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragan. meritis, divina providentia constituti, ad ea per quæ Servorum Christi veneratio in terris promoveatur & laudetur Dominus in Sanctis suis, pastoralis muneris nostri partes propensis studiis impendimus, prout pia Christi fidelium, & præsertim Catholicorum Regum, & Principum vota exposcunt, Nosque conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Majoris, & aliorum Confratrum Congregationis Joannis Dei sub regula S. Augustini Nobis nuper expositum fuit, quod transmissis de mandato nostro ad Vener. Fratres nostros S. R. E. Card. sacris ritibus præpositos processibus Apost. auctoritate fabricatis, & in sacro Rotæ Auditorio examinatis super sanctitate, virtutibus, & miraculis Servi Dei Joannis de Deo, Fratrum vulgò (Fate ben fratelli) nuncupatorum Fundatoris, iisque in Congregatione eorundem Cardinalium per plures sessiones acerrimè discussis, citato etiam, & audito prius super iisdem, ut moris est, dilecto filio Promotore fidei, cognito primùm de validitate processuum, deinde de virtutibus heroicis, ac demùm de miraculis in vita, & post mortem ab omnipotenti Deo intercessione dicti sui servi patris, referente dilecto filio nostro Petro Maria S. Georgii Diacono Cardinale, iidem Cardinales unanimi consensu pronuntiarunt, tutò posse quancumque Nobis placuerit ad solemnem Canonizationem dicti Joannis de Deo deveniri, & interim Beatum nuncupari, ac Missam, & Officium de eo ut infra recitari, & celebrari. Quare pro parte non solum Majoris, & Confratrum prædictorum, verùm etiam christissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Romano-

rum Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Hispaniarum Regis Catholici, & Charissime in Christo filie nostræ Isabellæ Hispaniarum Regine Catholicæ, aliorumque Christianorum Principum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut interim donec ad solemnem Canonizationem dicti Joannis de Deo deveniat, idem servus Dei Joannes de Deo Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo ut infra celebrari possit.

§. 2. Nos piis Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Regis, & Isabellæ Regine, aliorumque Principum, necnon Majoris, & aliorum Confratrum prædictorum votis in præmissis quantum cum Domino possumus benignè annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, de eorundem Cardinalium consilio, ut ipse Servus Dei Joannes de Deo in posterum Beatus nuncupari, ac de eodem ab omnibus dictæ Congregationis Regularibus ubique existentibus quotannis in die ejus obitus Officium recitari, & Missa celebrari de communi Consistorii non Pontificis ritu duplici majori per annum juxta rubricas Breviarii & Missalis Rom. & quoad missam etiam per alios Regulares, & Seculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes: In Civitate verdè Græcæ, nempe in Ecclesia ubi ejus sacrum Corpus requiescit, & in Terra nuncupata Montemor il novo, ubi natus est, in omnibus Ecclesiis tam Regularium, quàm Secularium Officium, & Missa ritu duplici minore recitari, ac celebrari possit & valeat; ac pro præsentis anno dumtaxat Major, & alii Confratres dictæ Congregationis solemnem Beatificationem cum Missis in die eis benevise S. Joannis Colabitzæ, necnon alii Sacerdotes, tam Regulares quàm Seculares ad dictam Ecclesiam eo die confluentes, cum eadem Missa juxta rubricas se conformare liberè valeant, Apostol. auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 21. Sept. 1630. Pont. nostri anno 8.

Concessio Plenariæ Indulgentiæ in Urbe ad agendas gratias Deo pro præservazione dictæ Urbis & aliarum Civitatum, ac Provinciarum Italiæ ab ira epidimicæ, seu pestis vexatione, & ad divinam opem implorandâ pro earundem conservazione, & aliarum dictæ vexationi obnoxiarum liberatione. Necnon extensio prædictarum omnium Indulgentiarum ad universam Italiam, & Insulas ei adjacentes. Ac prorogatio earum ad alios tres menses.

Variè ob varias causas fuerunt hætenus tam ab isto Sanctissimo Pontifice, quàm ab aliis concessæ Indulgentiæ, quas omnes, ne hic repetam, in suis locis reperies.

URBANUS PAPA VIII. Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, ac aliis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Pater misericordiarum, & totius consolationis Deus votis nostris clementer annuens, Almam Urbem nostram, & multas alias Italiæ Civitates & Provincias a dira epidimicæ lue, aliisque belli, & famis calamitatibus, & periculis immunes hætenus conservavit. Quamobrem cum lata in Nos celestium gratiarum dona omninò exigunt, ut majores quas possumus, Divinæ Majestati gratias concordibus, & efficacibus affectibus agamus, eamque humillimè deprecemur, ut prædictam Almam Urbem nostram ac Civitates, & Provincias prædictas, reliquasque totius Christiani Orbis partes prædictare, illas ve-

Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, ac aliis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Concedit ut de Joanne Dei Beato nuncupari, & de eo Missa celebrari, ac officium recitari possit, ut hinc.

Constat de transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. D. die 21. Sept.

CX.

Et hinc An. D. 1630.

Causa hujus concessio.

sed, que prædictis afflictionibus obnoxie existunt, libere, ac præsentibus Ecclesiis necessitatibus subvenire dignetur, ut si divinæ placuerit bonitati, orationes exaudiantur, & fiat super nos misericordia Altissimi speciosa in tempore tribulationis. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proficere, & erogare decrevimus.

Concessio tribulatio, ac in sub. C. p. alterius forma illud assequendi.

§. 1. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus contulit, universis, & singulis Christi fidelibus, qui spatio trium mensium proxime decurrendorum in aliqua ex sextis feriis cujuslibet hebdomadæ jejunaverint, ac confessi, & sacra communione saltem in die Dominica immediatè sequente refecti fuerint, propriamque Parochialem, seu unam ex infra scriptis tribus Ecclesiis Urbis, nempe Lateranensem, Principis Apostolorum, & in ea situm Altare Sancti Michaelis Archangeli nuncupatum, aut Sanctæ Mariæ Majoris Basilicæ, sive Ecclesiæ Nationalem, quoad ipsius Ecclesiæ Nationales, eadem hebdomada respectivè visitaverint, ibique ut supra, ac etiam pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, elemosynasque sibi beneficas erogaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Præscriptio alterius formæ pro visitationibus sibi eligere Confessarium, cum facultatibus, ut hic.

§. 2. Iis qui præterea intra dictos tres menses septem hebdomada: unis sextis feriis jejunaverint, & aliquam Ecclesiarum, seu Basilicarum præfatarum in eadem hebdomada etiam devotè visitaverint, licentiam insuper concedimus, & facultatem damus, ut possint sibi ad hunc effectum eligere quemcumque Presbyterum confessorium, tam sæcularem, quam cujusvis ordinis regularem ex approbatis à dilecto filio nostro in Alma Urbe nostra prædicta Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa laicis, seu infidelibus, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in literis die Cæne Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum, non tamen à crimine hæresis, absolvere, & liberare valeat. Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in prædictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Præscriptio pro Regularibus, & aliis impediunt.

§. 3. Regularibus autem personis utriusque sexus in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quam Ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut Confessarius quem ut supra elegerint, prædicta omnia & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare possit, pariter concedimus, & indulgemus.

Præscriptio de no. prædictis facultatibus.

§. 4. Non intendimus autem per præsentem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, Neque etiam easdem præsentem iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi & interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus, ut supra prædictum satisfecerint, aut cum par-

tibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, ac quorumcumque Ordinum, Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præfatis pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1630. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Sequitur Extensio prædictarum Indulgentiarum ad universam Italiam, Insulasque ei adjacentes.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentiis, &c.

Omittitur tenor ipsius constit. quia est præinsertus.

§. 1. Cum autem, sicut multi Venerabiles fratres Archiepiscopi, & Episcopi, necnon dilecti filii nobilibus viri, Duces, Principes, & alii Magnates in Italia, & Insulis illis adjacentibus Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ut etiam fructuosius, & majori cum spiritus ardore divinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorent, præinsertas literas nostras ad universos Italiam, & Insularum prædictarum Christi fideles extendi summopere desiderarent.

§. 2. Nos pro ea, qua eorumdem Christi fidelium animarum salutem jugiter invigilamus, paterna charitate, ut illi tam pretiosi Ecclesiæ Thesauri participes fiant, providere volentes, piis Archiepiscoporum, Ducum, Episcoporum, Principum, & aliorum Magnatum votis, quantum Nobis ex alto conceditur, annuendum duximus. Igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas literas nostras, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, clausulis, & decretis ad universos utriusque sexus Christi fideles, sæculares, & regulares in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab iisdem Ordinariis approbatos, seu approbandos spatio trium similiter mensium à die publicationis præsentium in dictis locis faciendæ inchoando durante, Apostolica auctoritate tenore præsentium extendimus, præfatisque Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessoribus, concessionibus, facultates, & indulta cum clausulis, & decretis hujusmodi auctoritate, & tenore prædictis communicamus.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac omnibus illis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstare, cæteri que contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ

URBANUS OCTAVUS.

169

que adhibetur ipse presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1630. Pontificatus Nostri Anno 7.

Sequitur prorogatio eorundem ad alios tres Menses.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsecquentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano.

Hæc constitutio est præsertim, & ideo prætermittitur.

§. 2. Et subinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adjacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præsertim literas nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium, cum omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad universos utriusque sexus Christi fideles, sæculares, & regulares, tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab iisdem Ordinariis approbatos, seu approbandos spatio trium similiter mensium à die publicationis literarum desuper expeditarum inchoandorum durante, Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessariis concessionibus, facultatibus, & indulta, cum clausulis, & decretis hujusmodi communicavimus, prout in ultimodictis literis in simili forma Brevis, sub die 17. Julii proxime præteriti expeditis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem per abundantiam Divinæ misericordie Alma Urbs nostra, ac multæ aliæ Civitates, & Provincie, non solum S. R. E. verum etiam aliarum ditiorum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium, à periculis, & calamitatibus hujusmodi immunes hæcenus conservatæ, & aliæ etiam libertatæ fuerint; nos ut Christi fideles prædicti celestium miserationum copiosiores fructus consequi valeant, uberius providere volentes, tam præsertim concessionibus, quàm alias subinde expeditas literas extensionis præfatas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clausulis, & decretis ad infra scriptos tres menses proximos, videlicet Octobris, Novembris, & Decembris, quibus durantibus, si omnia, & singula in præsertim literis expressa dicti Christi fideles adimpleverint, illi omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis prædictis consequi valeant, auctoritate prædicta, tenore presentium extendimus, & prorogamus.

§. 4. Quia verò ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Republicarum concessionibus, facultatibus, Indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in præsertim litteris contentas ad certas Civitates, Dioceses, Provincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus: volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut tribus mensibus per presentes prorogatis, ut præfertur elapsis, omnes, & quæcumque extensiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ hujusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint roboris, vel momeñi, nec cuiquã ulterius suffragetur.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præfatas literas facilius omnibus innotescant.

§. 6. Volumus, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1630. Pont. nostri anno 8.

Subsequitur prorogatio ad alios tres Menses, cum decreta ut eisdem tribus Mensibus elapsis, quæcumque extensiones, & ampliationes Indulgentiæ hujusmodi per S. D. N. ad certum tempus factæ, etiam eo ipso expirent.

Bullar. Mag. Tom. I V.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsecquentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, &c.

Omittitur tenor constitutionis, quæ habes sup.

§. 2. Et subinde multorum venerabilium fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adjacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præsertim literas nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium, cum omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad universos utriusque sexus Christi fideles sæculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab iisdem Ordinariis approbatos, seu approbandos spatio trium similiter mensium à die publicationis literarum desuper expeditarum inchoandorum durante, Apostolica auctoritate extendimus; prædictisque Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessariis concessionibus, facultatibus, & indulta prædicta, cum clausulis, & decretis hujusmodi communicavimus, & postmodum tam præsertim, quàm alias subinde expeditas literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clausulis, & decretis ad infra scriptos tres Octobris, & Novembris proxime præteritos, ac præsertim Decembris menses extendimus pariter, & prorogavimus, prout in aliis nostris sub die 17. Julii, necnon sub die 25. Septembris proxime præteritorum, desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores etiam presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem per abundantiam Divinæ misericordie Alma Urbs nostra, ac multæ aliæ Civitates, & Provincie, non solum S. R. E. verum etiam aliarum ditiorum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium, à periculis, & calamitatibus hujusmodi immunes hæcenus conservatæ, & aliæ etiam libertatæ fuerint: Nos ut Christi fideles prædicti celestium miserationum fructus uberius consequi mereantur, per amplius providere volentes, tam præsertim quàm alias subinde expeditas literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clausulis, & decretis ad alios duos menses proximos, videlicet Januarii, Februarii, & Martii, quibus durantibus, si omnia, & singula in præsertim literis expressa dicti Christi fideles adimpleverint, illi omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hujusmodi consequi valeant, auctoritate prædicta, tenore presentium iterum extendimus, & prorogamus.

§. 4. Quia verò ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Republicarum concessionibus, facultatibus, Indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in præsertim litteris contentas ad certas Civitates, Dioceses, Provincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus: volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut tribus mensibus per presentes prorogatis, ut præfertur elapsis, omnes, & quæcumque extensiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ hujusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint roboris, vel momeñi, nec cuiquã ulterius suffragetur.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Ut autem præfatas literas facilius omnibus innotescant, volumus ut eorundem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ eisdem ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

P Dat.

Dati Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris, die 31. Decembris 1651. Pont. nostri anno 8.

Annulatio, & suppressio praetense Congregationis Jesuitarum.

URBANS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis, cui cura vices Domini subacti ineffabili superni Patris Familias providentia concredita esse dignoscitur, sollicitudo in id praecipue incumbit, ne in agrum Domini Operarii sine delentia ingerant, sicut dissipant, confusa evellant, zizanias inferant, & adulteras in eo plantas superinducant.

Recense prohibita quae sunt novum religionum.

§. 1. Licet autem Orthodoxis Lateranensis & Lugdunensis Conciliorum generalium ordinationibus districte prohibitum esset, ne quis novae Religionis instituta auctoritatem sibi arrogare presumeret, pariterque fel. rec. Joannis XXII. virorum, & pia mem. Clementis V. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum salutaribus Constitutionibus mulierum coetus auctoritate privata, & de facto institui, tanquam exitiosi palmites damnaati & sublati fuissent.

Novae absum exivum dyuissimum.

§. 2. Et nihilominus (prout non sine gravi animi nostri molestia accepimus) in nonnullis Italiae, & Ultramontanis partibus, certae mulieres, seu virgines, Jesuitarum nomine assumpto, circa ullam Sedis Apostolicae approbationem ab aliquot annis in unum convenire solita, vitae religiosae ducenda praetextu peculiarem, & distinctum à ceteris habitum usurpassent, aedificia in Collegiorum formam redegerunt, domos Probationum excoxiscent, in eisque Superiorem, ac praetense Congregationis suae Generalem, indito Praeposita titulo, & attributis facultatibus benevisis constituerunt, in illiusque manibus Pauperatis, Castitatis, & Obedientiae vota ad instar solemnium emittere, clausuraeque legibus non adstrictae pro libitu divagari, ac specie salutis animarum promovenda, aliaque opera permulta sexus, & ingenti imbecillitati, & modestiae muliebri, ac virginali praesertim pudori minime convenientia, & qua viri sacrarum litterarum scientia, rerum usu, vitaeque innocentis spectatissimi, difficilè admodum, & nonnisi magna circumspectione adhibita aggrediuntur, attentare & exercere consueverunt.

Provisum ad obsequium dicitur abfolum.

§. 3. Nos excrecentes in agro militantis Ecclesiae vestres mature evellere satagentes, venerabili Fr. Aloysio Episc. Iricanen. nostro & Apostolice Sedis in partibus inferioris Germaniae Nuntio, & nonnullis locorum Ordinariis dedimus in mandatis, quatenus propositis gravibus periculis, & scandalis exinde resultantibus, mulieres seu virgines praefatas ex parte nostra Apostolica serio monitas à temerario incepto ad saniora consilia revocare conarentur. Vesum quia illarum Dei timore, ac nostro & Sedis Apostolicae respectu posthabito, in grave animarum suarum praerudicium, & bonorum omnium offensionem arroganti contumacia, paternis & salutaribus monitionibus nostris nedum non paruerunt, sed etiam in dies similia attentare, ac multa sanae doctrinae adversantia proferre non erubescunt.

Annulatio & suppressio dicitur abfolum.

§. 4. Nos tantam temeritatem acriori censura coercendam, & plantas istas Ecclesiae Dei noxias, ne ulterius se diffundant, radicitus evellendas & extirpandas esse decrevimus. Habita itaque cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus adversus haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis matura consultatione, de illorum unanimi consilio, & assensu, Conciliorum generalium praefatorum decretis, eorundemque praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, praetensam Congregationem mulierum, seu virginum Jesuitarum nuncupatam, illarumque sectam, & statum ab ortu sui primordio nullos, & invalidos, nulliusque roboris vel momenti fuisse, & esse, Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus. Et quia de facto proferunt, eadem auctoritate penitus & omnino suppressimus, & extingui-

mus, perpetuaeque abolitioni subiiciamus, & ab Ecclesia Dei sacrosancta funditus tollimus, delemus, & abrogamus, ac pro suppressis, extinctis, evulsis, deletis, & aboleis ab omnibus Christi fidelibus haberi, & reputari volumus & mandamus, nec mulieres & virgines huiusmodi ad votorum praefatorum observationem ullo modo teneri, aut obligari volumus. Insuper assertas Visitatrices, Redrices, & Praepositam generalem, ac alias quascunque Congregationis, & sectae huiusmodi officiales quocumque nomine appellatas, officio & muneribus suis de facto usurpatis omnino privatas esse, & fore decernimus pariter & declaramus, & quatenus opus sit, privamus, illasque ab eisdem officiis, & muneribus omnino amovemus, easque omnes & singulas mulieres seu virgines, quae voti seu cuiuscumque alterius vinculi, promissionis, vel cuiusvis causae praetextu ad aliquam obedientiam se obligatas putarent, ab ea, & quocumque vinculo & promissione huiusmodi, etiam exata & iurata absolvi-mus, & totaliter liberamus.

§. 5. Ad haec mulieribus seu virginibus, & assertis earum Superioribus praefato, & quocumque alio nomine nuncupatis, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis majoris poena ipso facto incurrenda, à qua non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constituta absolvi possunt, praecipimus, & mandamus, ut extra huiusmodi Collegia, vel domus, ubi haecenus habitaverunt, aliae ab aliis seorsum degant, nec insimul ad aliquod spirituale, vel temporale consultandum, seu peragendum, aut de eo quovis modo tractandum conveniant, susceptum per eas de facto, ut praefertur habitum statim deponant, nec illum amplius reassumant, minusque alias virgines seu mulieres ad illum admittant, vel recipiant, nec ulli earum ad haec consilium, auxilium, vel favorem, directe vel indirecte, aut aliis quomodolibet praestent, vel pro religio-sis, seu praetense Congregationis, aut sectae huiusmodi sequacibus ullo modo se gerant, mulieres etiam ac virgines, quae eo animo vota, licet de facto, ut praefertur, emisserunt; ut in illo statu ab Apostolica Sede reprobato ea emissura non fuissent, usque conditione sub qua tacite voverunt non impleta, à votorum huiusmodi obligatione omnino solutas & liberatas esse declaramus. Quae autem in quemcumque eventum voverere voluerunt, cum earum vota sint simplicia honeste vivere, seorsum tamen ab aliis huius reprobati status ac praetense Congregationis seu sectae, & ab omnibus supra prohibitis abstinentes, in saeculo poterunt sub Ordinarii obedientia, & cum usu, non dominio bonorum, sed tantum cum facultate, quam illis misericorditer concedimus, de iis in vita, & in morte ad usus pios disponendi, ab interfecto etiam ad eos devolvendis qui paupertatis voto ab his mulieribus non emisso, illis successuri fuissent. Et in eventum in quem aliquae ex mulieribus, seu virginibus praefatis ad conjugalem statum transire voluerint, eis permittimus ut matrimonium servatis aliis servandis contrahere possint, eisque Apostolicam benedictionem, & quatenus opus sit, cum omnium votorum de facto, ut praefertur, emissorum relaxatione impartimur. Quoniam verò secundum Apostolum qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit melius facit, eadem mulieres, & virgines per viscera misericordiae Christi, quo possumus paternae charitatis affectu monemus, & in Domino hortamur attentè, ut de siderii quo se regularis vitae duocunda teneri ostenderunt memores, tollant jugum Domini super se, & abnegantes semetipsas & saecularia desideria approbatam ab eadem S. Sede aliquem saecularium Ordinem quantocitius ingrediantur, inibique fidei & pia promissione vota voveant Deo Jacob, & innocentes manibus, & mundò corde, in assiduo spiritualium operum exercitio superadificantes exhibeant se illustriorem gregis Christi portionem, lampadesque suas flammae charitatis succensas prudenter aptent sponso caelesti obviam ituræ!

§. 6. Decernentes praesentes literas, omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo quod praetense Congregationis, vel sectae mulieres, aut virgines huiusmodi, vel alii quicumque in praemissis, seu eorum aliquo inter- esse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, eis nullatenus

Paru- omni- & pro- huius- modi

Idem- & ceteris- huius- modi

Idem- & ceteris- huius- modi

Idem- & ceteris- huius- modi

URBANUS OCTAVUS.

171

nullatenus commiserint, nec ad ea vocate & audite, seu vocari, & audiri, minusque causæ propter quas eadem presentes emanarint, adductæ, verificate, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostre, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se jovare in iudicio vel extra posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, ac aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendis, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca venerabilibus fratribus, ac dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis, necnon Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis ubilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque presentes nostræ literæ ad eorum & cujuslibet eorum notitiam quoquo modo pervenerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcumque debite executioni demandent, & demandari procurent per se, vel alium, seu alios, prout in Domino judicaverint expedire. Contradictores quolibet & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni & quacumque appellatione, recurso, & reclamatione remotis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus, quatenus opus sit, recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duobus dietis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. 8. Ut autem presentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætere possit, volumus passim & mandamus, quod eadem presentes per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranens. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ, post duos menses à die publicationis computandos omnes, & singulos quos concernunt, perinde afficiant & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 9. Quodque illorum transumptis impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ Bullar. Mag. Tom. IV.

munitis, & manu aliorum Notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel offensa.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, subjectionis, ablationis, deletionis, abrogationis, decretorum, privationis, amotionis, absolutionis, liberationis, præcepti, declarationum, permissionis, impartitionis, monitionis, horationis, voluntatum, & mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1630. Idibus Januarii, Pont. nostri anno octavo.

In Dei nomine Amen. Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1631. die vero 21. mensis Maii, indictionis 14. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divini providentia Papa Octavi, anno ejus octavo, suprascripta littera Apostolica publicata, & affixa fuerunt, ac dimissa copia ad Basilicam Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, necnon Principis Apostolorum Urbis, & in Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Floræ, ut nunc est, per me Augustinum de Bolis Romanum, S. D. N. Papa Curatorem.

Matthias Spada Magister Curf.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi, de qua supra const. 109. ad alios duos menses, scilicet Aprilis, & Maii 1631. cum Indulto, ut qui dictam Indulgentiam consecuti jam sunt, illam denuò consequi valeant, & Decreto, ut dictis duobus mensibus elapsis, Indulgentiæ hujusmodi per S. D. N. concessæ ad certum tempus, eo ipso expirent.

CXII.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Alias à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentiis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano.

Omittitur residuum hujus Constitutionis, quia habes supra.

§. 1. Et subinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adjacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præsertim literas nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium, cum omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad universos utriusque sexus Christi fideles, sæculares, & regulares, tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab iisdem Ordinariis approbatos, seu approbandos, spatio trium similiter mensium à die publicationis literarum desuper expeditarum inchoandorum durante, Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessariis concessionibus, facultates, & indulta prædicta, cum clausulis, & decretis hujusmodi communicavimus, & postmodum tam præsertim, quàm alias subinde expeditas literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clausulis, & decretis ad Octobris, Novembris, & Decembris, ac demùm Januarii, & Februarii proximè præteritos, ac præsentem Martii mensis extendimus pariter, & prorogavimus, prout in aliis nostris, sub die 17. Julii, necnon sub die 25. Septembris, ac sub die 26. Decembris proximè præteritorum desuper in simili forma Brevis expeditis litteris, quarum omnium tenores etiam presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Recuset ex- sensu alius factum.

*Novo extra-
fo, de qua in
rub.*

§. 2. Cum autem per abundantiam Divinae misericordiae Alma Urbs nostra, ac multae aliae Civitates, & Provinciae non solum S. R. E. verum etiam aliarum ditionum & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis praedictis existentium, a periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes haecenus conservatae, & aliae etiam liberatae fuerint, Nos ut Christi fideles praedicti caelestium misericordiam fructus uberius consequi mereantur, per amplius providere volentes, tam praesentibus, quam alias subinde expeditas literas praedictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentiis, clausulis, & decretis, ad alios duos menses proximos, videlicet Aprilis, & Maii, quibus durantibus si omnia, & singula in praesentibus literis expressa dicti Christi fideles adimpleverint, illi omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones praedictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis huiusmodi consequi valeant, auctoritate praedicta, tenore praesentium iterum extendimus, & prorogamus.

*Paratum de-
nuo, ut sequi-
di pro, ut
alia fuerint
consecuti.*

§. 3. Necnon illi qui eandem praesentiarum literarum, illarumve extensionum, ut supra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remissiones praedictas consecuti jam sunt, si omnia, & singula in praesentibus literis huiusmodi contenta, & expressa duobus mensibus per praesentes prorogatis durantibus denud adimpleverint, ut eandem omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis praedictis iterum consequi valeant, auctoritate, & tenore praedictis concedimus.

*Intendit
aliam in-
dulgentiarum
clausula
no.*

§. 4. Quia vero ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum concessionem, facultatem, indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in praesentibus literis contentas ad certas Civitates, Dioeceses, Provincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus, volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut duobus mensibus per praesentes prorogatis, ut praesertur elapsis, omnes, & quaecumque extensiones, & ampliationes gratiarum per Nos factae huiusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint roboris, vel momenti, nec cuiquam ulterius suffragentur.

*Derogatio ob-
servantiam,
Fides tran-
sumptorum.*

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentes literae facilius omnibus innotescant, volumus ut eandem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Dat. P. An. 8.
die 22. Martii.*

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 22. Martii 1631. Pont. nostri anno 8.

*Sequitur prorogatio ad alios tres menses, etiam ut
pro felici statu Religionis Catholicae in Germania
oretur.*

Edita An. D. 1631. **URBANUS PAPA VIII.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Alias à Nobis emanarunt literae tenoris subsequen-
tis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano.

*Reversus ex-
cruciatum alias
fidelis.*

Omittitur tenor, quia habes supra.
§. 1. Et subinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adjacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter potestatis inclinatis, praesentibus literis nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium, cum omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad universos utriusque sexus Christi fideles, seculares, & regulares, tunc temporis in Italia, & Insulis praedictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab eisdem Ordinariis approbatos, seu appro-

bandos, spatio trium similiter mensium, & de publicatione literarum desuper expeditarum Inchoandorum durante, Apostolica auctoritate extendimus, praedictisque Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessariis concessionem, facultatem, & indulta praedicta, cum clausulis, & decretis huiusmodi communicavimus, & postmodum tam praesentibus, quam alias subinde expeditas literas praedictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clausulis, & decretis pluries & novissime ad praesentem mensem Maii extendimus pariter, & prorogavimus, prout in diversis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores etiam praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

*Novo tenore
cum sub-
tate dicitur
consequens
adimpletus
ut in rub.*

§. 2. Cum autem per abundantiam Divinae misericordiae Alma Urbs nostra, ac multae aliae Civitates, & Provinciae non solum S. R. E. verum etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis praedictis existentium, a periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes haecenus conservatae, & aliae etiam liberatae fuerint: Nos ut Christi fideles praedicti caelestium misericordiarum fructus uberius consequi mereantur, per amplius providere volentes, tam praesentibus, quam alias subinde expeditas literas praedictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clausulis, & decretis, ad tres menses proximos, videlicet Junii, Julii, & Augusti, quibus durantibus, si omnia, & singula in praesentibus literis expressa dicti Christi fideles adimpleverint, ac etiam pro felici statu Religionis Catholicae in Germania devote, ut praesertur, oraverint, illi omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones praedictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis huiusmodi consequi valeant, auctoritate praedicta, tenore praesentium iterum extendimus, & prorogamus. Necnon illi, qui eandem praesentiarum literarum, illarumve extensionum, ut supra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remissiones praedictas consecuti jam sunt, si omnia, & singula in praesentibus literis huiusmodi contenta, & expressa tribus mensibus per praesentes prorogatis durantibus denud adimpleverint, ac etiam pro felici statu Religionis Catholicae in Germania devote, ut praesertur, oraverint, ut eandem omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis praedictis iterum consequi valeant, auctoritate, & tenore praedictis concedimus.

*Derogatio ob-
servantiam,
Fides tran-
sumptorum.*

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentes literae facilius omnibus innotescant, volumus ut eandem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Dat. P. An. 8.
die 29. Maii.*

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 29. Maii 1631. Pont. nostri anno 8.

Declaratio facultatum transferendi, & reservandi pensiones Beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum. CVIII.

URBANUS EPISCOPUS, *Edita An. D. 1631.*
Servum Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator

Cum S. R. E. Cardinales, qui circa universalis Ecclesiae regimen Nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore existentibus assistentes, & in partem sollicitudinis vocati, graves, & continuos labores, ac non mediocres impensas in obeundo munere suo sustinere coguntur, specialem prerogativa, maxime ob eminentiam dignitatis à Sede Apostolica deceat honorari, plerumque vero contingat dubitari, an in facultatibus, indultis, & privilegiis transferendi pensiones, quae à Sede Apostolica personis beneemeritis quandoque concedi solent, intelligantur

URBANUS OCTAVUS

173

intelligatur comprehensi Cardinales beneficia pensio-
nibus obnoxia obtinentes.

Declaratio
ad hunc
modum
de beneficiis
per
L. Cardin.

§. 1. Nos omnem ambiguitatis nodum præcidere, &
indemnitati eorundem Cardinalium consulere volentes,
Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione
nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine hac no-
stra perpetuò valitara constitutione decernimus, & de-
claramus, omnia, & singula indulta, privilegia, & facul-
tates transferendi, vel mediante cassatione antiquarum
de novo reservandi quascumque pensiones super quibus-
vis beneficiis Ecclesiasticis, etiam speciali nota dignis,
quibusvis personis, etiam S. R. E. Cardinalibus antea assi-
gnatas, vel pro tempore assignandas, per Nos, & quos-
cumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam
iteratis vicibus, ac cum quibusvis clausulis, etiam dero-
gatoriarum derogatoriis, ac irritantibus & aliis decretis
hactenus concessa, & in futurum concedenda, non tamen
executioni mediante translatione, seu cassatione, & nova
reservatione hujusmodi pro tota quantitate concessa de-
mandata, pro ea quantitate pro qua translatio, seu nova
reservatio hujusmodi tempore datæ presentium actu
facta necdum fuerit, nullo modo se extendere debere ad
pensionem reservatam, seu pro tempore reservatam, super be-
neficiis, quæ tempore concessionis, facultatum, & indul-
torum, ac privilegiorum prædictorum obtinebantur, vel
obtinere contingerit per Cardinales, aut alios, qui et tunc
temporis tales non essent, postea ad Cardinalatus digni-
tatem assumantur, dummodo tamen translationis, seu cas-
sationis, & novæ reservationis pensionum hujusmodi ad-
huc per eosdem obtinerentur, nisi in eisdem facultatibus,
indultis, & privilegiis specialis, & expressa eorundem
Cardinalium beneficia prædicta obtinentium, vel indivi-
dua de corpore ipsorum beneficiorum mentio facta fue-
rit, aut eorum qui tempore concessionis facultatum, in-
dultorum, & privilegiorum prædictorum beneficia obti-
nerent, expressus ad hoc accesserit assensus.

Exemptio d.
Larationis.

§. 2. Et insuper statuimus, & ordinamus indulta, privi-
legia, & facultates transferendi vel cassandi, & de novo
reservandi pensiones, quæ aliis vigore quoruscumque
privilegiorum translatæ, vel de novo reservatæ fuerint,
etiam si in dictis facultatibus, indultis, & privilegiis in-
serta sit clausula, etiam alias translatæ, non efficere bene-
ficia, quæ prædicti Cardinales tempore iterandæ transla-
tionis, seu cassationis, & novæ reservationis hujusmodi
pensionum obtinebant, licet tempore concessionis eorundem
indultorum, privilegiorum, & facultatum ab eis, vel
aliis Cardinalatus honore minimè fulgen. obtinerentur,
ad effectum ut pensiones hujusmodi de cætero ulterius
transferri, seu de novo reservari queant, nisi illud in fa-
cultatibus, indultis, & privilegiis hujusmodi de prædictis
Cardinalibus expressè disponatur, vel ipsi ad id præstite-
rint assensum, aut individua, & specialis fiat mentio de
corpore beneficii, super quo impositas pensiones transfe-
rendæ facultates, indulta, & privilegia fuerint concessa.

Delegatio in-
venerunt.

§. 3. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscum-
que Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam Cameræ
Apostolicæ Clericos, Præsidentes, necnon causarum Pa-
latii Apostolici, & Curie ejusdem Cameræ generales
Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, &
alios Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & de-
finiri, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet
quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate, ac irritum, & inane quicquid secus super
his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari, etiam decernimus.

Delegatio
interdictionum.

§. 4. Non obstantibus indultis, privilegiis, & facul-
tatis, aliisque præmissis, necnon constitutionibus, & ordi-
nationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibus-
cumque.

Deceptio-
nem fides.

§. 5. Volumus autem, quod presentium exemplis, etiam
impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo ali-
cujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mu-
nitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis
presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pen-
alis.

§. 6. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ declarationis, statuti, ord nationis, decreto-
rum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario con-
trahere. Si quis autem hoc attentate præsumpserit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Bullar. Mag. Tom. I V.

traire. Si quis autem hoc attentate præsumpserit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ
1631. Kal. Aprilis, Pont. Nostri Anno 6.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1631. Indict. 14.
die vero 11. mensis Aprilis, Pontif. auctem Sanctiss. in Christo
Patri, & D. N. D. Urbani divina providentiâ Papa VIII.
anno ejus 8. supradicta littera Apostolica affixa, & publicata
fuerunt ad Cancellariam Apostolicam, in aie Campi Floræ,
ac aliis locis solitis & consuetis Urbis, per mo Augustinum
de Bolis Apostolicum Curf.

M. Michi Spada Mag. Curf.

Dat. P. An. 6.
die 11. Apr.
Publicatio
die 11. Apr.

Contra Astrologos Judicarios, qui de statu Rei-
publicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu
vita Romani Pontificis, aut ejus consanguineo-
rum judicia facere, necnon eos qui illos
desuper consulere præsumpserint, cum inno-
vatione similis constitutionis Sixti V.

CXIV.

Hanc Sixti V. const. vide sup. tom. 2. const. 17. Cæli,
& c. ubi alia indicata reperies.

URBANUS EPISCOPUS, Edita An. D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1631.

Inscrutabilis Judiciorum Dei altitudo non patitur ut
humanus intellectus tenebroso corporis carcere con-
strictus, super astra se extollens, arcana in sinu Divino re-
condita, & ipsis beatissimis Spiritibus ignota, nefaria cu-
riositate, non solum explorare, sed etiam tanquam explo-
rata in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, &
Principum periculum arroganti & pernicioso exemplo
venditare præsumat.

Præsumptio

§. 1. Hinc est, ut quamvis civilibus, canonicisque san-
ctionibus, ac novissimè fel. rec. Sixti Papæ V. prædecesso-
ris nostri Constitutione desuper edita Astrologorum,
Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum qui even-
tura divinare, seu prædicere audent, quosque uti homici-
das, & maleficos antiquitas æstimavit, illorum potissi-
mum, qui de summa Reipublicæ, vel Principis salute judi-
cia ferre præsumerent, ars, professio, sive exercitium gra-
vibus penis inhibita esse noscantur: Attamen, sicut ac-
cepimus, nonnulli iniquitatis filii propriæ pusillitatis
obliti, ac lenitate forsitan, vel conniventia audientiores fa-
cti, vanamque fatidicorum æstimationem aucupantes, in
deplorandam animarum suarum perditionem, gravèque
Christi fidelium scandalum, etiam de Reipublicæ, & Prin-
cipum incolumitate, illis sollicitudinem, hominibus verò
inquietis rerum novandarum occasionem ea ratione in-
ferre satagentes, prognostica & prædictiones verbo, vel
etiam scripto edere non erubescunt.

Causa hujus
confis.

§. 2. Nos itaque perniciosi hujusmodi ausibus quan-
tum nobis ex alto conceditur, obviam ire, ac quos Dei
respectus in officio non continet, pœnarum gravitate
& severioris disciplinæ stræna coercere volentes, Motu
proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione
nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Consti-
tutionem per præfatum Sixtum prædecessorem desu-
per, ut præfertur, editam Apostolica auctoritate tenore
presentium perpetuò approbamus, confirmamus, &
innovamus.

Innovatio
confis. Sixti V.

§. 3. Et insuper omnibus, & quibuscumque Laicis
cujuscumque sexus, conditionis, status, gradus, qualita-
tis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis exi-
stentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis
Apostolicæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis
pro tempore existentis, ejusque usque ad tertium gradum
inclusivè consanguineorum Mathematicos, Ariolos,
Auspices, Vaticinatoresve nuncupatos, vel alios Astro-
logiam judicariam exercentes, seu alijs quomodolibet
profites de cætero consuluerint, sive desuper eorum ju-
dicia, prognostica, prædictiones, seu præcognitiones etiam
sibi

Contradictio-
nes, & con-
trarietas
laicorum per-
na.

P 3 sibi

sibi oblati receperint, illiſve quomodolibet uti fuerint, vel illas penes ſe ſcienter retinuerint, aut alicui ostenderit, necnon iſdem Mathematicis, Arithmetiſ, Aſtronicis, Medicis, Veterinariis, ſive aliis Aſtologiis, Iudicialibus, ſeu quolibet artem divinatoriam quomodolibet proſtrentibus, qui Iudicia, Prognostica, ſeu præcognitiones, & prædictiones ſuper præmiſſis, etiam ſi id non certo ſe affirmare proſtentur, fecerint, ſive à ſe, vel ab aliis jam facta, ſeu factas impoſerunt penes ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint, ſeu ostenderit, aut de eis quovis modo, etiam improbando, ſcripto vel verbis tractaverint, necnon excommunicationis majoris late ſententiæ, ſed etiam uti læſæ Maieſtatis reus, ultimi ſupplicii, ac conſiſcationis omnium honorum ſuorum, etiam Romanæ Curie officiorum, ac devolutionis quarumcumque Civitatum, Caſtrorum, & locorum Iurisdictionalium, & ſecularium.

Pena Clericorum quorum quilibet quomodolibet

§.4. Clericis quoque, & presbyteris, aliisque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani, aliisque quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subjectis, Regularibus utriusque sexus, ultra prædicta, etiam privationis beneficiorum, & dignitatum, ac officiorum Ecclesiasticorum, etiam Monasteriorum, Prioratum, & præceptoriarum, ac aliorum quorumcumque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa impoſerunt, necnon degradationis Curie seculari tradantur puniende, in Episcopali verò, Archiepiscopali, Metropolitana, Prælatiali, Patriarchali, aut quacumque, alia etiam superiori, Ecclesiastica, vel mundana, quantumvis sublimi, excellenti, & speciali nota digna, etiam suprema constitutis dignitate, eisdem excommunicationis, ac privationis etiam regimini, & administrationis Ecclesiasticarum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, & dignitatum quantumvis amplissimarum, & Patriarchali majorum, ac officiorum suorum, & inhabilitatis pœnas ipsi facto incurrendas, Apostolica auctoritate tenore præsentium infligimus, & imponimus.

Judicium de personis, tam in Urbem quam extra

§.5. Cognitionem autem causarum hujusmodi quoad personas Ecclesiasticas, tam seculares, quam regulares, in Urbe nostra, & illius districto, ad dilectos filios nostrum in eis Vicarium in spiritualibus generalem, necnon ejusdem Urbis Gubernatorem, ac causarum Curie Camere Apostolicæ Auditorem generalem, & eorum quemlibet in solidum, extra verò Urbem, & districtum prædictum in Provinciis Nobis & Apostolicæ Sedi subjectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Provinciis de latere Legatos, & Prolegatos, ac Præsides in dignitate Ecclesiastica constitutos pro tempore existentes, in aliis verò omnibus, & singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Castris, & locis, tam sub nostra, & dictæ Sedis, quam cujusvis alterius Principis ditione comprehensis, privativè quoad omnes, etiam Superiores Religioſorum, ipsique Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum, ubilibet verò locorum etiam ad hæreticæ pravitatis Inquisitores spectare volumus.

Demanda cognoscere causas hujusmodi

§.6. Mandantes dilectis filiis nostris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præsibus prædictis nunc, & pro tempore existentibus, necnon venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, singulis videlicet in suis Civitate, & Diocesi, & quoad loca intra fines alicujus Diocesis, non tamen de Diocesi existentia, ipsarum Diocesium, intra quarum fines eadem loca extiterint, quo verò ad ea que extra fines alicujus Diocesis consistunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinariis, ac etiam Inquisitoribus prædictis, quatenus ad instantiam cujusvis Fisci, vel denunciatoris, ac etiam ex eorum officio causarum hujusmodi cognitiones suscipientes, prævia etiam avocatione à quibusvis aliis supra non expressis, nec à Nobis specialiter delegatis in causis ipsis modo præmiſſo procedant omnibus juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam auxilio brachii secularis.

Inhibito, & pena contra

§.7. Inhibentes insuper Decanis, & Capitulis Ecclesiasticis Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarcha-

rum, necnon quatenus Ordinariis, & locorum Regularium, Societatum, & Institutorum, ac etiam Hospitalis prædictorum Superioribus, Conventibus, & Fratribus quantumvis exemptis, ne sub privationis beneficiorum, & officiorum quorumcumque per eos respectivè obtentorum, ac similiter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, necnon excommunicationis late sententiæ eo ipso incurrendis pœnis Ordinarios locorum, necnon Legatos, seu Vicelegatos, aliosque prædictos in causis hujusmodi procedentes quoquo modo impedire, molestare, seu perturbare audeant, vel præsumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requisiti Religioſos ipsos, etiam si alicujus loci regularis Superiores non fuerint, Ordinarios, Legatos, seu Vicelegatos, ad alia prædicta, seu quibus idem mandaverint, consignent eam scripturis, & actis, si que facta fuisse reperiantur.

inhibentes, vel non de aliis prædictis

§.8. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoscumque Judices ordinarios, delegatos, & Commissarios, ac etiam Camera Apostolicæ Clericos, Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolicæ Curie ejusdem Camere generales Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & definituri debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Decretum titans

§.9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon nostra in numero septuagesima, & aliis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac Provincialium, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam S. Joannis prædictorum, aliorumque Religioſorum, & piorum locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & Militiis prædictis, & aliis piis locis, ac illorum Universitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Commissarius derogans

§.10. Volumus autem, quod præsentis literæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tam in stata nostro temporali, quam extra eum, ubique locorum perinde ardeant, & afficiant, ac si unicusque nominatim, & personaliter intimatæ fuisset.

Publicatio in Urbe ante ordines

§.11. Quodque eorum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transmissum fieri

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, insidionis, impositionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio penalis

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1631. pridie Kal. Aprilis, Pont. nostri anno 8.

Das. P. An. die 1. Apr. anno 8.

In Dei nomine Amen. Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo trigésimo primo, die vero...

Martinus Spada Magister Cur.

CV. Super Professionibus per Regulares emissis, non facto in locis designatis Novitiatu.

Novissime à sacra Tridentini Concilii Congregatione editum fuit Decretum quoad Novitios receptos, & professos contra formam Decretorum editorum à Clemente VIII. & innovatorum à S. D. N. Urbano VIII. quod uti necessarium, ac huic confit. valde consonans, hic subinserere opportunum censui.

Const. verd Clem. VIII. habes sup. tom. 3. num. 60. Nullus omnino, & const. S. D. N. Urbani VIII. habes sup. tom. 4. num. 26. Sacra Congregatio. Qui etiam declaravit, quod Regulares, qui ultra vota solita, etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quancumque eorum translationem, seu habitus privationem, aut dimissionem, à voto huiusmodi nullatenus liberantur, in Const. 30. Cum scit, hic infra ubi alia de Regularibus indicabo.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Religiosos viros, qui spretis huius seculi vanitatibus, divini Numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo se se manciparunt, pastoralis benignitate complectimur: utque in vocatione, qua vocavit eos Dominus permanent, juxta creditum Nobis Apostolicæ servitutis munus sedulo intendimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensis studiis intendimus, prout ad Dei laudem, Catholicæque Ecclesiæ decus, & exaltationem conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, quampures Ordinum, Congregationum, Institutorum regularium professores ad habitum regularem recepti, probationis annum in Monasteriis, seu Domibus regularibus ad id designatis, vel ab Apostolica Sede approbatis minimè fecerint, proindeque juxta Constitutionem sel. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri desuper editam, professio per eos subinde emissa invalida existat.

§. 2. Nos Religiosos prædictos ex hujus sanctæ Sedis benignitate specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Venerabilibus fratribus nostris Scipioni Episcopo Sabinen. Cardinali Barghesio nuncupato, majori Pœnitentiario, vel Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque Ordinariis locorum, in quibus eorundem Religiosorum Monasteria, Domus, seu Conventus, aliave regularia loca consistunt, sive ipsorum Religiosorum Præfatis, vel Superioribus generalibus per præsentem committimus, & mandamus, quatenus omnes & singulos Religiosos prædictos, qui ad habitum regularem aliàs canonicè re-

cepti annum probationis in Monasteriis, seu Domibus regularibus ad id designatis minimè fecerint, subindeque professionem nihilominus emiserunt, ad professionem denud, servatis aliis servandis emittendam, quæ sic emissa illis, & eorum cuilibet, tam in foro interiori, quam exteriori suffragari debeat, absque novo probationis anno, ex speciali hujus sanctæ Sedis benignitate, auctoritate nostra Apostolica recipiant, & admittant.

§. 3. Eisdemque, postquam professionem denud, ut præfertur, emiserint, ad omnes gradus, honores, dignitates, præeminencias, atque habilitates, quas si ab interdictis valide professi essent, legitime obtinerent, eadem auctoritate restituant, ac testitos eo ipso esse, & ceteri declarent, ita ut habeant eundem locum, sessionem, & votum, prout haberent, si priores professiones validæ fuissent: & nondum promoti, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, servatis aliis servandis, promoveri: & tam ipsi, quam alii ad eosdem ordines jam ritè promoti in susceptis ordinibus huiusmodi, etiam in altaris ministerio ministerare libere & licitè valeant: necnon omnes actus, sive contractus, quos contraxerunt, & legitime contraxissent, vel cum laicis, vel cum aliis Monasteriis, seu alceris Religiosis viris, si nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, nisi ex eo solum, quia initi aut contracti sunt invalide ab iis, qui contra dictam Constitutionem in Domibus non designatis, sive ab eadem Sede non approbatis professi sunt, auctoritate nostra prædicta confirmet, & approbet, ac validos omnino declarent. Super quibus omnibus, & singulis plenam & amplam facultatem dicta auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impartimur.

§. 4. Decernentes præsentem literas, & in eis contentas, atque illarum vigore in præmissis faciendæ, & exequendæ quæcumque, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: eosque præmissorum occasione, vel prætextu quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, nec debere.

§. 5. Sicque, & non aliter ab omnibus ceteri, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, dicatæque Sedis Nuntios, in quavis causa, & instantia, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac præfata Clementis prædecessoris, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinum, Congregationum, & Institutorum huiusmodi, & quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan. aliisque decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servandæ foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Cæterum similibus in posterum consultum esse volentes

Et eos ad forum Ordinum suscipiendos, ac alias dignitates, & officia religionum recipiant.

Clausulas præfati-væ apponit

Aliis judicari prohibet

Contrariis derogat

Superioribus subditis per hoc serare facili conit. Clem. VIII.

Religiosos viros, qui spretis huius seculi vanitatibus, divini Numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo se se manciparunt, pastoralis benignitate complectimur: utque in vocatione, qua vocavit eos Dominus permanent, juxta creditum Nobis Apostolicæ servitutis munus sedulo intendimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensis studiis intendimus, prout ad Dei laudem, Catholicæque Ecclesiæ decus, & exaltationem conspicimus in Domino salubriter expedire.

volentes, dilectis filiis Ordinibus, Congregationum, & Institutum hujusmodi Superioribus generalibus, quocumque nomine censeantur, ac Procuratoribus etiam generalibus per presentes districtè precipimus, & mandamus, quatenus statim vifis presentibus, loca, Monasteria, vel conventus, in quibus Novitii probationis annum agent, & alia que dictis Clemens prædecessor super hac re observari iussit, observentur, designari, sive confirmari omnino curent, & faciant.

Exemplis 179 di mandas.

§. 2. Ut autem presentium notitia ad omnes facilis perveniat, volumus ut illarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii publici subscriptis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 8 die 1. Aprilis

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1631. Pont. nostri anno 8.

Sequitur Decretum editum à Sacra Tridentini Concilii Congregatione, quoad Novitios receptos, & professos contra formam Decretorum.

SANCTISSIMUS D. N. URBANUS Divina Providentia Papa Octavus.

AD occurrendum moribus, qui possent in Religionibus oriri occasione receptionis Novitiorum, & professionis per eos emissæ in Conventibus non designatis, contra formam decretorum sanctæ mem. Clementis VIII. de Novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conventibus designatis: audita super hoc sententia Sacra Congregationis Concilii declaravit, ac decrevit hujusmodi receptos, & professos contra formam dictorum decretorum, allegantes propterea nullitatem receptionis, & professionis, non posse super hujusmodi nullitate post lapsum quinquennii quoquo modo audiri.

Quod si alii qui contra formam præfatorum Decretorum recepti, & professi, à Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam respectivo illos ejicere voluerint, eadem Sanctitas sua decrevit, ut tam ipsi professi, quàm Superiores respectivo teneantur iura, qua sibi favore vasa fuerint, prius deducere coram eadem Sacra Congregatione, qua ex speciali oriam sua Sanctitatis facultate super hoc concessa providabit. Inhibentes propterea Primatibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbasibus, & Prelatis inferioribus jurisdictionem exercentibus, ac quibuscumque Iudicibus ordinariis, & delegatis, etiam causarum Palatii Apostolici Auditoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sedisque Apost. Nuntiis, ne in posterum in hoc quoquo modo se ingerant absque speciali ejusdem Sanctitatis commissione, sub pena ipso facto incurrenda quoad Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Primates, interdelli ab ingressu Ecclesiæ: quoad Abbates, Prelatos inferiores, ac alios Iudices prædictos, excommunicationis lata sententia: quo ve ad Nuntios, & ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, indignationis sua Sanctitatis, & punarum arbitrio ejusdem pontificis.

Si vero iidem, ut supra recepti, & professi, juribus suis minime deducatis coram Sacra Congregatione Concilii, & sine illius expressa licentia à Religione exire, vel Superiores Religionis eos ejicere ausi fuerint, ipsi recepti, & professi, tanquam apostata puniantur, & pro talibus habeantur: necnon contra eosdem juxta formam decreti de Regularibus apostatis, & ejusdem Sanctitatis sua iussu ab eadem Sacra Congregatione sub die 21. Septembris 1634. editi procedatur: & Superiores, qui ejecerint, penam suspensionis à Divinis, necnon privationis omnium officiorum, qua tunc obtinebant, ac perpetua inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, vocisque activa, & passiva ipso facto absque alia declaratione incurrant. Datum Romæ die 5. Januarii 1636.

F. Card. Verospius.

Franciscus Paulinus S. C. C. Secret.

Revocatio licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

CXVI

Similem const. habes sup. Greg. XV. 40. ubi vide adnotata.

URBANUS PAPA VIII. Edicta An. 1631. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, Divina providentia commissum postulat, ut ad ea vigilantia nostræ partes propensius intendamus, per quæ Religio Catholica, ubi divina gratia illæsa viget, conservetur, & ubi restitutione indiget, reparetur.

§. 1. Quapropter, cum librorum prohibitorum lectio magno sincere fidel cultoribus detrimento esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessiva sit hujusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos, ut huic malo maturè occurratur, & imposterum quàm cautissimè licentiæ hujusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus, providere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentiæ legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspensionem, seu per constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ judicariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm regularibus cujuscumque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacumque dignitate, etiam ecclesiastica fulgentibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, præminentia, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per literas Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque causa, tam in forma Brevis, quàm aliter quomodocumque à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu à quibuscumque aliis à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen à Nobismetipsis per literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, seu Chirographum manu nostræ signatum, concessas, earum tenores presentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuè valitura constitutione revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari volumus.

§. 2. Quinimò libros per licentiæ hujusmodi permisos legentes, aut habentes, penas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

§. 3. Decernentes, ut præsentis literæ postquam valvæ Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in scie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos citra montes, ultra verò montes, infra quatuor menses ex tunc proximos, omnes, & singulos ad quos spectat, ardeant, & ardeant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent, quodque dictis duobus, & respectu à quatuor mensibus durantibus, ii qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantocitius comburere debeant, deferre; quique aliquos similes libros prohibitos habere sciverint, eos denuntiare teneantur, neque de cætero similes licentiæ nisi à congregatione sancti Officii, dum singulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab aliis per Nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis concedantur.

§. 4. Ac quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscat. die 2. Aprilis 1631. Pontif. nostri anno 8.

Dio

URBANUS OCTAVUS.

177

Die, & anno supradictis publicata fuerunt supradicta li-
tera per earum affixionem ad valvas Ecclesie Lateranensis, &
Principis Apostolorum Urbis, & Cancellaria Apostolica, ac in
ano Campi Florae, aliisque locis solitis & consuetis, ut moris est,
per me Andream Scalmanum Sanctiss. Domini Nostri Papa
Curf.

Necnon iis, qui earundem presentiarum literarum, illa-
rumve extensionum, ut supra factarum vigore Indulgen-
tias, & peccatorum remissiones predictas consecuti jam
sunt, si omnia, & singula in presentibus literis hujusmodi
contenta, & expressa tribus mensibus per presentes pro-
rogatis durantibus denuo adimpleverint, ac etiam pro fe-
lici statu Religionis Catholicae in Germania devote, ut
praefertur, oraverint, ut easdem omnes & singulas Indul-
gentias, & peccatorum remissiones, cum omnibus facul-
tatibus, gratiis, & indultis predictis iterum consequi va-
leant, auctoritate, & tenore predictis concedimus. Quia
vero ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac
Principum, & Rerumpublicarum concessionem, facultates,
Indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in praesentibus
literis contentas ad certas Civitates, Dioceses,
Provincias, & loca extra Italiam existentia ad certum
tempus extendimus, & ampliavimus: volumus, & dicta
auctoritate decernimus, ut tribus mensibus per presentes
prorogatis, ut praefertur elapsis, omnes, & quaecumque
extensiones, & ampliaciones gratiarum per Nos factae
hujusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint ro-
boris, vel momenti, nec cuiquam ulterius suffragen-
tur.

CXVII. Prorogatio Indulgentiae Plenariae in forma ju-
bilaei, de qua supra const. 109. ad alios tres
menses, scilicet Sept. Octobris, & Novem-
bris, cum Indulto, ut qui dictam Indulgen-
tiam consecuti jam sunt, illam denuo conse-
qui valeant, ac Decreto, ut eisdem tribus
mensibus elapsis, quaecumque extensiones,
& ampliaciones Indulgentiae hujusmodi per
S.D.N. ad certum tempus factae, etiam eo
ipso expirent.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper à Nobis emanant literae tenoris subsequen-
tis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Ro-
mano, &c.

§. 1. Et subinde multorum venerabilium fratrum Ar-
chiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum fi-
liorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum
Magnatum in Italia, & Insulis illi adjacentibus existen-
tium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porre-
ctis inclinati, praesertim literas nostras concessionis In-
dulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium, cum
omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, &
decretis, ad universos utriusque sexus Christi fideles sae-
culares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis
praedictis existentes, necnon Ecclesias per Ordiparios lo-
corum, seu per alios de eorum mandato designandas, &
Confessarios ab iisdem Ordinariis approbatos, seu appro-
bandos spatio trium similiter mensium à die publicatio-
nis literarum desuper expeditarum inchoandorum du-
rante, Apostolica auctoritate extendimus, praedictisque
Christi fidelibus, necnon Ecclesiis, & Confessariis con-
cessionem, facultates, & indulta praedicta, cum clausulis, &
decretis hujusmodi communicavimus, & postmodum
tam praesertim, quam alias subinde expeditas literas
praedictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis con-
cessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clausulis,
& decretis pluries, & novissime ad Junii, & Julii proxi-
me praeteritos, & praesentem Augusti menses extendimus
pariter, & prorogavimus, prout in diversis nostris desu-
per in simili forma Brevis expeditis literis, quarum om-
nium tenores etiam praesentibus pro expressis haberi vo-
lumus, plenius continetur.

§. 2. Cum autem per abundantiam Divinae misericor-
diae Alma Urbs nostra, ac multae aliae Civitates, & Pro-
vinciae non solum S. R. E. verum etiam aliarum ditio-
rum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis
praedictis existentium, à periculis, & calamitatibus hujus-
modi immunes haecenus conservatae, & aliae etiam libe-
ratae fuerint: Nos ut Christi fideles praedicti caele-
stium miserationum fructus uberius consequi mereantur,
per amplius providere volentes, tam praesertim quam
alias subinde expeditas literas praedictas, cum omnibus,
& singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus,
indultis, indulgentiis, clausulis, & decretis ad tres men-
ses proximos, videlicet Septembris, Octobris, & Novem-
bris, quibus durantibus, si omnia, & singula in praesentibus
literis expressa dicti Christi fideles adimpleverint, ac
etiam pro felici statu Religionis Catholicae in Germania
devote, ut praefertur, oraverint, illi omnes & singu-
las indulgentias, & peccatorum remissiones praedi-
ctas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hu-
jusmodi consequi valeant, auctoritate praedicta, tenore
praesentium iterum extendimus, & prorogamus.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis li-
teris volumus non obstat, ceterisque contrariis quibus-
cumque. Ut autem praesentibus literis facilius omnibus in-
notescant, volumus ut earundem praesentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Eccle-
siastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides
adhibeatur, quae eisdem ipsis praesentibus adhiberetur, si
forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pis-
catoris, die 27. Augusti 1631. Pontificatus Nostri Anno
Nono.

CXVIII. Indultum pro Fratibus Reformatis Discalcea-
tis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum Hispaniae, quaerendi, petendi, & re-
cipiendi elemosynas, oblationes, & legata,
ac alia quaecumque subsidia pro Redemptio-
ne Captivorum relicta.

Vide, quae de his Fratibus indicavi tibi supra ad
Const. 3. Cum sicut.

URBANUS PAPA VIII. Edit. An. 1631.
Ad perpetuam rei memoriam.

EX incumbenti Nobis desuper Apostolicae servitutis
officio Religiosos viros divinis obsequiis, ac chari-
tatis, & misericordiae operibus, praesertim vero fidelium
Captivorum Redemptioni vacantes, pastoralis benignita-
te complectimur, utque in eorum operum exercitio
magis confoveantur, ac vota sua Domino reddere va-
leant, favoribus, & gratiis prosequimur opportunis, pro-
ut conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti fi-
lii Gabriel de Assumptione Minister Generalis, & Procura-
tor etiam Generalis Fratrum Discalceatorum nuncu-
patorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis
Captivorum Congregationis Hispaniarum, quod aliam
fel. rec. Nicolao Papae IV. praedecessori nostro pro parte
tunc existentium Procuratoris, & Fratrum Domus
S. Mariae de Mercede Captivarum Barchinonae, Ordinis
Sancti Augustini exposito, quod ipsi omnia sua
quae habebant, sollicito studio pro Captivorum Redem-
ptione reponerent, proindeque cupiebant exhiberi eis,
quae pro Redemptione Captivorum hujusmodi à Christi
fidelibus relinquiebantur: idem Nicolaus praedecessor
tunc existenti Episcopo Caesaraugustano per suos desu-
per expeditas literas sub certis modo, & forma tunc ex-
pressis, dedit in mandatis, quatenus pecunias, terras,
possessiones, & alia bona, quae generaliter Christi fide-
libus

Ad. D. 1631.
Omittitur tenor, quia habes sup.
Post re-
fines alia
su.
na oratio
faculta-
tibus con-
sueti, ad-
tando us
sh.

Delegatio
triorum, &
Fides tran-
sumptum

Dat. P. An. 9.
die 27. Aug. 1

1631.

Causa hujus
confis.

bus relinquuntur pro Redemptione hujusmodi facienda, illis dumtaxat exceptis, quæ certis & expressis personis in Captivitate detentis relicta, vel dimissa esse censerentur, Priori, & Fratribus prædictis exhiberi faceret, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, proprium, ac præcipuum Fratrum Discalceatorum prædictorum institutum sit, Christi fideles in terribili infidelium servitute detentos redimere, & quo redemptio hujusmodi copiosius, & frequentius fiat, juxta eorum Regulæ dispositionem caveatur, ut omnibus ipsius Congregationis Conventibus tercia pars omnium bonorum, & elemosynarum ad hunc effectum separaretur, facultates verò propriæ ad hujusmodi pium, Deoque maxime acceptum opus peragendum nequaquam sufficiant, ac Christi fidelium elemosynæ ad id valde opportuna existant. Nobis propterea Gabriel, & Procurator prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Facultas de quibusdam.

§. 2. Nos igitur Fratres Discalceatos prædictos in hujusmodi pils, & sanctis operibus confovere, ac specialibus favoribus, & gratis proficere volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fr. nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, & Fratribus Discalceatis prædictis nunc, & pro tempore existentibus, quod omnia, & singula elemosynas, oblationes, atque legata, tam ex testamento, quàm aliàs quomodolibet pro Redemptione Captivorum legata, & relicta, necnon alia quæcumque subsidia, in omnibus Civitatibus, Villis, & Castellis Regnorum Hispaniæ, & præcipue Aragoniæ, Navaræ, Valentis, & Cataluniæ quærere, petere, & recipere libere, & licite possint, & valeant, dummodo tamen in quærendis, & recipiendis elemosynis prædictis nihil à Fratribus Discalceatis prædictis contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini super prohibita elemosynarum quæstuatione committatur, Apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes illos super præmissis à quoquam quavis auctoritate fungentes, quovis prætextu, causa, vel occasione quoquo modo impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, nec debere.

Clausula præservativa.

§. 3. Præsentemque literas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, eisdemque Fratribus Discalceatis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, illosque earum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere.

Clausula finalis.

§. 4. Sicque ab omnibus censi, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & judicari, & definiti debere: irritumque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Excommunicationis suspensio.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in dictis Regnis constitutis, ac dilectis Filiis illorum officialibus per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Discalceatorum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illique & illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos præmissorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere. Non permittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradicere, quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Commissio a rogatio.

§. 6. Non obstante piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis

auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac prædicta Nicolai prædecessoris, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Dominus Sanctæ Mariæ Captivorum hujusmodi, & illius Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan, aliisque decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, ac specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ eisdem ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Junii 1631. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Dat. P. A. die 5. Junii 1631.

Moderatio Constitutiæ à Clemente VIII. circa distractionem Castrorum, & bonorum, etiam fideicommissariorum, pro satisfactione creditorum Baronum, & Domicellorum Status Ecclesiastici, quod non habeat locum quoad debita contracta post sex menses à die archivationis Instrumentorum, ac vinculationis bonorum.

Constitutio indicata Clem. VIII. est supra tom. 3. numero 41. Justitiæ ratio, adquam lege alia notata.

URBANVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem ea, quæ à suis Prædecessoribus, licet rationabiliter statuta, & ordinata esse reperiantur, cum justè suadent causæ, moderari, & immutare, prout ipse rerum & personarum, ac temporum qualitatibus debite consideratis, conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Aliàs siquidem fel. record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, ut Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum, ac Domicellorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditorum, tam in Urbe, ejusque districtu, quàm in universo Statu Ecclesiastico existentium creditoribus, pro facili, & expedita pecuniarum eis debitarum consecutione aliqua opportuna ratione consulere, per quandam suam constitutionem, Motu ejus proprio, sub Dat. videlicet 7. Kalend. Julii, Pontificatus sui anno quinto editam, omnibus, & quibuscumque investituris, concessionibus, donationibus, fideicommissis, primogenituris, & alienandi prohibitionibus, necnon pactis de succedendo, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus purificatis, & purifican. super Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis, & aliis bonis immobilibus per quoscumque ascenden. seu collateralibus, ac penitus extraneos, & forsan ipsos Romanos Pontifices prædecessores suos, etiam Motu simili, & Consistorialiter emanatis, & sub quibuscumque clausulis

Recensio visum mentis in corpore de illis etiam no gravat

firmis, vinculis, & utriusque quomodolibet factis, & confirmatis: quorum omnium, & singulorum tenore pro expressis haberi voluit, ad effectum ut Civitates, Terrae, Castra, Casalium, Palatia, & alia bona huiusmodi, praevius eorum pro satisfaciendis ex illorum pretio creditoribus praedictis, sub certis modo, & forma tunc expressis, subhastratione, & deliberatione, semper & perpetuo penes illorum emptores, & eorum successores libera, & exempta remaneret, ac etiam regula de non tollendo Jure quaesito plenissime, & latissime Apostolica auctoritate derogavit: & successivè mentem suam amplius declarando, Congregationi desuper instituta, necnon cuilibet ex personis ipsius Congregationis, certo etiam tunc expresso modo deputato, ultra facultates jam concessas, ut in omnibus, & singulis causis super praemissis activè, & passivè, ac aliis quovis modo inter quascumque ex supradictis, vel eorundem praemissorum occasione, etiam alias personas motis, & movendis, etiam praevia à pro tempore existente causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditore, & aliis quibuscumque Judicibus avocatione procedere, decreta facere, sententias ferre, mandata relaxare, eaque exceptioni demandare, aliaque circa praemissa necessaria, & opportuna facere summarie, manu regia, sola facti veritate inspecta, absque processu, ac tela judiciali, necnon terminorum etiam substantialium observatione, singulis diebus, praeterquam in honorem Dei feriatis, ac feriis indictis, & indicendis non obstant, ac omni, & quacumque appellacione remota, procedere liberè, & licitè posset, facultatem concessit, prout in uno, seu pluribus ejusdem praedecessoris chirographis, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus emanatis, necnon constitutione praedicta plenius continetur.

§. 2. Nos matura deliberatione praehabita providè pensantes, quàm justum, & rationabile, ac legibus consentaneum sit, ut supremæ Testatorum voluntates, contractus, investiturae, aliaque dispositiones quaecumque quantum fieri potest effectum sortiantur, & ut simpliciter, seu facilitate, qua dicti creditores bonam fidem Principum, & aliorum debitorum praedictorum sequuti sunt, exemplo praedicti Clementis praedecessoris salubri aliquo adhaerentamento consulatur, ita rationem potissimum ad hoc opportunam ineundam esse censuimus: ut inter eos qui fideicommissa, prohibitiones, pacta, primogenituras, aliaque praemissa, ac onera, & vincula prorsus ignorantes; & alios, qui illa scientes, sed fortasse nescire simulantes, nihilominus cum eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & Domicellis, eorumque successoribus supradictis remedio Constitutionis praedictae freti contrahunt, distinctio fiat: quandoquidem illi commiseratione digni, isti verò tanquam ultimas hominum voluntates eludere artificiosè satagentes, dictae Constitutionis beneficio, quo facilis ad pecunias, merces, & alia bona credendum inducuntur, indigni omnino censendi sunt. Deinde Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domicellos supradictos, qui debita quomodocumque contrahunt, ad fideicommissorum, prohibitionum, pactorum, primogeniturarum, aliorumque onerum, & vinculorum huiusmodi Instrumentorum desuper forsitan editorum, ac penes se forsitan secretè, & ad effectum personas de illis ignaras in sua nomina alliciendi retentionum manifestationem inducere volentes, ac constitutionis, & chirographorum praedictorum totos & integros tenores, etiam veriores, perinde ac si illi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes: Motu pari, non ad alicujus Nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine Constitutionem praedictam, cum inde secutis, ut praefertur, chirographis de cetero in debitis, quae ab eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque successoribus huiusmodi post sex menses à die, quo fideicommissorum, prohibitionum, pactorum, contractuum, investiturarum, primogeniturarum, aliorumque onerum, vinculorum, & dispositionum, tam haecenus institutorum, quàm imposterum perpetuis futuris temporibus instituent, Instrumenta, seu documenta

in Archivio Nostro Urbano exhibita, necnon bona in eis obstricta, vel vinculata, indicata, & in eodem Archivio descripta fuerint, computandos quovis modo, & ex quacumque causa, seu occasione imposterum contrahentur, etiam si creditores praedicti, Pupilli, Viduae, Societates, Collegia, Confraternitates & alia loca Pia quovis nomine nuncupata, & quantumvis exempta, ac etiam dictae S. R. E. Card. aut aliis quantumvis privilegiatis, & specialiter nota digni existant, & quacumque etiam Regali, Imperiali, seu alia praesulgeant dignitate, locum non habere debere, eadem Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus: ac Constitutionem praedictam cum inde secutis chirographis, in hac parte summatim, irant pro debitis post sex menses à die factae archiviacionis fideicommissorum, prohibitionum, investiturarum, contractuum, primogeniturarum, & aliorum praemissorum, ad Civitatem, Terrarum, Castrorum, Casalium, & aliorum bonorum fideicommissis, prohibitionibus, pactis, primogenituris, aliisque oneribus, & vinculis huiusmodi, ut praefertur, vel aliis quomodolibet obnoxiorum, seu tanquam talia ab eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque successoribus huiusmodi possessorum, & tentorium subhastrationem huiusmodi, ac venditionem, & pretii consignationem nullo modo deveniri possit, etiam perpetuo moderamur, corrigimus, & limitamus.

§. 3. Et nihilominus, quod si novum debitum, etiam elapsis dictis sex mensibus, archiviacionem, indicationem, & descriptionem huiusmodi subsequentes, ad effectum antiquum debitum extinguendi, reportata per novum creditorem jurium cessione creari contigerit: Constitutio praedicta, cum inde secutis chirographis, quoad novum debitum huiusmodi, prout etiam ne publica fides eludatur, quoad loca Montium, tam haecenus erecta, quàm pro tempore erigenda, etiam si illorum erectiones, quas imposterum, nisi sufficienti assignatione, & pensata qualitate, & quantitate bonorum, quatenus opus sit, cautione tam pro fructibus, quàm pro sorte principali datis, & concurrentibus urgentissimis causis, ac de consensu ad successiones, fideicommissa, & primogenituras vocatorum, & in eisdem, ac aliis praemissis quomodocumque interesse habentium consensu, ac illa pro tempore consequi, & obtinere debentium evidenti utilitate concedere nullo modo intendimus: & aliàs à Nobis, vel Successoribus Nostris Rom. Pontific. quos in eadem sententiam ituros arbitramur, per subreptionem & obreptionem emanatas, & extortas, nullas, & nullius roboris, ac momenti fore, esse & censeri, nullique suffragari posse, & debere, ac si concessae non essent, etiam decernimus, in dicto Archivio non annotatae, neque praesentatae fuerint, in omnibus, & per omnia locum habere, & servari debere: necnon quod pro omnibus, & singulis quomodocumque creatis, & undecumque provenientibus debitis, eorumque satisfactione super omnibus bonis cujuscumque generis, non vinculatis, sed liberis, ac etiam super bonorum vinculatorum, etiam in Archivio descriptorum, ad eos qui contraxerunt debita spectantibus fructibus eorum vita durante, juxta juris communis dispositionem, sed & pariter super ipsis bonis vinculatis, & ut praefertur descriptis, siquidem debita fuerint de Sedis Apostolicae licentia, cum derogatione vinculorum huiusmodi contracta, in vim dictae constitutionis, & juxta illius formam procedi possit, & debeat: eandemque constitutionem, & chirographa, pupillos, & alias omnes personas, quantumvis privilegiatas praedictas, non solum activè, sed etiam passivè, in praedictis constitutione, & chirographis comprehensas fuisse, & comprehendi debere, eisdem auctoritate, & tenore similiter declaramus, & decernimus.

§. 4. Sicque, & non aliàs in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungent, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, aliosque Cardinales, etià de Laterane Legatos, & Prolegatos, dictaque Sedis Nuntios, & causarum Curiae Camerae praefatae generalem Auditorem ac Thesaurarium, & Praesidentes Clericos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judiciali, & interpretandi facultate, & auctoritate, judi-

Ampliat
Conf. Clem.
ad alios casus
ut hic expressit
son

Contra hanc
formam judi-
cari prohibetur

literatur
Clem
quod in
causa
post sex
menses à die
archiviacionis
infructibus
se vinculis
bonorum
Baro-
rum, & Domicellorum,
in hanc
formam ad fa-
ctam credi-
tum, etiam
in privilegiis

carum, & defendi debere, ac quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum etiam decernimus.

Contingit derogat.

§. 5. Non obstante pia memoria Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri de rebus interesse dictae Camerae quomodolibet concernentibus, in eadem Camera registrari, & insinuari, ac praedicta Clementis, cui quoad partem, ut praefertur moderatam, correctam, & limitatam, necnon chirographis praedictis, illis aliis semper, & perpetuo in suo robore permanerentibus, specialiter, & expresse, Motu, scientia, & potestate plenitudine huiusmodi, harum serie derogamus, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac omnibus illis, quae dictus Clemens praedecessor in dicta ejus constitutione voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Provisis ut vocati ad successorem bonorum vincularum damnum aliquod patiantur.

§. 6. Ut autem in bonis, vinculis succedere debentium, & aliorum quorumcumque indemnitati facilius consulari: volumus, & statuimus unicuique, etiam interesse non habenti, cuilibet videlicet de populo licere fideicommissa, & cujuscumque tenoris vincula, aliaque praemissa in Archivo praedicto exhibere, & bona vincularia indicare, ac describere facere, & talem exhibitionem, indicationem, & descriptionem pro debitis factis per sex menses exinde subsequentes, etiam ab iis qui exhibitionem, indicationem, & descriptionem facere non curaverint, ad effectum praemissorum sufficere. Itaut semel facta exhibitio, indicatio, & descriptio semper, & in futurum perpetuis futuris temporibus contra quoscumque interesse habentes suffragentur.

Injunctis omnes Conservatori Archivi pro commoditate & abominum interesse.

§. 7. Necnon dilectum filium modernum, & pro tempore existentem dicti Archivi Conservatorem ad librum particularem, in cujus una nomina, & cognomina fideicommissentium, & aliis disponen. in altera vero partibus loca nominatim, & bona fideicommissis, & aliis vinculis supposita fideliter, sub literis Alphabeti annotata reperiantur, palam, & publice habendum, ac tam illum, quam omnia, & singula Instrumenta, Testamenta, & alia praemissa concernentia, in dicto Archivo nunc, & pro tempore insinuata, seu ad custodien. tradita, indicata, & descripta, omnibus, & singulis de illis notitiam habere, eaque legere volentes exhibendum, & illorum copiam petentibus concedendum, competentem mercede respectivè recepta, omni mora, & dilatione postpositis, teneri.

Mandat publicari in Urbe, & publicari in his partibus quibusvis personis, & omnium insinuationum.

§. 8. Urque praesentes, & in eis contenta ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam praetendere possit, mandamus quod eadem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiam Lateranensem, & Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariam Apostolicam valvas, ac in acie Campi Florae affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, eorum exempla in eisdem locis affixa dimittantur: quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulos quos concernunt, perinde avertant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

Transumptis sedem dari praecipit.

§. 9. Urque illarum transumptis etiam impressis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Sanctiones quae per volumina superaddit.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam decretorum, declarationum, moderationis, correctionis, limitationis, derogationis, voluntatis, statuti, & mandati nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, die 22. Septembris 1631. Pont. nostri anno 9.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, die 22. Septembris 1631. Pont. nostri anno 9.

Publicatio in Urbe.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1631. Indiil. 14. die vero 22. mensis Septembris. Pontif. autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divini providentia Papa VIII. anno 9. transcripsit littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensem, Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariam Apostolicam, & in acie Campi Florae, dimissa ibidem per aliquod temporis spatium eorundem

litterarum Originalibus appensis, deinde auctoritate, illorumque postea exemplaribus ibidem reliquis affixis per nos Joseph Mossem Romanum S. D. N. Papa Curf.

Augustinus de Bolis pro Mag. Curf.

Quod Constitutiones Apostolicae in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctae Inquisitionis Officium haecenus editae, & in posterum etiam super quacumque alia re, edenda omnes Regulares quomodolibet privilegiatos comprehendant, nisi illi in edendis specialiter excipiantur.

CXX

Inquisitionum haereticae pravitatis facultas est amplissima, & quod in causis Fidei possunt procedere contra quoscumque etiam exemptos, ac eligere etiam Regulares, qui aliis in saculo Notarii fuerunt, in Notariis pro praedictis causis, concessis Alex. IV. const. 22. Ne commissae, sup. tom. 1. Necnon Religiosorum quomodolibet privilegiatorum, de haeresi culpabilium (dummodo ab eorum Superioribus non sint praeventi) causas cognoscere ac punire posse voluit Pius IV. ut sup. tom. 2. const. 51. Pastoris. Et postremò Paul. V. revocavit facultates Superioribus quorumcumque Ordinum concessas cognoscendis causis suorum subditorum, ad officium sanctae Inquisitionis quomodolibet pertinentes, in const. 16. Romanus Pont. sup. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, S. Benedicti, Cistercien. Praemonstraten. S. Antonii de S. Antonio Viennen. Societatis Jesu, ac aliorum forsan Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum regularium Professores vigore, seu praetextu privilegiorum, & indulgentiarum sibi, dictisque Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis ab hac sancta Sede Apostolica, tam per viam meræ concessionis quam communicationis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestate plenitudine, etiam consistorialiter concessorum, in Constitutionibus generalibus à Nobis, & dicta Sede haecenus editis, & de cetero edendis se minime comprehendi praetendebant, nisi de eis specialis, specifica, individua, & expressa mentio fiat.

Multis huiusmodi hanc derogationem privilegiorum Consistorii generalis.

§. 1. Nos qui inter gravissimas, multiplicisque Apostolatus nostri curas in eam praecipuo, ac peculiari studio jugiter incumbimus, ut extirpatis haereticarum pravitatum erroribus, Catholica fides ubique gentium conservetur, & propagetur, ambiguitates & dubia de medio tollere, & opportuna dispositionis ministerio providere volentes, ut tot, tantaeque Constitutiones generales à Nobis, & hac sancta Sede, & praesertim ad favorem Fidei Catholicae, illiusque propagationem, & Officii sanctae Inquisitionis contra haereticam pravitatem editae, & de cetero edendae, sublatis quibuslibet exceptionibus, subterfugiis & impedimentis, ad majorem Dei gloriam, sanctaeque Matris Ecclesiae exaltationem, debitum, ut par est, sortiantur effectum: necnon quorumcumque privilegiorum, gratiarum, & Indulgentiarum dictis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam quantumlibet extraordinariis, & cautelis quomodolibet, & ex quacumque causa concessorum, etiam si in corpore juris clausa sint, tenores praesentibus, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata inserti forent, eisdem praesentibus expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine: Quod quavis generales Constitutiones, dispositiones, & ordinationes Apostolicae per Nos,

Pont. huiusmodi Consistorii generalis, hanc derogationem privilegiorum Consistorii generalis.

Nos, & quoscumque Romanos Pontifices predecessores nostros in concernentibus Fidem Catholicam, illiusque propagationem, & sanctae Inquisitionis officium praefatum, praesertim quoad ea, quae in Congregationibus sancti officii, & de propaganda fide coram Nobis tractari solent, haecenus editae, omnes, & singulos, tam S. Benedicti, Cisterciensis, Praemonstratensis, S. Antonii de Sancto Antonio Viennensis, & Societatis Iesu praefatorum, quam quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum professores omnino comprehendat, perinde ac si praefati, & alii quantumlibet privilegiati, in eis nominatim expressi fuissent.

§. 2. Eadem vero in posterum per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros, tam in favorem praefatae Fidei Catholicae, illiusque propagationis, & sancti Officii Inquisitionis praefati, quam super quacumque alia re, negotio, seu materia Constitutiones, dispositiones, & ordinationes huiusmodi, similiter omnino comprehendat praefatos eorumdem Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum professores, nisi in edendis Constitutionibus huiusmodi specialiter, & expresse excipiantur, etiam si ipsi privilegiati forent magis speciali nota, & expressione digni, eisque privilegia, gratiae, & indulta, a Sede Apostolica praefata, etiam sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam mere concessionis, quam communicationis, & aliis quomodolibet concessis respectivè sint, quorum, seu quarum vigore, vel praetextu sint excepti, seu se minime comprehendendi pretendant in Constitutionibus generalibus, vel aliis non facientibus plenam, & expressam eorum mentionem.

§. 3. Praesentes vero literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo quod Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum huiusmodi professores, vel alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu quomodolibet habere praetendentes, ad hoc vocati, & auditi, ac causae propter quas eadem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, seu aliis justificatae non fuerint, nullo unquam tempore de subreptione, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis, etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, semperque validas, firmas & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaeque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus regula nostra de iure quaesito non tollendo, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon tam S. Benedicti, Cisterciensis, Praemonstratensis, S. Antonii de S. Antonio Viennensis, & Societatis Iesu praefatorum, quam quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & privilegiis, necnon praefatis, & quibusvis aliis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum, & aliis quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, eorumque Superioribus, bonis, re-

Bullar. Mag. Tom. IV.

bus, Monasteriis, locis regularibus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae: quodque eadem praesentes literae, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie campi Florae affixa, omnes ita ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1631. Pont. nostri anno 9.

Huius transumptis quibusvis in Urbe omnes ligare faciat.

Dat. P. An. 9. di. 5. Nov.

Die & anno supradictis affixa, & publicata fuerunt supra dicta litera ad valvas Curiae & Camerae Apostolicae, ac in acie in Campi Florae, aliisque locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Andream Scalmanon, S. D. N. Papa Cursorem.

Publicatio in Urbe.

Extensio Constitutionis Greg. XV. revocatoriae omnium concessionum vivae vocis oraculo factarum, praeter S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmatarum, ad omnes etiam factas Cardinalibus, & eorum manu signatas.

Hanc revocationem factam à Greg. XV. habes supra inter ipsius const. num. 27. incip. Romanus Pontifex, tom. 3. Quam postea declaravit non comprehendere illos officiales, quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebat, hic idem S. D. N. Urb. supra in const. 29. Alias fel. rec.

URBANUS PAPA VII, Edita An. D. 1634. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Aliis fel. rec. Gregorius Papa XV. predecessor noster, ut subnascentibus jugiter variis difficultatibus, & abusibus ex privilegiis à Sede Apostolica viva voce oraculo saepenumero concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequens, videlicet, Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam, Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiae, &c.

§. 2. Cum autem experientia rerum magistra compertum sit, concessionibus, & gratias viva voce oraculo, etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, saepe ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplinae Ecclesiasticae detrimentum executioni demandari: Idcirco, quantum cum Domino possumus, his, & aliis malis occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, & deque Apostolicae potestatis plenitudine, & de consilio nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiusmodi mature discutendum commisimus, omnia, & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascumque per Summos

Greg. XV. de hac materia indicatam in 2. rubr.

Quam his Papi. extensio in 2. rubr.

Summos Pontifices predecessores nostros, ac per Nos viva voce oraculo, & S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, cæterisque Superioribus, & personis cuiusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, sive secularibus, sive regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Societati Jesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis prædictis quacumque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut aliis quomodolibet concessa, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero revocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nullique prorsus deinceps suffragari posse, nec debere declaramus.

Publioni à Superioribus Ordinibus jure.

§. 3. Præterea, ut præsentibus literis omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quantocitius innotescant, omnibus, & singulis Generalibus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu, & Institutorum, sub excommunicationis, ac privationis officiorum, & dignitatum, necnon vocis active, & passivæ poenis ipso facto incurrendis præcipimus, & mandamus, ut infra tres menses proximos à die publicationis præsentium computandos, omnes, & singulos Provinciales eorundem suorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu, & Institutorum, de eisdem præsentibus literis certiores faciant, earundemque præsentium exemplaria illis transmittant, qui quidem Provinciales sub eisdem poenis teneantur singulis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & locorum regularium præcipere, ut eisdem præsentibus subditis suis, ut moris est, publicent.

Clasulas præservati-vas addit.

§. 4. Decernentes præsentibus literas, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & audit non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, redargui, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, sive adversus illas quocumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Aliter judicari à facultatem tollit.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si quid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

C. curria non vid.

§. 6. Non obstantibus præsertim literis hujusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, etiam regula nostra de non tollendo jure quaesito, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, eorumque Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præmissis non videtur.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis,

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ: quodque eadem præsentibus literas, sive illarum exempla, ad valvas Basilicarum prædictarum, & in acie campi Floræ hujusmodi similiter affixa, omnes, quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die 20. Decemb. 1631. Pont. nostri anno 9.

Die & anno prædictis affixa, & publicata sunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Andream Scalmanum, S. D. N. Papa Curialem.

Notarii extra Urbem creandi, antequam officium Notariatus exercere incipiant, examini se subjicere debeant, sub pœna nullitatis, & falsi.

CXXII

Notarios creatos prætextu Bannimenti Henrici Card. Caietani S. R. E. Camerarii annullavit istemet Sanctiss. Pont. in const. sequenti.

Forma autem hujus examinis præscribitur in hac const.

URBANUS EPISCOPUS, Editæ Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio Pastoralis officii sollicitè vigilare Nos admodum, ut ad publica munia, præcipuè verò nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditorum interesse concernentia exercenda viri præficiantur idonei, qui fide, doctrina, & experientia commendabiles sustinendo oneri sibi credito pares existant.

Præsentibus

§. 1. Hinc est quod Nos, qui hodie accepto quod post erectionem, & institutionem Archiviorum per fel. rec. Sixtum Papam V. predecessorem nostrum in quibusvis status Ecclesiastici Nobis, tunc illi, & Sedi Apostolicæ mediâ, & immediatè subje&ti Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Castris, Villis, & aliis locis designatis factam, Gubernatores Civitatum, ac Prætores locorum minus insignium, sumpta occasione quod boni mem. Henricus olim tituli S. Pudenzianæ presbyter Card. Caietanus nuncupatus, tunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius statutæ & ordinaverat, quod nullus Notarius per quantumque personam, prætextu cuiusvis facultatis, etiam ex Urbe nostra concessæ, extra Rom. Cur. creatus, officium Notariatus, nisi prævio riguroso examine per Gubernatorem, aut Superiorem loci, cum interventu Advocati, & Archiviis approbatus fuisset, exercere posset, facultatem creandi Notarios sibi arrogare ausu fuerant, & de facto creaverant.

Gubernatores sic factas, invalidas, & attentatas, & Notarios tali pacto creatos, non Notarios per alias nostras literas declaravimus, prohibentes assertis Notariis, ut præfertur creatis, ne officium Notariatus præfenti exercere auderet, vel præsumerent, sed de novo se ab habente creandi potestati, & servata forma per Nos præscribenda creati faceret.

§. 2. Creaciones Notariorum per Gubernatores & Prætores sic factas, invalidas, & attentatas, & Notarios tali pacto creatos, non Notarios per alias nostras literas declaravimus, prohibentes assertis Notariis, ut præfertur creatis, ne officium Notariatus præfenti exercere auderet, vel præsumerent, sed de novo se ab habente creandi potestati, & servata forma per Nos præscribenda creati faceret.

§. 3. Volentes formam hujusmodi præscribere, & omnibus interesse habentibus consulere, Motu proprio, non ad alicujus super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, metaque deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod perpetuis futuris temporibus in omnibus & singulis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Castris, Villis, & locis Status prædicti, tam mediâ, quam immediatè subje&ti, nullus omnino, tam ex prædictis, ut præfertur tam creatis, quam ex eis, quos in futurum quavis auctoritate creati contigerit, extra districtum Urbis ad exercitium officii Notariatus hujusmodi admitti possit, nec debeat, nisi coram pro tempore existente Legato, aut Præsidente, vel Gubernatore Provin-

Quos fecerunt Prætores, & Notarios tali pacto creatos, non Notarios per alias nostras literas declaravimus, prohibentes assertis Notariis, ut præfertur creatis, ne officium Notariatus præfenti exercere auderet, vel præsumerent, sed de novo se ab habente creandi potestati, & servata forma per Nos præscribenda creati faceret.

URBANUS OCTAVUS.

cis in qua degit, vel ipsi impeditis, coram Prolegato, vel Locumtente generali respectivè, cum interventu duorum Infirmi Doctorum, & totidem Notariorum, inter quos sit etiam Archivista: ubi verò Tribunal Rotæ institutum fuerit duorum ejusdem Auditorum, docuerit prius de creatione in Notarium legitime facta, eaque legitima, & valida comperta, rigorosè examinatus, & interrogatus fuerit super iis, quæ ad exercitium officii Notariatus spectant: & quatenus ad id repertus fuerit idoneus, super quo examinatorum omnium conscientiam oneramus, à Legato, Præsido, vel Governatore ad exercitium præfatum, præfatio tamen prius per eum juramento de observandis Apostolicis Constitutionibus, & hinc inde super Archiviis emanatis, admissus, & super admissione per Archivistam literarum patentis Legati, Præsidentis, vel Governatoris manu subscriptæ eidem consignatæ fuerint: Quo verò ad Civitates Legatorum vel Governatorum Provinciarum, præfatorum jurisdictioni non suppositas, & illarum loca, ac Territoria, examen, & alia præmissa coram singulis Civitatibus hujusmodi Governatoribus, cum eandem personarum si perius expressatum intervenit adimpleantur: In eorum verò quod occasione Legationum Civitas Legato subijceretur, durante tali subjectione in loco residentis Legati, & quoad Terras, & alia loca, in quibus specialis Governator constitutus reperitur, coram Præside Provinciarum. Quo verò ad Civitates, Terras, & loca in districtu dictæ Urbis existentia, coram pro tempore existente Archiviorum Præsido, cum interventu quatuor Jurium Doctorum, & quatuor Cameræ Apostolicæ Notariorum, supradicta peragi posse volumus: & insuper Notarium, ut præfertur, approbandum, & admittendum præmissorum occasione in aliqua expensa, præterquam decem Juliorum monetæ Romanæ pro literis patentibus per Archivistam exigendorum gravari non posse.

§. 4. Et si quis ex superius comprehensis Notariis contra præsentium tenorem, non obtenta admissione, ut præfertur, officium Notariatus exercere ausus fuerit, poenam falsi incurret, & actus per ipsum factos, perinde ac si nunquam Notarius creatus extitisset, nullos & invalidos, ac nullius roboris, & momenti in judicio, & extra fore, & esse decernimus, & declaramus.

§. 5. Quæ quidem omnia quoad Notarios extra Urbem residentes, & quavis auctoritate, etiam ex Urbe proveniente, ac per Protonotarios, & Scriptores Romanæ Curiæ, necnon Communitatum Archiviorum Collegia, & alios quoscumque, etiam Apostolica, vel Imperiali, aut alia quacumque suffultos auctoritate creatos, etiam in Instrumento creationis particulares Judices deputati reperirentur, locum habere, & observari volumus pariter, & mandamus.

§. 6. Præsentes quoque, & omnia, ac singula in eis contenta, & ex eo quod Scriptores Romanæ Curiæ & aliorum Archiviorum præfatorum, ac Notarii, & alii quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, præmissis nullatenus consenserint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint, minusque causæ propter quas eisdem præsentis emanarint, deductæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine resultantem, vel præscriptionis, etiam quadraginta annorum, & ultra, aut enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causâ, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariè exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis, nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, impugnari, invalidari, retractari,

Bullar. Mag. Tom. 1 V.

in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, appellationis oris, reductionis ad viam ac terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, sed se jurare in iudicio, vel extra illud posse: neque ipsas præsentis sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 7. Sicque, & non aliis in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus.

§. 8. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & Prolegatis, necnon dilectis filiis Præsidentibus, Governatoribus, aliisque Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & locorum prædictorum per Apostolica scripta mandamus, quatenus statim atque præsentis nostræ literæ illis, seu alicui eorum præsentatæ fuerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcumque per se, vel alium, seu alios debite executioni demandent, & demandari procurent; contraditores quoscumque, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurso, & reclamatione remotis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 9. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas extra suam Civitatem, vel Diocesim ad iudicium earundem vigore præsentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de gratiis interesse dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera insinuandis, & registrandis, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon nostris de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & aliorum dicti Status, tam mediætatis, quam immediætatis, ut præfertur, subditorum locorum statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, & literis Apostolicis, Legatis, Prolegatis, Governatoribus, Prætoribus, & aliis Officialibus præfatis, ac quibusvis aliis etiam Communitatibus, Universitatibus, Monasteriis, Hospitalibus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliis piis, & non piis locis, etiam speciali nota, & mentione dignis, etiam Motu, scientia, & potestate paribus, & etiam Confessorialiter, & de eorundem Cardinalium consilio, & consensu, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam necessariè exprimendis etiam in vim contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmati, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluries, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expressè, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus facultatum, licentiarum, concessionum, privilegiorum, & aliarum gratiarum

Q 2 prædictarum

P. de
10. de
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.

118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

predicatum revocantibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore faciendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptis, & quoties illis emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum, quomodo sub posteriori data per eos, quibus concessa sunt, eligenda, restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac denuo concessa sint, esse censentur, necnon pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expressè, ac latissimè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Notarij publici, & publicæ officiorum decurioni.

§. 10. Ut hæc presentes literæ ad omnium notitiam facilis deveniant, ultra earundem publicationem in quolibet dicti Status loco faciendam, & in cujuscumque loci Archivio registrandam, Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus easdem presentes ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per aliquem ex Curatoribus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinquitur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos quos concernant in Urbe commorantes proinde afficiant, & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

Notarij publici, & publicæ officiorum decurioni.

§. 11. Quodque earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ ipsi originalibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionem penalem addit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, mandatorum, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Notarij publici, & publicæ officiorum decurioni.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ 1631. 12. Kal. Januarii, Pont. nostri anno 9.

Notarij publici, & publicæ officiorum decurioni.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1632. Indiæ 15. die vero 7. mensis Februarii, Pontif. autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus 9. supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in eisdem locis supradictarum literarum Apostolicarum exemplis affixis, per me Antonium Bardum Romanum S. D. N. Papa Curs.

Notarij publici, & publicæ officiorum decurioni.

Augustinus de Bolis pro Mag. Curs. Die 11. mensis Martii 1632. Illustrissimis, & Reverendissimis D. Francisus Vimbardus C. A. Clericus, & Archiviariorum Status Ecclesiastici Præfatus, ad instantiam R. P. D. Felicis Contelarii Camera præfata generalis Commissarii, ad majorem cautelam, & ut dicta litera Apostolica semper cum opus fuerit, in eadem Camera appareant, & alias omni meliori modo, &c. mandavit illas in ejusdem Camera libris registrari, prout registrata fuerunt, & collationata concordant.

Petrus Antonius Severus.

CXXXIII. Declaratio nullitatis Notariorum creatorum à Gubernatoribus Civitatum, aliorumque locorum Prætoribus, prætextu Bannimenti Henrici Card. Caietani S. R. E. Camerarii. Ac revalidatio Instrumentorum, & scripturarum per eos olim factarum. Necnon facultas Præfecti Archiviorum cognoscendi causas super nullitatibus huiusmodi creationum, & acta talium Notariorum revalidandi.

Quod Notarios in futurum extra Urbem creandos, & extingui, cui subjacere debeant, sanamus præscriptis hic idem Pont. ut in cons. præcedens.

URBANUS EPISCOPUS, Editæ A. 1631. Servum Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

IN suprema pastoralis officii specula, meritis licet imparibus, à Domino constituti, ad eâ, quæ populorum nostræ, & Sedis Apostolicæ temporali ditioni subditorum utilitatem, pacem, & securitatem respiciunt, vigilantiam nostræ aciem, prout officii nostri ratio postulat, sedulo dirigimus, & perturbationibus, quæ non solum ex malitia, verum etiam ignorantia personarum, & præcipue publicis addictarum negotiis exoriri noscuntur occurrentes, quantum Nobis ex alto conceditur, ejusdem officii nostri partes impartimus.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, aliis post creationem, & institutionem Archiviorum per felicis recordationis Sixti Papæ V. prædecessorem nostrum, in quibusvis status Ecclesiastici nobis, tunc illi, & Sedi Apostolicæ mediâtè, & immediatè subjecti Provincialis, Civitatis, Oppidis, Castris, Villis, & aliis locis designatis factam, bon. mem. Henricus, dum viveret tituli S. Prudentiæ Presbyter Card. Caietanus nuncupatus, S. R. E. Camerarius, de ejusdem Sixti prædecessoris expresso mandato, bonum Archiviorum eorumdem regimen, & Notariorum personas concernens edictum publicari fecerit, & inter alia ad obviandum litibus, & aliis periculis, quæ in dies ob imperitiam Notariorum suscitabantur, quod nullus Notarius per quamcumque personam, etiam prætextu cujuscumque facultatis, etiam ex Urbe nostra concessæ, extra Romanam Curiam creatus, officium Notariatus exercere possit, nisi prævio rigorofo examine per Gubernatorem, aut Superiorem loci, cum interventu Advocati, & Archivistarum approbatus fuisset, statuerit, & ordinaverit, Gubernatores verò Civitatum, quinimò & Prætores locorum minus insignium, edicti huiusmodi vim hæc in parte ex malitia, vel ignorantia, licet supina, minus bene percipientes, ex præmissis facultatem eisdem Notarios creandi sibi attributam fuisse præsumperint, ac proinde ingentem Notariorum, etiam imperitorum & ineptorum numerum temerè, & de facto creaverint, in nostræ, & Apostolicæ auctoritatis præjudicium, & gravamen contrahentium, & aliorum, qui similibus Notariorum operâ pro tempore usi decepti remanserunt, jacturam.

Gubernator Civitatum, & Prætores eorum locorum minus insignium, & alii locis designatis factam, bon. mem. Henricus, dum viveret tituli S. Prudentiæ Presbyter Card. Caietanus nuncupatus, S. R. E. Camerarius, de ejusdem Sixti prædecessoris expresso mandato, bonum Archiviorum eorumdem regimen, & Notariorum personas concernens edictum publicari fecerit, & inter alia ad obviandum litibus, & aliis periculis, quæ in dies ob imperitiam Notariorum suscitabantur, quod nullus Notarius per quamcumque personam, etiam prætextu cujuscumque facultatis, etiam ex Urbe nostra concessæ, extra Romanam Curiam creatus, officium Notariatus exercere possit, nisi prævio rigorofo examine per Gubernatorem, aut Superiorem loci, cum interventu Advocati, & Archivistarum approbatus fuisset, statuerit, & ordinaverit, Gubernatores verò Civitatum, quinimò & Prætores locorum minus insignium, edicti huiusmodi vim hæc in parte ex malitia, vel ignorantia, licet supina, minus bene percipientes, ex præmissis facultatem eisdem Notarios creandi sibi attributam fuisse præsumperint, ac proinde ingentem Notariorum, etiam imperitorum & ineptorum numerum temerè, & de facto creaverint, in nostræ, & Apostolicæ auctoritatis præjudicium, & gravamen contrahentium, & aliorum, qui similibus Notariorum operâ pro tempore usi decepti remanserunt, jacturam.

§. 2. Quare Nos temeritati huiusmodi occurrere, litibusque, discordiis, præjudiciis, & scandalis, quæ exinde provenire solent, obviare, ac tam pro præterito, quam perpetuis futuris temporibus opportuna ratione providere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, meraque deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita etiam à nonnullis probis, & peritis viris per Nos super hoc deputatis sententia, creationes Notariorum per Gubernatores, & Prætores prædictos, ut præfertur, factas, nullas, & invalidas, ac nulliter, & attentatè factas, ipsosque Notarios tali pacto creatos, prætextu eorum creationis huiusmodi, nullo modo Notarios esse, nec reputari debere, Apostolica auctoritate, tenore presentium decernimus, & declaramus.

Ita creati, & nulli, & invalidi, & nulliter, & attentatè facti, & ipsosque Notarios tali pacto creatos, prætextu eorum creationis huiusmodi, nullo modo Notarios esse, nec reputari debere, Apostolica auctoritate, tenore presentium decernimus, & declaramus.

§. 3. Et nihilominus ad consulendum indemnitati illorum omnium, qui bonam fidem sequuti eorum opera sunt usi, omnia, & singula testamenta, tam in scriptis, quam nuncupativa, codicillos, necnon cujuscumque generis contractus, & instrumenta, alique acta per similes Notarios, tam de presenti in vita degentes, quam vita functos, pro omnibus, & singulis cujuscumque ordinis, status, gradus, & conditionis, ac quibuscumque Ecclesiis, & locis piis, seu inter illos, & illa rogata, stipulata, & facta, etiam specialem expressionem requiruntibus personis, eisdem auctoritate, & tenore perpetuè revalidamus; Omnesque & singulos nullitatis ex tali creatione duntaxat provenientes defectus (dummodo tamen nullitas creationis huiusmodi acceptata, & in iudicium deducta nondum fuerit) sanamus, ipsique testamentis, & codicillis

Abus creati, & nulli, & invalidi, & nulliter, & attentatè facti, & ipsosque Notarios tali pacto creatos, prætextu eorum creationis huiusmodi, nullo modo Notarios esse, nec reputari debere, Apostolica auctoritate, tenore presentium decernimus, & declaramus.

URBANUS OCTAVUS.

odiolite, contractibus, & aliis (dummodo aliud no- obstat plenam, & indubiam fidem in iudicio, & extra illud, ac si per Notarios legitime creatos rogata, stipula- ra, & facta fuissent, adhiberi, neque in iudicio aut extra illud de nullitate ex premissa causa ullo unquam tempo- re, aut pacto argui, dici, vel opponi posse volumus, & mandamus: necnon sanationem, & revalidationem praedictas in quolibet dicti Status Ecclesiastici loco, a die, quo in ipso loco praesentes nostrae litterae modo, ac forma ibidem servari solitis, & consuetis publicatae fuerint, effectum sortiri, & de publicatione huiusmodi publicum documentum in libris Archivi cujuscumque loci, in quo facta fuerit, una cum eisdem praesentibus inferendum fieri debere statuimus, & ordinamus.

§. 4. Praeterea, cum sicut etiam accepimus, re ipsa com- petum sit complures alios Notarios ex potestate, vel solemnitate defectu, aut alii capitibus, quae de facili recenseri non possunt, nulliter, & de facto creatos existi- re, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Archi- viorum Praefecto omnia, & singula instrumenta, & alia praemissa per Notarios ex quovis alio quam priori capite nulliter creatos rogata, & facta, facta tamen prius nobis- cum, seu cum pro tempore existentibus Romanis Pontifi- cibus successioribus nostris in singulis casibus occurrenti- bus verbo, & (dummodo nullitas praefata, ut praefertur, non sit a parte acceptata, nec in iudicium deducta) sanandi, & revalidandi, absque eo, quod unquam in fu- turum de nullitate huiusmodi dici, aut redargui possit, amplam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, & facul- tatem concedimus, & impartimur.

§. 5. Inhibentes insuper sub indignationis nostrae, aliique gravissimis arbitrio nostro imponendis, & de- clarandis poenis omnibus, & singulis Gubernatoribus, Praetoribus, & aliis officialibus quovis nomine nuncu- patis Provinciarum, Civitatum, Terrarum, ac locorum dicti nostri Status mediate, & immediate subiecti, ne in futurum ullo unquam tempore praetextu edicti per praefatum Henricum Cardinalem, & Camerarium, ut praefertur, editi, & publicati, aliquem in Notarium creare, No- tariis vero, ut praefertur creatis, & quos pro tempore ex alio capite nulliter creatos esse per Praefectum huiusmo- di declarari contigerit, ne officium Notariatus praetextu eorum creationis tali pacto facta exercere audeant, vel praesumant.

§. 6. Necnon volentes, quod Notarii sic creati in eor- um exercitio perseverare intendentes, de novo se ab habente creandi potestatem, & servata forma per alias nos- tras litteras hodie praescribenda, creati, & admitti faci- ant.

§. 7. Ac decernentes easdem praesentes, ac omnia, & singula in eis contenta, & ex eo quod Notarii, & alii quicumque in praemissis, seu eorum aliquo interesse ha- bentes, vel habere quomodolibet praetendentes, eis nul- latenus consenserint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint, minusque causae propter quas praesentes ema- narint, deductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo unquam tempo- re de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut inva- liditatis vitio, seu intentionis nostrae, & alio quovis de- fectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & sub- stantiali, sive ex eo quod in praemissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine re- sultante, vel praescriptionis, etiam quadraginta anno- rum, & ultra, aut enormis, enormissimae, ac totalis lae- sionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad ef- fectum validitatis praemissorum necessarium exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis, nihil ullibi apparet, seu aliter probari possit, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos ju- ris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, ac terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae re-

medium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impe- trato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra illud posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, sus- pensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis disposi- tionibus pro tempore quomodolibet faciendis, compre- hendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & sin- gulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in fu- turum, inviolabiliter observari.

§. 8. Sicque, & non alias in praemissis omnibus, & sin- gulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis cau- sa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubi- que iudicari, & definituri debere, irritum quoque, & ina- ne si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris, & di- ctae Sedis de latere Legatis, & Prolegatis, necnon dilectis filiis Praesidentibus, Gubernatoribus, Praetoribus, aliisque Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & locorum praedictorum per Apostolica scri- pta mandamus, quatenus statim atque praesentes nostrae litterae illis, seu alicui eorum praesentatae fuerint, illas so- lemnius publicent, & publicari faciant, ac in eis con- tenta quaecumque per se, vel alium, seu alios debita ex- ecutioni demandent, & demandari procurent, contradi- ctories quoscumque, & rebelles, ac praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recursu, & reclamatione remotis, compes- cendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Bra- chii secularis.

§. 10. Non obstantibus pia memoriae Bonifacii VIII, de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas extra suam Civitatem, vel Diocesim ad iudicium earundem vigore praesentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum praede- cessorum nostrorum de gratis interesse dictae Camerae quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera insinuandis, & registrandis, ac aliis consti- tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon nostra de non tollendo jure quaesito, aliisque Cancellariae Apo- stolicae regulis, necnon Provinciarum, Civitatum, Terra- rum, Oppidorum, Castrorum, & aliorum dicti Status, tam mediate, quam immediate, ut praefertur, subiectorum loco- rum statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exem- ptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputa- tionibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationi- bus, & literis Apostolicis, Legatis, Prolegatis, Gubernato- ribus, Praetoribus, & aliis Officialibus praefatis, ac quibus- vis aliis, etiam Communitatibus, Universitatibus, Monaste- riis, Hospitalibus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliis piis, & non piis locis, etiam speciali nota, & mentione di- gnis, etiam Motu, scientia, & potestate paribus, & etiam Con- sistorialiter, & de eorumdem Cardinalium consilio, & co- sensu, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritanti- bus, & aliis decretis, etiam necessariis exprimendis, etiam in vim contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmati, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & plu- ribus, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innova- tis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus facultatum, licentiarum, concessionum, privi- legiorum, & aliarum gratiarum praefatarum revocationi- bus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscum- que contrariis dispositionibus pro tempore edendis com- prehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanarent, toties in pristinum, & validissimum sta- tum, etiam sub posteriori data per eos, quibus concessa

11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.

Contra iudi-
cari prohiberi
Executores
deputati
Contra iudi-
cari prohiberi
Contra iudi-
cari prohiberi

funt eligenda, restituta, reposita, & plenarie reintegrata, & de novo concessa sint, & esse censentur, necnon pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expressè, ac latèssimè derogamus, & derogatum esse etiam volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Philus Crast. exemplum crast. di. puber.

§. 11. Volumus autem, & Apostolica auctoritate præfata decernimus, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profusè fides in iudicio, & extra illud, habeatur, quæ ipsi originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Sanctissimus quoque summorum superaddit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum declarationis, revalidationis, sanationis, statuti, ordinationis, concessionis, impartitionis, inhibitionis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. P. An. 9. die 21. Dec. Registratio in Camera Apostolica.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1631. 12. Kal. Januarii, Pont. nostri anno Nono. Die 11. mensis Martii 1632. Illustrissimus, & Reverendissimus D. Franciscus Vimbardus C. A. Clericus, & Archidiaconus Status Ecclesiastici Præfatus, ad instantiam R. P. D. Felicitis Contelori, Camera præfata generalis Commissarii, ad maiorem cautelam, & ut dicta littera Apostolica semper cum opus fuerit, in eadem Camera appareant, & alias omni meliori modo, &c. mandavit illas in eisdem Camera libris registrari, prout registrata fuerunt, & collationata concordant.

Petrus Antonius Severus.

CXXIV. Pia, & Pastoralis adhortatio ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, Clerum, Religiosos viros, ac omnes Ecclesiæ Catholicæ Christiani fideles, ut ab Omnipotenti Deo suis precibus concordiam inter Catholicos Principes obtineant.

Non in similem pro tunc exortis motibus sedandis editis hic idem Pont. anno 1625. quam habes super tom. 4. num. 38. incip. Tonitrua.

Edita An. D. 1632. V R B A N U S P A P A V I I I. Venerabiles fratres, & dilecti filii saluem, & Apostolicam benedictionem.

Docet talis motus ibidem impendentibus in celo implorandum esse præsidium.

§. 1. Vnanimi Catholicæ Ecclesiæ consensu sine intermissione fusa ad Deum oratio, præsertim cum ipsum Ecclesiæ Caput in terris à Domino constitutum, præsidium è cælo suppliciter implorat, quam sit efficax remedium calamitatibus impendentibus, docet sacra pagina.

Ad hoc annis octavo excelsi pro sedandis tunc exortis motibus. Hanc indicationem habes in libro.

§. 2. Hinc Nos præteritis annis, Venerabiles Fratres, vos universos Apostolicis literis excitavimus ad congregandos cœtus Fidelium, & placandam iram Divinæ ultionis, dum Legationibus uteremur ad sedandos tunc exortis motus, qui Christianum orbem summoperè turbare posse videbantur, Catholicosque Principes inter se committere.

Et nunc pro periculis Regi Catholicae ardentibus idem fatigat.

§. 3. Nunc autem præsentia rei Catholicæ pericula hortantur Nos ad eandem opem pari ratione querendam in eisdem Principibus animorum conjunctionem inferere satagentes. Itaque ad patrem misericordiarum Deum cum fiducia confugimus, statim ad ostium, & pulsamus, ut qui se à famulis suis orari gaudet, optato Nos tandem dono publicæ quietis consoletur.

Es solemnus

§. 4. Quamobrem expedire existimavimus, solemnes

litteras supplicationes indicere, ut nobiscum Ecclesiæ univèrsæ conjungat officia pietatis, quibus super humanam mansuetam præstabit Divina bonitas, quod ex animo, & omni tempore petimus, multipliciter intercessoribus largiatur. Planè si audita vora nostræ fuissent, & precibus, sumere possemus stulam iocunditatis, & gratulari pacem Principibus Catholicis. Perseverantes tamen quantum in Nobis est, omnia præstamus, quæ ad obtinendam tranquillitatem, & inobscuritatem Religionis Catholicæ conferre censuerim.

§. 5. Hanc autem, cui reliqua omnia postponimus, non solum ordinariolum, sed etiam extraordinariolum Nuntiorum, quos ad Cæsaream Majestatem, & utrumque Regem mittimus, geminatis officiis, omnique conatu confestim studemus, & confidimus fore, ut instructi nostris notitiis, quibus eos non sine prudentissimæ Cardinalium consilio munivimus, ingruentia confestim discrimina possint avertere, & bono publico, Fideique Catholicæ effectus parere salutaris. Utinam hæc nostra Pastoralis muneris sollicitudo, Divina favente Clementia, affetat, ut aliarum similis nostra opera, successus optati fructum.

§. 6. Veruntamen, ne quid intentatum relinquatur, hortamur omnes ex Dominico grege, prout pollet quisque gratia apud aliquem ex Catholicis Principibus, ad accuratè incumbendum, ut turbantes excitati compescantur, & fiat expetita tranquillitas, quam sperare possumus, sublati è medio iis, quæ sunt in causa, ne eorundem Principum animi vinculo veræ charitatis conjuncti in concordiam coalescant. Ex mutuis autem, quæ hinc inde jactantur, expostulationibus quæ tam salubre opus impediunt, satis patent, nec deerunt rationes, quibus ea pii, prudentesque viri amoliantur. Quis enim non videt, nisi discordia disjungeret Principes Catholicos, neque hæresim, neque Infernum posse unquam perterrefacere Ecclesiam? Quamobrem cum aliquando humani labores in irritum cadant, Venerabiles Fratres, & dilecti Filii, jactate in Dominium cogitationes vestras, roboramini, & omne studium intendite, ut imminetia mala propulsetis armis orationis, & fidei. Apostolo enim docente, Gedeon, David, Samuel, & Prophetæ per eundem vicerunt Regna, adepti sunt repromissiones, extinxerunt impetum ignis, Castra vertebant exterorum, obturata erant ora leonum. Prope est Dominus omnibus inobstantibus eum in veritate.

§. 7. Itaque Nos etiam, qui inter hæc tempestates sedemus ad regimen Naviculæ Petri, cum eo ex toto corde, & supplici voce clamamus, Salva nos Domine, dum fidelis Congregatio populi effudit coram te corda sua, Deus adjutor noster in æternum: In te faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deduces tribulantes nos. Salutare Fraternitatis vestris, & universo gregi Catholico solatium à Domino præstolamur, vobisque Apostolicam benedictionem peramantèr impartimur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1632. Pont. Nostri Anno 9.

Confirmatio sententiæ latæ super caputio rotundo, ac largiori mozzetta à Fratibus S. Francisci strictioris observantiæ Recollectis Regni Franciæ deferendo. Et mandatum observandi dictam sententiã, cum impositione pœnarum.

Itemes Pont. hoc idem sanciverat antea, ut ipse ejus constis. 12. In supremo, hoc tom. 4. Sed quia in Regno Franciæ dictam const. non servabant, ideo sententiã super hoc pronuntiant de ejus mandato (quam hic habes de verbo ad verbum) obedire præcipit.

V R B A N U S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Aliis à Nobis emanarunt literæ subsequentes, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam tuam

Indicere & cetera.

Non solum ordinariolum & cetera.

Expertis & cetera.

Ipse quoque & cetera.

Dat. P. die 1. Aprilis 1632.

CXXV

causam rei memoriam. In supremo Apostolatus sollo, me- rito licet imparibus, &c.

Omissis residuum hujus const. quia est sup. tom. 4. §. 2. Subinde vero cum Fratres Recollecti præfati præ insertis literis hujusmodi non acquiescerent, sed ad Nos recursum habuissent, Nos causam, & causas hujusmodi inter Fratres Capucinos ex una, ac Fratres Recollectos præfatos ex altera partibus, de, & super delatione, seu reformatione Capucii & Mozetta per eos defecti, ac declaratione in hac parte, & executione respectivè præinsertarum literarum nostrarum, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, filio nostro Guadonituli Sanctæ Mariæ de Populo presbytero Cardinali Bentivolo nuncupato, per alias nostras in simili forma Brevis expeditas commisitimus, coram quo ad nonnullos actus (ultra tamen illius conclusionem) deventum tandem suam in hujusmodi causa tulit, & promulgavit diffinitivam sententiam tenoris subsequenti, videlicet: Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & soluti Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de jurisperitorum consilio pariter, & assensu in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram Nobis vigore literarum Apostolicarum in forma Brevis expeditarum, in secunda, seu alia veriorum vertuntur instantia, inter Rev. Fratres Capucinos nuncupatos Ordinis Minorum Sancti Francisci ex una, & Rever. Fratres ejusdem Ordinis Sancti Francisci strictioris Observantiz, Recollectos Gallie nuncupatos, de & super delatione, seu reformatione Capucii, & Mozetta per eos deferendi, & declaratione in hac parte, & executione respectivè literarum Apostolicarum Sanctissimi D. N. Papæ sub dat. Romæ apud S. Petrum, sub diebus 10. Januarii, & ultima Julii anni 1624. in simili forma Brevis desuper expeditarum, ac Perillustri, & Reverendissimo D. Bernardino Archiepiscopo Damiatensi, Sedis Apostolicæ Nuntio in Regno Gallie commoranti, & Illustrissimo, & Reverendissimo D. Francisco tituli Sancti Callisti presbytero Cardinali de la Rochefoucault, & Reverendissimo D. Episcopo Silvanectensi respectivè dictarum, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione, partibus ex altera, visis prius literis antedictis, ac omnibus juribus, & scripturis in judicio productis, actisque actitatis, & partibus hinc inde prius in jure, & in facto pluries auditis, visisque aliis omnibus viden. & consideratis consideran. factoque etiam verbo cum eodem Sanctissimo Papa, causamque & causas præfatas, unâ cum toto negotio principali Nobis commissas amplectentes, & decedentes, ac ultimodictas literas Sanctissimi D. N. Papæ, & etiam sententiam per Illustrissimū, & Reverendissimum D. Franciscum Cardinalem, & Reverendissimum D. Episcopum antedictos Judices, & executores aliâ ab eodem Sanctissimo D. N. Papa in hujusmodi causa deputatos promulgatam declarantes, Dicimus, pronuntiamus, decernimus, & diffinitivè sententiamus, & declaramus, prædictos Fratres Recollectos teneri, & obligatos esse ad deponendum Caputium, quod deferunt acuminatum, & tam eos qui Religionem hæcenus ingressi sunt, quam alios qui eandem Religionem in futurum ingredientur, similiter teneri, & obligatos esse ad deferendum Caputium rotundum formæ, & qualitatis hujusmodi, videlicet Caputium rotundum cum mozzetta largiori illi unita, & annexa, quod in majori latitudine suæ rotunditatis à parte anteriori ad posteriorem intra sinciput, & occiput non sit largius duarum quindecimarum portionum minoris, & extremæ suæ latitudinis, quæ erit ab anteriori ad posteriorem partem intra guttur, & collū ejusdem Capucii, delatione cujuscumque alterius generis, seu formæ Capucii illis in posterum penitus interdicta, firmissimeque & in robore suo perpetuò remanentibus cæteris omnibus, & singulis contentis in ultimodictis literis Apostolicis Sanctissimi D. N. quæ, & quas in omnibus, & per omnia, etiam sub pœnis, & censuris in eis expressis inviolabiliter observari mandamus, ac ambas partes justis de causis animum nostrum moventibus ab expensis absolvimus, & eisdem partibus perpetuum silentium desuper imponimus, ac de deponendo, & auferendo, & respectivè deferendo Caputium præfatum ut supra, & alia quæ

cumque mandata de super necessariis, & opportuna decernimus, & relaxamus. Et ita dicimus, pronuntiamus, declaramus, decernimus, sententiamus, interdiciamus, mandamus, absolvimus, & relaxamus, non solum præfatis, sed & omni alio meliori modo, &c. Ac ad majorem demonstrationem, abundantiorisque cautelam, & partium, ac aliorum notitiam, tres modulos Capucii præfati, ut supra deferendi cum mozzetta in pergamento designatos confici mandavimus, nostroque sigillo, & subscriptione firmavimus & communitivimus, quorum unum Notario unâ cum hac nostra sententia in actis conservandum, reliquos duos, unum scilicet cuique parti, sive cuique ipsarum partium procuratori coram Notario, & testibus consignavimus, salva tamen facultate dictum Caputium augendi, & minuendi pro majoritate, & minoritate corporis, & statutz ipsorum Fratrum illud deferre debentium, dummodo forma, & proportio supradicta nullatenus immutetur, nec alteretur, &c. Quæ quidem sententia sic apparet subscripta, videlicet: Ego Guid. Cardinalis Bentivolo, Judex Commissarius Apostolicus.

§. 3. Cùm autem, sicut accepimus, sententia hujusmodi debitæ executioni demandata nunquam fuerit, nec Fratres Recollecti prædicti illi parere voluerint: Nos pro nostri pastoralis officii debito in præmissis, quantum cum Domino possumus, opportunè providere, ac sententiam præinsertam hujusmodi debitæ executioni (ut par est) demandari volentes, Apostolica auctoritate tenore præsentium omnibus, & singulis Fratribus Recollectis prædictis, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, ac privationis vocis activæ, & passivæ, ac etiam carcerationis, illorum verò Superioribus sub privationis officiorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis districtè præcipientes mandamus, quatenus Fratres videlicet præfati Caputium acuminatum, quod nunc deferunt, omninò deponant, omniaque & singula, quæ in literis nostris, & sententiæ præinsertis hujusmodi ordinantur, promptè exequantur, & adimpleant: Superiores verò præfati præmissa omnia observari curent & faciant realiter, & cum effectu. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in præinsertis literis prædictis volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitz, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die ultima Julii 1632. Pont. Nostri Anno 9.

Confirmatio Decreti editi à Sacra Rituum Congregatione ad favorem Abbatum Congregationis Camaldulensium Monachorum Ordinis S. P. Benedicti, super usu Baldachini, ac facultate celebrandi solemniter in Pontificalibus.

De Congregatione Camaldulensium lege indicata ad Const. 1. Alex. II. Nulli fidelium, sup. tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1632. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Desiderii Arigonii, seu Bardellonii de Mantua, Procuratoris generalis Congregationis Camaldulensis Nobis expositum fuit, quod aliâ à Ven. fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis emanavit decretum tenoris subsequenti, videlicet: Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Columna referente, ad instantiam P. D. Desiderii Arigonii, seu Bardellonii de Mantua, Procuratoris generalis Congregationis

Quam abprobatur, & observari omnino mandatur, & contrariis omnibus irritum imponitur.

Contraria remove.

Exemplis fidei præfati decernitur.

Dat. P. An. 9. die 31. Julii.

CXXXVI

A Sacra Rituum Congregatione etiam hæc præfata ad Caputium Camaldulensium

gregationis Camaldulensis, nomine Abbatum ejusdem Congregationis, ut attenda antiqua consuetudine solemniter cum Baldachino, & Assistentibus in eorum Ecclesia celebrandi, recederetur quoad eos à decretis alijs hac de re editis in causis Firmana 28. Januarii 1606. & Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituum Congregatio censuit licere Abbatibus Congregationis Camaldulensis, quando solemniter celebrant, quod in tribus tantum quolibet anno festiuitatibus eis facere permittitur, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, cum assistentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistola, ac sex aliorum ad summum Monachorum sacris vestibus indutorum, quorum duo assistant cum Pluvialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris temporis convenientis, & dummodo iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam & permanentem, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit, sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia his tantummodo tribus diebus per annos singulos, quibus Abbates solemniter celebraturi erunt, & dicti sex Monachi, ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedent in loco congruo, juxta Ecclesie convenientem situm, ad hunc effectum tunc appositis, panno laneo coopertis, dictis Sacre Congregationis Decretis in causa Firmana, & Neapolitana editis alijs in suo robore permanentibus. Die 22. Augusti 1632.

Supplicat Pont. ut illud confirmetur §.2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, dictus exponens decretum hujusmodi Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri summopere desideret.

Quod approbat. & confirmat. §.3. Nos illum favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdictionis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & poenis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter potestatis inclinatis, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus & confirmamus, illique inuolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Quasdam preferunt. non addit. §.4. Decernentes illud, necnon presentes literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuolabiliter observari.

De iudicijs §.5. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere: ac irritum & inane si quid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

De remissionibus §.6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis, & quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, iudicatis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. mensis Sept. 1632. Pont. nostri anno 10.

CXXVII. Prohibitio ne Fratres Carmelitæ Calceati de Observantia in Belgio, & Siciliae Provincijs gestent habitum per Fratres ejusdem Congregationis Discalceatos gestari solitum, nec se Fratres Carmelitas reformatos Sanctæ Theresiæ vocent, aut subscribant.

Carmelitarum Regulam à Divo Alberto Hierosolymitana Ecclesia Patriarcha traditam approbat. vit Honor. III. ut in ejus conscri. 8. Ut vivendi, sup. tom. 1. ubi lege tibi indicata: Discalceatorum vero, tam virorum, quam Monialium Congregationem approbat Gregor. XIII. Const.

64. Pia consideratione, sup. tom. 2. Canoniz. nem autem Sanctæ Theresiæ eorum fundatrix habes in Gregorio XV. Const. 20. Omnipotens, sup. tom. 3. Vide etiam infra ad Const. 28. Intes cæteras.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex in Sede Principis Apostolorum à Domino constitutus, ex incumbenti sibi munere ad ea potissimum mentis suæ aciem assidue intendit, per quæ Christi fideles divinis obsequijs sub suavi religionis iugo, & strictioris observantiæ regulis mancipati prosperè dirigi valeant, & si aliqua unquam subrepunt corruptelæ, ipsæ personæ in pacis amenitate vota sua Domino reddant, & felicioribus in dies proficiant incrementis.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Sanctæ Eliæ Nobis nuper exponi fecit, nonnulli religiosi Carmelitæ Calceati de Observantia nuncupati, in Belgio existentes habitum per Fratres ejusdem Congregationis Discalceatorum gestari solitum, & per eos susceptum, vel eidem similem, cum gravi Fratrum Discalceatorum Congregationis hujusmodi damno, à primæ sui forma mutaverint, & variaverint, malumque hujusmodi in alios etiam, & præsertim Siciliae Provincijs serpere cæperit, quin etiam Fratres Carmelitæ Calceati hujusmodi se Carmelitas reformatos Sanctæ Theresiæ vocitent, & subscribant, in grave ipsorum Fratrum Discalceatorum detrimentum, & scandalum plurimorum.

§.2. Nos pro muneris nostri debito huic malo de opportuno remedio, per quod Fratrum Calceatorum præfatorum temeritas compescatur, quantum cum Domino possumus providere, ac Fratrum Discalceatorum Congregationis hujusmodi, quam in visceribus gerimus charitatis, prospero, & felicitate statu, & directioni consulere volentes, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Fratribus Carmelitis Calceatis de Observantia nuncupatis prædictis, sub excommunicationis majoris latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, & quoad illorum Superiores, etiam suspensionis ab officiis per eos obtentis ipso facto incurrendis poenis districtè præcipiendo mandamus, ut habitum regularem uniformem, & per eos antea susceptum, juxta Congregationis eorumdem Carmelitarum Calceatorum de Observantia hujusmodi communia statuta deferant, nec illum ullo unquam tempore mutare, vel variare audeant, vel præsumant, absque speciali hujus Sanctæ Sedis licentia.

§.3. Illis vero, qui eundem habitum, ut supra mutarunt, vel quoquo modo variarunt, sub eisdem censuris, & poenis ut præsertur incurrendis similes mandamus, ut intra duorum mensium spatium post publicationem presentium, eundem habitum, prout antea deferebant, & quem communis usus, juxta universalia statuta Congregationis Fratrum Carmelitarum Calceatorum de Observantia hujusmodi reassumere omnino debeant, & teneantur, neque se Carmelitas reformatos Sanctæ Theresiæ, vel Beatæ Theresiæ nominent, vel subscribant.

§.4. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque locorum Ordinarijs, in prædictis, & alijs Provincijs, & locis, ubi opus fuerit, constitutjs per presentes committimus & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, Fratres Calceatos de Observantia hujusmodi ad presentes literas, omniaque & singula in illis, ut supra contenta, & ordinata plene observanda, & adimplenda, sub poenis prædictis cogant, & compellant, invocato etiam ad

Carmelitæ Calceati de Observantia nuncupati, in Belgio existentes habitum per Fratres ejusdem Congregationis Discalceatorum gestari solitum, & per eos susceptum, vel eidem similem, cum gravi Fratrum Discalceatorum Congregationis hujusmodi damno, à primæ sui forma mutaverint, & variaverint, malumque hujusmodi in alios etiam, & præsertim Siciliae Provincijs serpere cæperit, quin etiam Fratres Carmelitæ Calceati hujusmodi se Carmelitas reformatos Sanctæ Theresiæ vocitent, & subscribant, in grave ipsorum Fratrum Discalceatorum detrimentum, & scandalum plurimorum.

Supplicat Pont. ut illud confirmetur

Quod approbat. & confirmat.

Quasdam preferunt. non addit.

De iudicijs

De remissionibus

URBANUS OCTAVUS.

ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Classif. ad-
1.

§. 5. Decernentes, easdem presentes literas, etiam ex eo quod interesse in praemissis habentes ad id vocati, citati, & audit, non fuerint, vel alius quovis praetextu, vel causa, de subreptione, vel obreptione, seu nullitate vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, retractari, aut in jus, vel controversiam vocari nullatenus unquam posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari.

Classif. ad-
2.

§. 6. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis Apostolicae Nuntios, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Classif. ad-
3.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis praedicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis Fratrum Carmelitis Calceatis praefatis, illorumque Superioribus, & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, & scientia similibus, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Classif. ad-
4.

§. 8. Volumus autem, quod praesentibus literis, ac omnibus in eis contentis nullatenus derogetur, aut derogatum sit, vel esse censetur, nisi de eis specialis & specifica, non autem per clausulas generales idem importantes mentio omnino fiat, quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Classif. ad-
5.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1. Decembris 1632. Pont. nostri anno 10.

De Missionibus Religiosorum cujuscumque Ordinis ad Japonicas, & alias Indiarum Orientalium Regiones: Impedientium poenis, & aliis ad eas pertinentibus.

Ad hoc vide Clem. VIII. const. 74. Onerosa, sup. tom. 3. & Pauli V. const. 90. Sedis Apostolicae, d. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

EX debito pastoralis officii saluti animarum, & fidei Catholicae propagationi prospicientes, ea quae providè à Romanis Pont. praedecessoribus nostris propterea ordinata fuerunt, si subinde experientia doceat ea mutatione indigere, libenter immutamus, aliasque disponimus, prout ad fidei Catholicae propagationem, & animarum salutem hujusmodi conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Classif. ad-
6.

§. 1. Aliàs siquidem fel. rec. Gregorius Papa XII. praedecessor noster, certis tunc expressis causis adductus, per suas in simili forma Brevis literas, sub dat. die 28. Januarii 1585. Pontificatus sui anno 13. omnibus Patriar-

chis, & Episcopis, etiam Provinciis Chinae, & Japonis, sub interdicti Ecclesiastici, & suspensionis ab ingressu Ecclesiae & Pontificalium exercitio; aliis vero Sacerdotibus, Clericis, & Ministris Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cujusvis Ordinis regularibus, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existent, sub excommunicationis majoris poenis ipso facto incurrendis interdixit, & inhibuit, ne ad earum regiones, & Provincias Japonicas Evangelii praedicandi, vel doctrinam Christianam docendi, aut Sacramenta administrandi, aliaque munia Ecclesiastica obeundi causa, sine suae, & Sedis Apostolicae expressa licentia proficisci auderent.

Japonis praedicandi causa, sed Sedis Apostolicae licentia.

§. 2. Postmodum autem rec. mem. Clemens Papa VIII. similiter praedecessor noster, accepto quod tam Chinae, & Japonum, quam aliae illius vicinae, & adjacentes Insulae, Regiones, & Provinciae, ac finitima Regna Indiae Orientalis amplissima, & populis refertissima erant, & pro tanta animarum multitudine ad fidem Catholicam traducenda, & spiritualibus alimentis fovenda, praesentis operarii, ac ministri necessarii erant, quam ex sola Religiosorum Societate JESU haberi poterant, omnibus, & singulis Mendicantium Ordinum Magistris, seu Prioribus tunc & pro tempore existentibus indulgit, ut eadem necessitas postulasset, quoslibet Ordinis sui spectatae vitae, & eruditionis religiosos, quos nimirum ad praedicta Officia, & ministeria idoneos, & utiles fore in Domino judicarent, per Lusitaniam dumtaxat, & suscepta inde navigatione, in Indias, & Civitatem Goam, atque ad Superiores Ordinum in illis partibus existentes transmittere; & tam ipsi sic transmittendi, quam alii supradictorum Ordinum Religiosi in eisdem Indiarum partibus existentes, & ad hoc munus obeundum à suis Magistris, Ministris, vel Prioribus generalibus, seu aliis Superioribus electi, & approbati, tam ad Japonicas praedictas, quam ad alias proximas, & adjacentes, etiam Chinae, & finitimorum Regnorum, & terrae firmae Indiae Orientalis Insulas, regiones, & Provincias accedere possent. Ceterum omnibus, & singulis Religiosis, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis essent, sub excommunicationis majoris, à qua non nisi à Romano Pontifice, praeterquam in articulo mortis absolvi possent, necnon privationis vocis tam activae, quam passivae, ac dignitatum, administrationum, & officiorum quorumcumque, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac exercenda poenis, ipso facto abique ulla declaratione incurrendis interdixit, & prohibuit, ne ex Insulis Philippinis nuncupatis, sive qualibet alia Indiarum Occidentalium, vel quae pro partibus Indiarum Occidentalium tunc habebantur, parte ad illas pertinente, in Japonicas, & alias illis proximas, adjacentes, & finitimas Insulas, Provincias, & Regiones praedictas, etiam quorumcumque privilegiorum eis, vel suis Ordinibus à dicto Clemente, & Romanis Pontif. Praedecessoribus suis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, in genere, vel in specie, etiam super facultate praedicandi verbum Dei per universum mundum eatenus concessorum, seu imposterum etiam concedendorum, approbandorum, & innovandorum, nisi in illis de prohibitione hujusmodi, & interdicto specialis, specifica, & expressa mentio, cum sufficienti derogatione fieret, aut quovis alio praetextu, & quovis colore proficisci, & transire auderent, vel praesumerent, & si qui eatenus, vel imposterum secus facerent, postquam moniti essent, statim sub eisdem poenis, omni mora, & excusatione cessante, ad dictas Insulas Philippinas, vel alias partes Indiarum Occidentalium reverti, & redire omnino tenerentur, & ad id per quoscumque Judices Ecclesiasticos, sub eisdem, & aliis eorum arbitrio infligendis poenis cogi, & compelli possent.

Hanc prohibitionem du claravit Clemens VIII. in const. 94. Onerosa, sup. tom. 3.

§. 3. Et subinde fel. rec. Paulus Papa V. similiter praedecessor noster, accepto experientia compertum esse, quod prohibitio accedendi ad Indias, & Civitatem Goam aliàs quam per Lusitaniam, nec qui sperabatur ex ea fructum protulerat, neque Catholicae fidei propagationis negotio utilis fuerit, & propterea ut tantum opus Dei, sublato omni impedimento, liberè peragi posset, providere volens, omnibus, & singulis mendicant

Subinde Paul. V. nonnulla super hoc disposita in const. 90. Sedis Apostolicae, sup. tom. 3.

mendicantium Ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis Ordinum capitibus tunc, & pro tempore existentibus, ut eam necessitas postulare, quoslibet Ordinis sui spectata vita, & eruditionis religiosos, quos nimirum ad prædicta officia, & munia idoneos, & utiles fore in Domino judicasset, ac Superiores Ordinum in illis partibus existentibus, etiam per aliam viam, quam per Lusitaniam in Japonicas, & alias illis proximis adjacentes, & finitimas Insulas, Provincias, & Regiones prædictas, servata in reliquis dictarum literarum Clementis prædecessoris forma in omnibus, & per omnia, & non aliter, transmittere liberè, & licitè valent, indulget, & alias prout in Gregorii, & Clementis, ac Pauli V. prædecessorum prædictorum literis desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenè continetur.

Modo in familiam Christi Evangelium possit prædicari in Insula ac Regnis Orientalibus, etiam in Superioribus, quorumque Ordinum, ut religiosi ad ipsas conversiones mittere possint, etiam per Lusitaniam.

§. 4. Cum autem experientia plurimum auctoritatem fuerit, ordinationes in prædictis litteris contentas non sufficere, easque aliqua provisione indigere, ut in prædictas Insulas, & Regna felicè, ac faciliè Sacrosanctum Christi Domini Evangelium prædicari, & propagari possit, ac valeat: Nos pro officii nostri debito post habitam cum Ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus negotio propagandæ Fidei per universum mundum præpositis maturam deliberationem, præfati Pauli prædecessoris nostri literis inherentes, omnibus, & singulis Religionum cujuscumque Ordinis, aut Instituti, etiam Societatis JESU, Magistris, Ministris, seu Prioribus Generalibus, aut quocumque nomine nuncupentur, Ordinum Capitibus nunc, & pro tempore existentibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ut cum eis expedire visum fuerit, quoslibet suarum Religionum, Ordinum, & Instituti Religiosos, quos ætate, vita, moribus, & scientia idoneos esse ad Missiones judicaverint, ad prædictas Insulas, Provincias, Regiones, & Regna Indiarum Orientalis, etiam per alias vias, quam per Lusitaniam, liberè, & licitè mittere possint, ac valeant, servata tamen in reliquis præfatarum literarum Clementis prædecessoris nostri forma in omnibus, & per omnia, & non aliter.

Impedientes hujusmodi accessum excommunicat.

§. 5. Necnon quoscumque Ecclesiasticos, & Religiosos cujuscumque Ordinis, tam non mendicantium, quam mendicantium, etiam Societatis JESU, & sæculares, Religiosorum, ut præfertur, mittendorum ad Insulas, Provincias, Regiones, & Regna prædicta accessum hujusmodi impedientes excommunicationis lætæ sententiæ vinculo innodamus.

Religiosi missi in districtu Casochino Romano, & Doctrinam Christianam Carl. Bellarmini, in insularibus illis prædicent.

§. 6. Religiosos verò, ut supra mittendos, ac etiam missos, & in prædictis locis nunc degentes, plurimum in Domino hortamur, ut in docendo populos, & præsertim de recenti ad fidem Christianam convertos, uniformes sint, ne ob doctrinæ diversitatem, præsertim in materiis moralibus, neophyti illi aliquod scandalum patiantur, quia in hac re Generalium præfatorum curam, & vigilantiam plurimum profuturam arbitramur, eisdem injungimus, ut prædictos suos Religiosos ad servandam prædictam conformitatem sæpiùs adhortentur. Ut autem id faciliùs succedat, præfati Religiosi instruendis populis prædictorum locorum Indiarum Orientalis Catechismum Romanum, & Doctrinam Christianam parvam, & magnam bonæ memoriæ Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmini nuncupati, in linguis prædictorum populorum translatis, & impressis, si fieri poterit, omninò adhibeant.

Christianis in illis Provinciis diffundendis, ut per ipsos Sa. ramenta etiam parochialia à quocumque Sacerdote, ad eos missa, indulget, ut ter requiritur in Ordine. Epi. spaiem.

§. 7. Quoniam autem, sicut non sine animi nostri dolore intelleximus, in Japone à pluribus annis contra Christianos, & præsertim Religiosos, acerrima persecutio fuit commota, eaque usque ad præsentem perdurat, & viget, omnibus, & singulis Christianis nunc in Japone existentibus, & pro tempore futuris, ut à quibusvis Sacerdotibus, ut supra, à generalibus eorum illic missis, ac mittendis, quorum copiam habere poterunt, Sacramenta (ordinem tamen Episcopalem non requirunt) etiam parochialia, durante præfati rerum statu, suscipere liberè, & licitè valeant, concedimus pariter, & indulgemus.

§. 8. Ceterum quia à sacris Canonibus, Conciliorum decretis, ac Apostolicis Constitutionibus, omnibus Religiosis, ac etiam aliis Ecclesiasticis, præsertim in sacris Ordinibus constitutis, mercatura, & negotiationes sæculares districtè prohibentur, ac valde damnosum, indecorum, & indecens existit, hujusmodi personas divino cultui mancipatas, ac præcipuè illas, quæ ad prædicandum Sacrosanctum Christi Domini Evangelium destinatæ sunt, præfatis mercaturis, & negotiationibus se immiscere, aut operam dare, prædictorum factorum Canonum, ac Decretorum, Constitutionumque Apostolicarum dispositioni inherentes, auctoritate Apostolica, earundem tenore præsentium, Religiosis omnibus cujuscumque Ordinis, & Instituti, tam non mendicantium, quam mendicantium, etiam Societatis JESU, eorumque singulis, tam in prædictis locis nunc existentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quancumque mercaturam, seu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingat, sive per se, sive per alios, sive proprio, sive Communitatis nomine, directè, sive indirectè, aut quovis alio prætextu, causa, aut colore interdicimus, & prohibemus sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorum, ac graduum, & dignitatum quorumcumque, etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium, & lucrorum, ex eis factorum: quæ omnia à Superioribus Religionum, ex quibus delinquentes existunt, reservanda erunt ad usum Missionum, quas eadem Religionum habent, & habituræ sunt in futurum in prædictis Indiis, & non in alios usus, eisdem Superioribus districtè præcipientes sub eisdem pœnis, ut in hoc invigilent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procedant, sublata eisdem facultate hujusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris, quantumvis minimum remittendi, aut condonandi.

Religiosi in mercatura, negotiationibus, & aliis hujusmodi negotiis se immiscere, aut operam dare, interdicimus, & prohibemus sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorum, ac graduum, & dignitatum quorumcumque, etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium, & lucrorum, ex eis factorum.

§. 9. Quod si fortè aliqua controversia inter Religiosos dictarum Religionum, quod Deus avertat, oriantur, Episcopi locorum prædictorum pro tempore existentes, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, illas decidant, & terminent. Si verò graviora quædam negotia occurrerint, ea ad Nos, & Romanos Pontifices successores nostros quantocitius ab eisdem Episcopis referantur, ut quod in illis statui, ac decerni debeat, matura consultatione adhibita, provideri possit, sicque volumus, & ordinamus.

Controversie inter Religiosos locorum prædictorum pro tempore existentes, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, illas decidant, & terminent.

§. 10. Decernentes præfatas literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

Præfatas literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 11. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & definitum debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & definitum debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Mandantes propterea universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac cæteris Ecclesiarum, & locorum etiam Regularium Prælati per universum Orbem constitutis, ut præfatas literas in suis quisque Provinciis, Civitatibus, Diocæsi, Capitulis, & jurisdictionibus, ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties ab Ordinum prædictorum Religiosis requisiti fuerint, solemniter publicari curent, & faciant.

Mandantes propterea universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac cæteris Ecclesiarum, & locorum etiam Regularium Prælati per universum Orbem constitutis, ut præfatas literas in suis quisque Provinciis, Civitatibus, Diocæsi, Capitulis, & jurisdictionibus, ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties ab Ordinum prædictorum Religiosis requisiti fuerint, solemniter publicari curent, & faciant.

§. 13. Non obstantibus interdictis, & prohibitionibus, ac literis dictorum prædecessorum, aliisque præmissis, necnon Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis specialibus, & generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, vel Constitutionibus de una, & duabus dietis, ita quod vigore præsentium, etiam ultra duas dietas quilibet trahi possit, necnon prædictæ Societatis JESU, aliarumque Religionum, Provincialium, & Regionum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmiter alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis illis, eorumque Prælati, Superioribus, & personis, etiam particularibus,

Non obstantibus interdictis, & prohibitionibus, ac literis dictorum prædecessorum, aliisque præmissis, necnon Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis specialibus, & generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, vel Constitutionibus de una, & duabus dietis, ita quod vigore præsentium, etiam ultra duas dietas quilibet trahi possit, necnon prædictæ Societatis JESU, aliarumque Religionum, Provincialium, & Regionum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmiter alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis illis, eorumque Prælati, Superioribus, & personis, etiam particularibus,

tionibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolite clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, in genere, vel in specie, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliis de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex quibus forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice specialiter & expressè, in quantum nostris prohibitioni, & interdicto, aliisque præmissis adversentur, harum serie derogamus, ac derogatum esse, & ceteris, neque illa eis ullatenus suffragari volumus, & declaramus, ceterisque contractis quibuscumque. Declaramus etiam, ac decernentes facultatem eligendi posteriorem Datam quibusvis Ordinibus, Societatibus, etiam JESU nuncupatis, & aliis quibuscumque, etiam speciali nota dignis concessam, nemini adversus presentes nostras litteras posse unquam suffragari.

§. 4. Et quia difficile foret, presentes litteras ubicumque usus venerit, ostendi, & publicari, Volumus ut earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, vel alicujus dictarum Religionum Secretarii subscriptis, & per nos in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel cujusvis ex Generalibus prædictis sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 22. Februarii 1633. Pont. Nostri Anno 10.

XXIX. Confirmatio designationis Novitiatum factæ à Fratribus Eremitis S. Augustini Congregationis Lombardiæ, vigore facultatis concessæ Cardinali Protectori, vivæ vocis oraculo à Paulo V. Ac concessio, quod in illis possint recipere Novitios ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum.

Extendis hic Pont. Const. Greg. XV. quam habes sup. tom. 3. num. 27. Romanus Pontifex, ad omnia viva vocis oracula, etiam S. R. E. Cardinalibus facta, & eorum manu firmata, ut in Constitut. 9. Aliis fel. rec. hic sup. Sed huic confirmationi nihil obstat, cum illa extenso sit prior.

Super professionibus per Regulares emissis, non factis in locis designatis Novitiati, nonnulla sancivit hic S. D. N. Urbanus, ut hic supra in Const. 5. Religiosos, ad quam legere poteris Const. Pont. hic indicatas. Et de Eremitis S. Augustini lege ad Const. 40. Romanus, sup. tom. 4.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Vicarii generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Lombardiæ, quod aliis de anno 1608. fel. rec. Paulus Papa V. prædecessor noster, ejus vivæ vocis oraculo bonæ memoriæ Antonio Episcopo Ostiensi, Cardinali Saulio nuncupato, tunc ejusdem Congregationis apud ipsum Paulum prædecessorem, & Sedem Apostolicam Protectori factæ, præfatæ Congregationi Novitiatus in aliquibus ejus Domibus regularibus erigendi, seu designandi facultatem concessit: cujus quidem facultatis vigore, unus in Inconronatæ nuncupatæ, Mediolanensis, & alius in Sancti Augustini Bergomensis, & reliquis Novitiatus hujusmodi

in Sancti Barnabæ Brixientis, ejusdem Congregationis Domibus regularibus erecti, seu designati, in eisque à viginti quatuor annis citra Novitii ad habitum, & probationis annum peragendum, & professionem regularem deinde emittendam recepti, & admissi fuerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, stante constitutione nostra, quarumcumque gratiarum, indulgentiarum, & privilegiorum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris vivæ vocis oraculo concessorum revocatio, ne de præmissorum substantia, & validitate ullo unquam tempore dubitari contingat, illa cum inde secutus Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti plurimum desiderent.

§. 3. Nos Vicarium, & Fratres prædictos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, erectionem, seu designationem Novitiatum prædictorum vigore dictæ facultatis, ut præfertur, factas, cum omnibus inde secutis, dummodo tamen in Novitiatis hujusmodi Novitii ad præscriptum decreti à Nobis super receptione, & educatione Novitiorum ultimo loco editi, necnon sic. record. Sixti V. prædecessoris nostri, ac aliarum constitutionum Apostolicarum, & Decretorum pariter similis mem. Clementis VIII. institutionumque generalium super receptione, & educatione Novitiorum ejusdem Clementis, necnon Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum similiter nostrorum auctoritate editarum recipiantur, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuò approbamus, confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes præmissa, ac presentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus nostra prædicta, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 15. Martii 1633. Pont. nostri anno 10.

Quod Fratres S. Augustini Discalceati Hispaniarum, in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes, à quovis Catholico Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente, Minores & Sacros Ordines, etiam non servatis interstitiis, suscipere possint.

De his Fratribus vide sup. ad Const. 63. Clem. VIII. Decret, tom. 3.

Supplicans Pont. pro confirmatione hujus ordinationis.

Quam Pont. approbat, & in eis Novitios ad præscriptam Const. Apostolicam recipi posse concedit.

Hæc Const. legitur in 1. rubricis in articulo.

Clausulas præscriptas non apponit.

Ita judicari mandati.

Contraria remove.

Dm. P. A. 10. die 15. Mart.

CXXX.

Venerabili in Xpo Patri Fratri Joanni de Annuntiatione Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sancti Augustini

valcant incommodis pergravari, paternis, & sollicitis studiis intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum, & Indi-

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sancti Augustini

§.2. Nos Procuratorem, & Fratres predictos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio Propagandae Fidei praepositorum consilio, eisdem fratribus, ut à quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & communicationem Apostolicae Sedis habente, in propria Diocesi residente, vel in aliena de Diocesani loci consensu Pontificalia exercente, per eos eligendo, ad quatuor Minores quatuor feriatis, seu unica, & subinde ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ordines tribus Dominicis, seu aliis festivis diebus continuis, vel interpolatis, etiam extra tempora ad id à jure statuta, ac interstitiis à Sacro Concilio Tridentino designatis minime servaris, annique curriculo non expectato, etiam si in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus, antequam ad alium promoveantur, se non exercuerint, dummodo tamen ad id idonei reperiantur, promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & licitè valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus. Necnon Antistiti per eos eligendo hujusmodi ordines predictos tibi conferendi licentiam impartimur.

§.2. Nos pro nostri muneris debito in praemissis consulti esse cupientes, ac Joannem, & Fratres predictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dicti Joannis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, si officium Ministri Generalis praedicti ante finitum sexennium vacare contigerit mortis, renuntiationis, depositionis, aut alia quavis causa, statim primus Diffinitor Generalis convocet ceteros Diffinitores Generales, & Ministros Provinciales Provinciarum Hispaniae, & primodicto Diffinitore Generali praesidente, omnes simul canonicè eligant unum Vicarium Generalem, qui eandem auctoritatem, praerogativam, vocem, & locum, ac Minister Generalis praedictus habeat, ejusque Vicarii Generalis hujusmodi officium duret usque ad finem primi subsequenti Capituli Generalis, in quo electionem Ministri Generalis fieri praecipimus.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Si congregato jam Capitulo Generali Minister Generalis aegrotaverit, vel propter aliam causam ad Capitulum non accesserit, tunc totum Capitulum eligat Praesidentem Generalem in prima ejusdem Capituli sessione, qui in absentia Ministri Generalis eisdem auctoritate, & praerogativis praesideat: cuius Praesidentis officium solidum duret usque ad finem ejusdem Capituli, quod tunc celebratur.

§.4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§.4. Si congregato Capitulo Generali, etiam contigerit Ministerium Generalem à vita discedere, electo prius Praesidente, ut dictum est, fiat electio Ministri Generalis in illo Capitulo, in quo hoc eveniret.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1633. Pont. Nostri Anno 10.

§.5. Sicque, & non aliter ab ipsis Fratribus in praemissis perpetuè observari, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & commissarios judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, ac decernimus, & declaramus.

CXXXI. De vacatione non expleto sexennio, & aliis casibus Ministri Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Reformatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum.

Habes de hac Congregatione materiam plenè signatam sup. ad hujusmodi Pont. Consilii. 3. Cum sicut.

§.6. Non obstantibus fel. rec. Pauli Papae V. praedecessoris nostri, sub Dat. die 14. Augusti 1613. & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque

Venerabili in Xpo Patri Fratri Joanni de Annuntiatione Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sancti Augustini

§.7. Volumus

§. 7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.
Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Augusti 1633. Pont. Nostri Anno 11.

ab Ecclesia B. Mariae supra Minervam ad Ecclesiam apud eandem B. Mariae de Anima, etiam nuncupatam respectivè, de mane per universum Clerum, tam saecularem, quam regularem, post meridiem verò per Archiconfraternitates, & Confraternitates saecularium canonicè institutas Almae Urbis praedictae fient, interfuerint, vel qui in eadem, seu immediatè sequenti hebdomada duas ex dictis Basilicis, sive Ecclesiis, saltem semel visitaverint, ibique devotè ut supra Deum oraverint, necnon feria quarta, & sexta, ac Sabbato ejusdem, vel sequentis hebdomadae jejunaverint, atque peccata sua confessi, sequenti saltem die Dominico sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter sumperint, & eleemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggererit, fecerint: Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Urbem existentibus in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsi deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, prima vel secunda hebdomada, postquam ad eorum noticiam hæ nostrae litterae devenerint, indicendae, & agendae interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eisdem designandas saltem semel visitaverint, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissima Communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore presentium concedimus & elargimur.

XXII. Indictio Jubilaei universalis ad Divinam iram avertendam, & Catholicæ rei pericula, ac detrimenta, praesertim in Germania ingruentia removenda. Et ejusdem prorogatio ad alias duas hebdomadas, cum declaratione quod possint Christi fideles supplere in sequentibus duabus, si quid in primis hebdomadibus pro consequenda Indulgentia hujusmodi omiserint.

Multoties ex urgentissimis causis indicit hic S.D.N. Jubilaeum, quae (ne toties repetam) vide verbo Jubilaeum, in Repertorio.

URBANUS PAPA VIII.
Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Teratis precibus, atque indictis publicè supplicationibus ad Deum sæpiùs clamavimus, ut calamitatum turbine correptos Nos liberaret, & ærumnas populo suo imminentes averteret, quæ etsi penitus amotæ non sint, ex parte tamen divina clementia sublata, aut esse mitigatas intelligimus. Commoti igitur Catholicæ rei periculis & detrimentis, in Germania praesertim ingruentibus, decrevimus in jejunii, & oratione perseverantes accedere ad eum denuò, qui assiduas fidelium petitiones exaudire consuevit: speramus enim, cum sit Creator, Redemptor, & misericors Pater animarum nostrarum, fore ut planè Nobis propitiatus, & culpæ, quibus ultionem meremur, oblitus, Nos voti compotes efficere non dedignetur. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium matris, & magistræ more, in presentibus necessitatibus ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & largissimè erogare decrevimus.

§. 1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubicumque locorum constitutos, Apostolica auctoritate paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiae suae fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, praecipuè presentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus meritis minimè suffragantibus contulit, universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe praedicta degentibus, qui solemnè processioni, quam à Basilica Principis Apostolorum in Vaticano, ad Ecclesiam Archihospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia nuncupatam de Urbe, feria quarta sequentis hebdomadae, quæ erit 19. presentis mensis Martii, unà cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatibus, & Proceribus, ac universo Clero, & Populo agemus, aut alteri ex processione, quæ feria sexta ejusdem hebdomadae 31. dicti mensis à Basilica S. Mariae Majoris ad Ecclesiam Lateranensem, & Sabbato ejusdem hebdomadae prima Aprilis Bullar. Mag. Tom. I V.

§. 2. Navigantes verò, aut iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & loco interventus in processione, visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut parochiali loci ejusdem domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quam Religiosis, saecularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento dentis, qui supra expressa, scilicet jejunium, eleemosynam, Ecclesiæque, seu Ecclesiarum visitationem, ac interventum in processione, & orationem, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius, quem ut infra elegerint, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 3. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri hujus pretiosissimi thesauri, Universis, & singulis utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis, saecularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere quemcumque presbyterum Confessarium, tam saecularem, quam cujusvis ordinis regularem ex approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedè Apostolicæ etiam in literis die Cænas Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantùm, non tamen à crimine hæresis absolvere, & liberare valeant.

§. 4. Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

§. 5. Quapropter tenore presentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus fratribus

Regularibus, & saecularibus, utriusque sexus, & alio impeditis mandam statim.

Eligendi Confessarium, qui eos absolvent, etiam à recepta hæresi facultatem concedit.

Actum à communi, 172. 9. Castitatis, ad Religionis.

Exequiorem deponat.

R

fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, ac Cleris, & Populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Rabillandi præsentium non tribuit.

§. 6. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensate, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie.

Publicæ de- nuntiati quomodo pœnæ conferant, de- clarat.

§. 7. Neque etiam easdem præsentibus iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælati, seu iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi in fra tempus celebrationis huiusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolventi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque

Exemplis fidei adhiberi debent.

§. 9. Ut autem præsentibus nostris, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur, ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 11. die 23. Mar. Pont. Nostri Anno Undecimo.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Martii, millesimo sexcentesimo trigésimo quarto, Pont. Nostri Anno Undecimo.

Edita An. D. 1634.

URBANUS PAPA VIII. Universis Christi fidelibus præsentibus literis inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex parte com. et. rem præ. dicit Jubilæi.

§. 1. Pastoralis charitate, qua gregem Dominicæ curæ nostræ divinitus commissum prosequimur, eoque precum & piorum operum fiducia adducti, ad divinam opem pro præsentibus Ecclesiæ necessitatibus, præsertim in Germania urgentibus, implorandam per nostras in simili forma Brevis, sub die 23. Martii proximè præteriti expeditas literas Universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui Processionibus tunc expressis interfuerint, vel Basilicas, aut Ecclesias, etiam tunc expressas visitassent, & ibi pro Fidei Catholice defensione, hæresum extirpatione, ac Principum Christianorum concordia devotè orassent, necnon feria quarta, & sexta, ac sabbatho unius ex duabus hebdomadis

jejunassent, atque peccata sua confessi, sequenti saltem die Dominico Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reverenter sumpserint, & elemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggesserit, fecissent, cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Urbem existentibus, in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam præfate nostræ literæ devenissent, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitassent, ibique ut supra Deum oravissent, ac feria quarta, sexta, & sabbatho alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunassent, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissima Communione refecti fuissent, & elemosynas similiter arbitrio suo fecissent, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem in forma Jubilæi concessimus, & elargiti sumus, cum facultatibus, prout in dictis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quod res. dit. at. in. manu.

§. 2. Ut autem illorum, qui certis ex causis præpediti, seu aliis participes infra tempus in dictis literis præfixum pretiosissimi huius thesauri fieri non potuerunt, spirituali consolationi, animarumque saluti consulamus, plenissimæ in forma Jubilæi Indulgentiæ huiusmodi munus, cum omnibus & singulis facultatibus, indultis, decretis, & gratiis in præfatis literis nostris contentis, ad duas post Dominicam in Albis immediatè sequentes hebdomadas, quoad Christi fideles in Alma Urbe nostra prædicta, quo verò ad alios extra eandem Urbem ubivis locorum & terrarum, ut præfertur, degentes à fine primæ, vel secundæ hebdomadæ in eisdem literis expressè computandas, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, Apostolica auctoritate tenore præsentium extendimus, & prorogamus, itaut Christi fideles præfati, qui tempore in eisdem literis præfixo, cælestem indulgentiæ huiusmodi thesaurum non fuerint consecuti, si duabus hebdomadis per præsentibus prorogatis durantibus, vel in altera earum similiter pro Fidei Catholice defensione, præsertim in Germania, ac etiam in Regno Poloniæ, aliisque Provinciis, & Regnis infidelium, & hæreticorum ditionibus finitimis, hæresumque extirpatione, ac Christianorum Principum concordia devotè ut supra oraverint, aliaque omnia & singula in dictis literis comprehensa adimpleverint, eandem Indulgentiam consequi valeant in omnibus & per omnia, perinde ac si literæ nostræ huiusmodi etiam duas hebdomadas per præsentibus prorogatas comprehenderent.

Commissio. facultatis. et. si. fuit. do. quæ. res. omni.

§. 3. Ac præterea benigniùs cum eisdem Christi fidelibus agentes, concedimus & indulgemus, ut quicumque in tempore in nostris literis prædictis præfixo, aliqua in illis præscripta ad Indulgentiam huiusmodi consequendam egerint, aliqua verò omiserint, si hæc in duabus hebdomadis per præsentibus prorogatis durantibus, vel aliqua earum adimpleverint, Indulgentiam prædictam nihilominus consequantur, ac gratiis huiusmodi fruantur, sicut consequerentur, & fruerentur, si omnia dictis duabus hebdomadis per præsentibus prorogatis durantibus, vel aliqua earum adimpleverint, Indulgentiam prædictam nihilominus consequantur, ac gratiis huiusmodi fruantur, sicut consequerentur, & fruerentur, si omnia dictis duabus hebdomadis per præsentibus prorogatis durantibus, aut earum altera præstarent.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. die 21. Aprilis 1634. Pont. nostri anno 11.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 21. Aprilis 1634. Pont. nostri anno 11.

Communicatio Privilegiorum omnium, non XXX Mendicantium, & Mendicantium Ordinibus seu Congregationibus Clericorum concessorum

rum, Fratribus Discalceatis Hispaniarum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Isorum Fratrum Congregationem Hispaniarum inter alios Mendicantium ordines adscripsit Paul. V. & eis privilegia communicavit in const. 60. Ecclesie, sup. tom. 3. Catera legendi hujus Pont. const. 3. Cum sicut, hic sup.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris nostri Jesu Christi Salvatoris exemplo, quo se ipsum exinanens, formamque servi accipiens, sui sanguinis profusione nos redemit, assidua meditatione penitentes, continuis excitamur stimulis, ut tantæ liberalitatis memores, gemitus maximè filiorum Ecclesie in vinculis compeditorum, & misericordiam Nobis postulantium audientes, paterna sollicitudine ad opem illis, quam possumus ferendam, eo promptius excitemur, quo illos apud gentes barbaras, & incultas durior servitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amissi parentes affligunt, necnon eorum, quos frequens Sacramentorum Ecclesie participatio non recreat, imò spiritualis perditionis evidentiùs terret periculum, salutem, quantum cum Domino possumus, libenter consulamus, illosque ab illa miserabili servitute sublevemus, ac operarios illi messi, quæ utique non pauca existit, ex professo invigilantes adjuvemus, eorumque pium exercitium, quo ipsi labores expeditis suscipiendo, tam pium opus alacrius continent, & promptius exequantur, gratias, & favoribus, quibus possumus, amplissimis confoveamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sanè pridem fel. rec. Paulus Papa Quintus prædecessor noster, Congregationem Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum, inter ceteros Mendicantium Ordines adscripsit, ac illam, & illius Fratres sub Mendicantium nomine comprehendere debere decrevit, & declaravit, propterea omnia privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, libertates, indulta, & alias gratias Mendicantium Ordinibus concessa, ad ipsam Congregationem, ejusque Fratres, Domos, Ecclesias, & loca extendit, & ampliavit. Omnia præterea privilegia, speciali quoque nota digna, immunitates, exemptiones, libertates, concessionem, gratias, tam spirituales, quam temporales, universo Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordini, illiusque Domibus, Ecclesiis, Superioribus, ac Fratribus concessa, præfatæ Congregationi pariter concessit, communicavit, & extendit, ac alias, prout in literis Apostolicis de super expeditis plenius continetur.

Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis de Annuntiatione, ipsius Congregationis Procuratoris Generalis, petitio continebat, Fratres, & Religiosi ejusdem Ordinis juxta particulare eorum Institutum à piæ memoriæ Innocentio Papa III. etiam prædecessore nostro approbatum, seu Regula propria Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici dictæ Religionis fundatoribus tradita, in Captivorum redemptione pro viribus occupentur, & longos, ac tædiosos labores in transfretando mari, & apud ipsos infideles dietim sustineant, & non modò in redemptione ipsa, quæ ad omnes Captivos nunquam extendi potest, sed etiam exhortationibus, concionibus, & admonitionibus ad reliquos qui dictam duram servitutem continuant, ne fides eorum deficiat, occupentur, proprias facultates libenter exponant, discrimina quælibet, & pericula alacriter indefessi subeant, & ut tam pium opus eo alacrius Fratres ipsi continent, & utiliùs exequantur, promptioresque ad id reddantur, ac propterea plurimum cupiant, aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia hæcenus à Sede Apostolica concessa, Congregationi præfatæ, illiusque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem,

Bullar. Mag. Tom. IV.

ut infra concedi, & communicari. Quare pro parte ejusdem Joannis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Congregationis ampliationi in præmissis opportune providere, & consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsius Congregationis augmentum, & conservationem firmissimis valere præsidis desiderantes, ipsamque Joannem, ac singulares personas ejusdem Congregationis à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon literarum præfatarum tenores etiam veriores, ac datas præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium negotii Regularium præpositorum, Congregationi Fratrum Discalceatorum prædicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, & Regularibus locis sub illa comprehensis, necnon Ministro Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus, Generalibus, Vistatori, Consultoribus, Assessoribus, Ministrisque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cujuscumque nominis Officialibus Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis, Fratribus pro tempore ad captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, personis Regularibus, Novitiis, Conversis, Donatis, Oblatis, Ministris, Famulis, cunctisque rati officariis, quàm domesticis, & eorum Domibus inferioribus, & cæteris primordiæ Congregationis, ac Domorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christi fidelibus illorum Ecclesias, seu Capellas pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratiis universis & singulis, tam spiritualibus, quam temporalibus, singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum Regularium ubi existentium institutis, & non solum Ordinibus Monasticis, Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis captivis, quam aliis quomodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac etiam omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipuè Clericorum Regularium Infermis ministrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, Sancti Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentis, & Sanctæ Crucis Colimbis, Clericorum Regularium de Somascha, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piarum, ipsique Monasticis Congregationibus, etiam Cassinensi, aliisque Monachis, & Monasteriis Sancti Benedicti, Sancti Hieronymi, Cæmelitis Discalceatis, Conventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, necnon Societati Jesu, ipsique Carthusiensium, Præmonstratensium, & Reformatorum Cisterciensium, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, aliisque Familiis, & Societatibus Regularibus, Militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus præfatorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, & de latere Legatos, & quovis Sedis prædictæ Nuntios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quàm ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatibus respectivè, aut aliis quomodolibet sub quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus, in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, quàm simplicis, & individui, ac particularis,

Communicat huic Congregationi omnibus privilegiis Ordinum, & Congregationum, quatenus sint in usu non revocata, neque sub revocationibus commutata.

& specialis concessionis, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & in iunctarum penitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet de iure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & que in generali concessione non veniunt, non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar, sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia, absque ulla profusa differentia, perinde ac si illa primordiale Congregationi, illiusque Capitulis Generalibus, Ministro Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis præfatis specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individui, ac particularis, & specialis concessionis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut communicationis, & ampliacionis concessa fuissent, quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. Ita quod omnes, & singuli primordiale Congregationis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiorum, & Ministri quocumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, que aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & Familiarum Generalium, Superiorum, Præpositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti, habent, similiter, ut supra, habeant. Fratresque & personæ Regulares primordiale Congregationis, Generales, Superiores, Ministri, & ceteri alii cuiuscumque appellationis Præpositi, & Præfecti, in primordiale Congregatione expressè professi, & in eius gremio, & observantia viventes Fratres, & personas Regulares primordiale Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum huiusmodi perpetuè secundum observantiam Regularem & canonicum institutum Ordinis Sanctissime Trinitatis regere, & gubernare, & respectivè visitare valeant. Neque primordiale Congregatio super præfatis omnibus, & singulis à quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut aliàs quomodolibet in iudicio, & extra impediri possint, Apostolica auctoritate prædicta, earundem tenore præsentium perpetuè concedimus, & indulgemus.

*Claufula
pro
221*

§. 3. Decernentes easdem præfatas semper, & perpetuè, tanquam ad divini cultus, & honorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore quovis prætextu, occasione, vel causa recedi, aut resili, easdemque præfatas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque præfata, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, minimè comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuè ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data quancumque eligenda concessas esse & fore, primordiale Generali Ministro, & Fratribus Discalceatis huiusmodi Congregationis suffragari.

*In iudicari
ab omnibus
mandat.*

§. 4. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem

S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntios iudicari & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque & Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Regularium Domorum, locorum, & Ordinis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis primordiale Congregationi, illiusque Superioribus, & personis, in genere vel in specie, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Contrariis
deroga.*

§. 6. Volumus autem, quod ipsarum præsentium exemplis, seu transcriptis, etiam impressis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo, & Notarii publici manu ob signatis stetur, eademque prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Transcriptis
fidem ad
præcipi.*

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

*Sanctio
que servat
superiorum.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini 1634. 5. Kalend. April. Pont. nostri anno 11.

*Dat. P. A.
die 28. 11.*

Declaratio, ac confirmatio Decretorum editorum circa Imagines defunctorum nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, cum splendoribus, aut laureolis non proponendas, & processus pro eorum Beatificatione, aut Canonizatione conficiendos.

CXXXII

Decreta hic enuntiata habes sup. inter hujus Sancti Domini Nostri Sanctiones, num. 37. Sanctissimus, Rom. 4.

URBANS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

*Edita A.
1634.*

Cœlestis Hierusalem Civis, quorum gloriosis natalitiis sancta lætatur Mater Ecclesia, sicut hujus sanctæ Sedis Apostolicæ ministerio à piis utriusque sexus Christi fidelibus venerantur in terris, ita Romanum decet Pontificem militantis Ecclesiæ regimini divina providentia præpositum, pro suo præcipuo honoris Domus Dei zelo invigilare, ne quid in personarum cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctorum memoriam, sive cultum, inconsulta sancta Sede prædicta innovetur.

Procurator

§. 1. Aliàs siquidem Nos sollicitè animadvertentes, abusus, qui irreperant, & irrepere non cessabant in cœlestis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrii fama vel opinione defunctis, qui etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti essent, ab eadem Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque in Ecclesiis, aliisque locis publicis, atque etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponebantur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum

*Refert de
a aliis
super
horum
à Sede
canoniza
rum.*

eorum intercessionem accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrabatur, & ad illorum sepulchra tabellae, imagines, & res aliae ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponebantur: Volentesque proinde huiusmodi abusibus pro debito officii pastoralis occurrere, re etiam cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Card. contra haereticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis communicata, & mature considerata, ac discussa, de eorundem Cardinalium consilio sub die 13. Martii 1625. declaravimus, statuimus, & decrevimus, ne quorumvis hominum cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque illa esset) defunctorum imagines, aliaque praefata, & quodcumque aliud venerationem, & cultum praeferebant, & indicant, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis, tam saecularibus, quam regularibus, cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponerentur, antequam ab Apostolica Sede canonizarentur, aut Beati declararentur, & si quae appositae essent amoverentur, prout eas statim amoveri mandavimus. Ac pariter imprimi de cetero inhibuimus libros eorundem hominum, qui sanctitatis, sive martyrii fama, vel opinione, ut praefertur, celebres & vita migravissent, gesta, miracula, vel revelationes, seu quaecumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, & approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhiberet: & ne deinde fraus, aut aliquid novi, & inordinati in re tam gravi committeretur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmitteret, eisque responsum expectaret. Revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quae in libris horum hominum vitam, gesta, & continent, eatenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi impressa erant, nullo modo approbata censeri volumus, mandavimusque. Ad horum hominum sepulchra volumus etiam, ac inhibuimus tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque excusulas appendi, seu affigi, & lampades, sive alia quaecumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino prout supra faciendae, Sedique Apostolicae referendae, ac probandae. Declarantes, quod per suprascripta praedicta in aliquo nolumus, neque intendimus iis, qui aut per communem Ecclesiae consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia praefatae Sedis Apostolicae, vel Ordinarii celebrantur. Cumque postea die 2. Octobris ejusdem anni 1625. a quibusdam revocari in dubium accepissemus, an tabellas, & imagines, quas in posterum offerri contingeret, recipere, & antea oblatas conservare liceret: Nos qui tantummodò volumus occurrendo abusibus, qui itreperere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinae clementiae placuerit admirandis operibus illustrare, re prius cum eisdem Cardinalibus communicata, de simili eorum consilio declaravimus, quod sicut nunquam prohibuimus, nec intentionis nostrae fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & imaginum huiusmodi, ita ut deinceps nulli dubitationi locus relinquere: statuimus, & decrevimus, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum, saecularem, seu regularem tabellas, & imagines, aliudve simile quispiam deferret, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, aut sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse diceret, liceret Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve praedictorum curae praepositis tabellas, & imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quaecumque collatae gratiae fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque qui consensu fuissent, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos refertur statim omnia tenerentur, in secreto aliquo seorsum ab Ecclesia loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservere, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluisset,

Bullar. Aug. Tom. I V.

extarent huiusmodi sanctitatis qualescumque probationes Apostolicae Sedis iudicio tunc examinandae. Demum vero, ut ejusmodi decreta observarentur indubie, ac omnimodam fortiter executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorundem consilio praemissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum, super alicujus utriusque sexus, cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliisve ejusmodi sanctitatem redolentibus, integro informationes quoquo modo reciperet, aut processum instrueret, vel huc usque receptas informationes, instructumve processum ulterius prosequeretur, nisi postulator prius per legitimas juridice susceptas probationes circa personam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliisve rebus gestis sanctitatem praeferebantur ageretur, praescriptam in praefato nostro decreto formam omnino servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatus, diligenti praehabita disquisitione circa eandem personam, supradictato decreto nullatenus contrarium esse rite pronuntiaverit: Utque id inviolabiliter observetur, statuimus insuper, ac decrevimus, ne transmissi ad Urbem undecumque huiusmodi processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve sanctae fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in Sacrorum Rituum Congregatione, alio seorsum oblato authentico processu, ex eo Ordinario, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum rite, ac rectè, ut praemittitur, cognovisset, ac pronuntiasse, praedicto decreto nequaquam contrarium esse, plenè constiterit, ac deinde à Nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in praedicto decreto, intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens: Deque his, atque infrascriptis omnibus, quae in his decretis disposita, & ordinata sunt, aliqua suboriente difficultate, Ordinariis locorum, & delegatis Apostolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem ademimus, utque Sedem Apostolicam desuper consulere, ab eaque responsum expectarent, mandavimus eisdem, & aliis prout in decretis desuper editis plenius continetur.

§. 2. Quare inviolabili decretorum praedictorum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apost. potestatis plenitudine decreta praedicta, cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apost. firmitatis robur adjicimus, omniaque & singula decreta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omnino praecipimus, sub poena nullitatis quaruncumque informationum, processuum, ac interpretationis aliter, quam praevia suprascripta praecognitione instructorum, eorumque admissionis, publicationis, aut interpretationis, ita ut earundem informationum receptiones, processuumve instructiones, necnon eorum admissiones, ac publicationes, & interpretationes habeantur pro non receptis, non instructis, non admissis, non publicatis, interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat.

§. 3. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere praetendentes, ad praemissa vocati, & auditi, minusque causa propter quas eadem praesentes emanarint, adductae, verificatae, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, incogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quaevis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio

R 3 capite

Mo. d. ill. d. confirmat. & declarat.

Clausulas praesentium addit.

capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariè exprimenda foret; aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relictis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se jurare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præfertes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, perpetuèque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

In iudicariis
partibus.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exquiruntur
deputati, ac
mandata in
nominibus
suis.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ubilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præfentes literæ nostræ ad eorum, & cuilibet eorum notitiam pervenerint, in sua quisque respectivè Diocesi, vel Provincia sedulo pervigilet, ne sine approbationibus prædictis imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant, transgressores verò, si regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon suspensionis à divinis, si verò Clerici seculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum, pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impreserint, aut imagines pinxerint, sculperint, seu quoquo modo affixerint, vel formaverint, cæterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque, etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contradiutores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliæque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recursum, & reclamatione remotis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Constitutio
viva.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, cæterisque in contrarium facien. quibuscumque.

Publicationem
in locis omnibus
ad ista et
c.

§. 7. Ut autem præfentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætereundere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem præfentes per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum-

dem exempla in eisdem locis affixa dimittantur: quæ sic publicatæ, & affixæ, post duos menses à die publicationis computandos, omnes & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Transmissi
credi mandati.

§. 8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præfentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ
die 5. Julii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Julii 1634. Pont. Nostri Anno undecimo.

Publicatio
viva.

Anno 1634. Indictione secunda Pontificatus S. D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. die verò 5. Septemb. supra dicta literæ, sive decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicarum S. Joannis in Laterano, & Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Alexandrum Latinum, præfati Sanctiss. S. D. N. Papa Curf.

Pro D. Mag. Curf. Dominicus Mang. Curf.

Declaratio circa præcedentias inter Fratres Sancti Francisci de Observantia Reformatos.

CXXXI

De his Fratribus vide signata ad constit. S. D. N. Urb. VIII. 49. Sacrosanctum, sup. tom. 4. Et si quid magis desideras, require in Indice, V. Fratres S. Francisci: lege etiam infra ad S. D. N. Urbani VIII. const. 32. Religiosos.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta ad
1634.

Inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari sollicitudine incumbimus, ut Religiosi viri, qui oblii populum suum, & domum patris sui, divini Numinis obsequiis se manciparunt, vota sua reddant Domino abundanter, in spiritu humilitatis, ac sanctitate, & justitia coram ipso.

Exordium

§. 1. Hinc est, quod Nos felici dilectorum filiorum Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia, Reformatorum nuncupatorum, statui, quantum cum Domino possumus, consulere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostra, harum serie statuimus, atque præcipimus, & mandamus, quod de cætero inter eosdem Fratres Minores S. Francisci de Observantia, Reformatos nuncupatos, nulli illorum jus præcedendi, sive honoratoris loci competat, nisi Ministro, Commissariis, Vicariis, & Procuratori Generalibus, Ministris Provincialibus, Commissariis, & Vicariis Provincialibus, si fuerint ex Reformatis, Custodibus Reformationum, Commissariis, Vicariis, Guardianis, Præsidentibus, seu Commissariis, & Vicariis localibus, qui tamen expletis eorum officiis, ad locum, & præcedentiam Ordinis redibunt, tam si qui jam habitum per dictos Fratres Reformatos gestari solitum susceperunt, & de cætero suscipient, quam si qui se à Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos hujusmodi canonicè transtulerunt, & transferent, exceptis tamen iis, qui officio Ministri generalis, seu Commissarii generalis Cismontanæ familiæ functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores actuales immediatè locum habeant.

Dispositio
Præcedentia
viva.

§. 2. Decernentes præfentes literas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clavula
Præcedentia
& decretis
irritantur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in contra

Constitutio
derogatio

contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub anno Pontificatus, die 23. Augusti 1634. Pont. nostri anno 12.

Præfixio, & approbatio Cæremonialis pro electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

Hoc Cæremoniale habes insertum in ipsa Constit.

Alias leges ediderat pro hujusmodi electione hic idem Pont. ut sup. tom. 4. consk. 89. In specula, ubi alias const. habes indicatas.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini, non meritis nostris, sed inscrutabili divinæ voluntatis providentia vocati, & attenta mentis acie considerantes, Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani in Insula Melitæ Doctoris gentium miraculis celebrata, firmissimum, tutissimumque Reipublicæ Christianæ adversus impij Turcarum tyranni invasiones propugnaculum existere, ejusque Fratres Milites, tanquam veros Christi Athletas, pro Fidei Catholice defensione, nullis vitæ periculis parcendo, jugiter laborare: dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea, quæ per nostras literas Motu proprio expeditas, aliàs statuimus, & ordinavimus, pro felici, rectaque Magni Magistri dicti Hospitalis electione, suum debitum sortiantur effectum.

§. 1. Cumque pro faciliiori ipsarum literarum nostrarum executione proprium Cæremoniale per nonnullos Romanæ Curie Prælatos, religionis zelo, prudentia, fide, doctrina, rerum gerendarum usu, aliisque egregiis virtutibus conspicuos, quibus negotium hujusmodi commiseramus, diligenti, ut res postulabat, adhibito examine, confectum, & à Nobis approbatum fuerit, ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis inviolabiliter perpetuò observetur, ex nostro Pastoralis officii debito providendum, ac nostræ Apostolicæ confirmationis patrocinio muniendum censuimus.

Tenor autem illius est. Magni Magistro vita functo, congregetur quamprimum fieri poterit Consilium completum, à quo inter cætera, præcipuè infra scripta fiant.

Primo: Deputet sive eligat Locumtenentem juxta formam Statutorum, seu Stabilimentorum dicti Hospitalis Apostolica auctoritate confirmatorum, qui juxta literarum Sanctiss. Domini nostri Urbani Papæ VIII. desuper emanatarum hujusmodi dispositionem, ea dumtaxat exercere valebit, quæ ad meram justitiam pertinent; non autem cum quovis Fratre Milite dicti Hospitalis, seu alia quavis persona ad habitum Fratrum dicti Hospitalis admitti petente, super cujuscumque generis impedimento, vel defectu, etiam in vim quorumcumque privilegiorum, seu facultatum dicta auctoritate concessorum, seu confirmatorum, dispensare: neque cum eodem Consilio Status, & quovis prætextu alias gratias etiam facere, ut sunt, habitum dicti Hospitalis concedere, aut exhibere, vel similia: minusque literas Apostolicas Magni Magistro prædefuncto directas, executioni demandare, aut alios quosvis actus gratiam concernentes, facere, sub pœna in omnibus vel singulis casibus prædictis, privationis vocis activæ,

& passivæ eo ipso incurrendæ, & per Consilium prædictum, excluso ipso Locumtenente declaranda: & nihilominus omnia, & singula per eum contra præsentium tenorem quomodolibet gesta, irrita, & inania, nulliusque roboris, & momenti existant: sicque dispensati, & alii quicumque executionis litterarum prædictarum, necnon gratiarum eis sic, ut præfertur, à Locumtenente hujusmodi factarum usu, & effectu careant, sed in eodem statu, in quo antea erant, non secus ac si cum eis super suis impedimentis, vel defectibus dispensatum, gratiæque eis concessæ, ac literæ Apostolicæ hujusmodi executioni demandatæ non fuissent, remaneant.

Secundò, Locumtenens, & Consilium prædicti tres ejusdem Hospitalis, ac unus, seu diversarum Linguarum Fratres Milites, fide, & facultatibus idoneos, prout sibi videbitur, deputent, ut in ipsorum sic deputatorum manibus pecuniæ per communis ararii debitores, durante Sedis Magistralis vacatione realiter, & cum effectu solvantur, & numerentur: solventes verò solutionum hujusmodi quietantias ab ipsis deputatis reportent. Qui quidem deputati, statim secuta Magni Magistri electione, pecuniarum per eos receptorum, & exactarum rationem reddere, pecuniisque ipsas Magno Magistro canonicè electo, seu Thesaurario, vel aliis ministris, ad quos de jure, & ex forma Statutorum, seu Stabilimentorum hujusmodi spectabit, consignare, & restituere teneantur, aliterque factæ solutiones nullatenus solventibus suffragentur, quin adhuc communis ararii, ad effectum non ferendi suffragium, debitores censeantur.

Tertiò, Curabunt iidem Locumtenens, & Consilium Status, ut à qualibet Lingua, seu aliàs, prout eis celeri expeditione magis expedire videbitur, eorum Fratrum, qui juxta earundem literarum prædictarum formam suffragium laturi sunt, nota, sive catalogus conficiatur, cum eorum nominibus, cognominibus, patriis, & denominationibus, necnon tempore susceptionis habitus, ac residentie, & caravannarum per eorum quemlibet factarum: quæ quidem nota, sive catalogus, edito per eisdem Locumtenentem, & Consilium Status promulgando inseratur; editumque hujusmodi in locis publicis, & consuetis, ad hoc, ut si quis se gravatum senserit, aut contra aliquem etiam alterius Linguae excipere voluerit, infra terminum ab eisdem in dicto termino præfigendum, in actis Cancellarii, seu Vicecancellarii, aut cujusvis alterius ad hoc deputandi, juxta sua exhibere, & deducere possit: quo termino elapso, & nihil opposito, opponere volentes, postea amplius non audiantur. Præterea juxta literarum prædictarum dispositionem, etiam vigore cujuscumque privilegii, seu concessionis, etiam specialis à Sede Apostolica obtentæ, sive consuetudinis, etiam immemorabilis, aut quovis alio prætextu, in electione Magni Magistri, aut in quovis alio actu illam concernente, votum, vel suffragium nec ferre, nec passivè habere, nec in ea quomodolibet se intromittere, vel immiscere poterit ullus ejusdem Hospitalis Frater, aut Capellanus, vel Serviens armorum, extra omnium Linguarum, sive totius Hospitalis limites natus, cum quo super defectu limitum dispensatum fuerit: nullusque Frater Capellanus, seu Sacerdos non existens, minusque ullus Frater serviens ex mera gratia, & non factis probationibus receptus. Qui omnes propterea, seu eorum aliqui, in Catalogo, sive nota hujusmodi poni non debent; exceptis tamen Episcopo Melitano, & Priore Ecclesiæ Conventualis dicti Hospitalis nunc, & pro tempore existentibus, necnon quovis alio magnæ Crucis Fratre, qui licet extra limites recepti, voto, sive suffragio activo, & passivo gaudeant respectu electionis 24. dumtaxat, nec in hac prohibitionis parte ullatenus comprehendendi, sed ejusdem Episcopi, necnon etiam Linguae Germanicæ jura, privilegia & prærogativæ, si quæ aliàs illis competunt, præservata censeantur.

Quartò, iidem Locumtenens, & Consilium ad nominationem cujuslibet eligentium, qui ex aliqua causa, vel alterius justæ, & rationabilis interemptione, causa notina, cognomina, & denominationes præ-

dicta scribere non poterit, personas deputabunt, quae eadem nomina, cognomina, & denominationes pro iisdem sic impeditis scribant.

De confirmacione ex editione.

Insuper Locumtenens, & Consilium praedicti decident, & terminent summarie, sine strepitu, & figura iudicii, etiam manu Regia, juxta tamen Statuta, Stabilita, & consuetudines dicti Hospitalis, omni, & quacumque appellatione, restitutione in integrum, & aliis quibuscumque executionem retardare valentibus remotis, omnes causas supradictorum gravaminum, & exceptionum, & quamlibet aliam controversiam, etiam xxiv. & xvj. Electorum, quas Sede Magistrali vacante oriri contigerit, donec ad Magni Magistri consummatam electionem devenit fuerit.

De modo eligendi.

Conventus vero, & omnes Fratres die, & hora solitis in Ecclesia Conventuali S. Joannis congregentur: & Missa celebrata, Hymnoque Veni Creator Spiritus, decantato, singuli Fratres jus suffragii vigore literarum Apostolicarum praedictarum habentes, ad Capellam uniuscuique Linguae ad id in eadem Ecclesia destinata, seu destinandam accedant, exceptis tamen Fratribus illius Linguae, ex qua dictus Locumtenens extiterit, qui in corpore ejusdem Ecclesiae Conventualis remaneant. Hi non unum, ut antea consueverant, sed tres Fratres Milites ex unaquaque Lingua capaces, ac juxta earundem literarum Apostolicarum, necnon Statutorum, seu Stabilimento- rum praedictorum formam qualificados, in Electores eligant, ita ut in posterum non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabuntur, sed viginti quatuor eligantur. Ipsaque trium Fratrum cujuslibet Linguae electio per secretas schedulas modo, & forma sequentibus fiat: Videlicet, quod omnes schedulae vel impressae, vel una, & eadem manu tantum conscriptae sint, juxta exemplum infra scriptum.

Exemplum schedulae electorum.

Ego Frater.

Eligo Fratrem
in unum ex xxiv.

Eadem schedulae super mensa in Capellis, & Ecclesia Conventuali praedicta respectively poni, singulique eligentes soli seorsim, & separatim, aliis inde remotis, ad ipsam mensam accedere, & in superiori schedulae parte nomen, cognomen, seu denominationem propriam ipsiusmet eligentis, & in inferiori schedulae parte nomen, cognomen, seu denominationem eligendi, propria manu scribere debeant; ita ut certa tam eligentis, quam electi persona habeatur, alioquin suffragium sit nullum; exceptis tamen votis illorum, quorum nomina, cognomina, & denominationes iisdem Locumtenens, & Consilium ob causas supra expressas per aliam personam scribi posse concesserint. Caveant etiam diligenter, ne in qualibet schedula plures, quam unum nominent, juxta exemplum inferius positum.

Exemplum schedulae.

Ego Frater Sylvester Scotus.

Eligo Fratrem Nicolaum la Marra
in unum ex xxiv.

Advertatur etiam, quod scrutinium erit toties reiterandum, donec tres supradicti, votis sive suffragiis sufficientibus electi sint, juxta praedictum Motum proprium.

Quilibet vero eligentium hujusmodi ad mensam praedictam accedens, nominibus, seu cognominibus, aut denominationibus praedictis in sua schedula, ut praemittitur, conscriptis, primo illam in superiori parte complicabit, & communi suae Linguae sigillo in eadem mensa ad hunc effectum praeparando ita claudat, ut eligentis nomen nunquam videri possit, nec ullo unquam tempore publicetur.

Secundo eandem schedulam ita totam complicabit, ut tunc temporis a nemine legi valeat.

Tertio schedulam ipsam sic complicatam, & sigillo clausam summis digitis elevans, & circumstantibus palam, & publice ad hoc, ut unicam esse omnibus pateat, commonstrans, alta, & intelligibili voce jurabit juxta sequentem formam.

Ego N. juro, me eligere illum, quem secundum Deum eligendum judico.

Quod quidem juramentum in omnibus aliis electionibus in vim literarum Apostolicarum hujusmodi faciendis praestari, & renovari debet.

Praestito hujusmodi juramento, schedulam praedictam in urnam, seu vas, ad hunc effectum in mensa appositum, immittat.

Quo facto, tres Fratres Milites antiquiores, & magis autiani, nulla habita praerogativa consideratione, ultra alios actus sibi uti scrutatori competentes, palam, & publice omnibus eligentibus videntibus, & audientibus, schedulas in urnam, seu vas immittas numerent: & ubi pauciores, seu plures schedulae numero eligentium repertae fuerint, illicet, & publice comburantur, & toties Scrutinium renovetur, donec schedularum numerus eligentium numero coequetur, illique respondeant.

Comperito autem, numerum schedularum parem esse numero eligentium, scrutatores praedicti legant alta voce, & publicent schedulas in parte sigillo non clausa, publicando propterea personam, quae in eis eligitur: factaque publicatione hujusmodi, censentur electi tres Fratres milites praedicti pro qualibet Lingua, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris habuerint, dummodo singuli quartam saltem suffragiorum partem assequantur. Quod si nemo, sive duo, aut unus dumtaxat ex tribus eligendis, hanc quartam suffragiorum partem reportaverit, ad novum scrutinium toties pariter deveniatur, quoad alios qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta saltem quarta parte compleatur. In eventum, in quem aliquis necessarius dumtaxat votis eligatur, idem electus propriam schedulam agnoscat, ad hoc ut videatur, an detracta ipsius electi schedula, si sufficiens pro electione schedularum numerus fuerit, & an electus sibi met (quod non potest) suffragium tulerit: & renuente electo propriae schedulae agnitionem, sive manifestationem, ille ea vice pro non electo habeatur.

Qui vero, ut praemittitur, electus fuerit, a suffragio, sive voto ferendo pro aliis duobus arceatur, statimque atque electus fuerit, ab ipsa Capella recedat, & ad locum Conclavis opportunum se conferat.

Quod si Locumtenens in dictorum trium numerum eligatur, statim alius Locumtenens deputetur, seu magis antianus ipsius Consilii ibi existens, omnia qualibet praerogativa consideratione, Locumtenentis loco praesideat, prout Consilio expedire videbitur.

Quia vero Lingua Anglicana non habet Fratres Milites, Capellanos, nec Fratres Servientes, ideo donec illud Regnum ad gremium Sanctae Romanae Ecclesiae redierit, unaquaeque aliarum septem Linguarum successively alium Fratrem Militem a propria Lingua per schedulam, ut supra eligit: & ex septem sic electis viginti & unus supradicti, praevia dicti juramenti praestatione, per secreta pilularum suffragia pro majori eligentium numero respectu minoris, tres diversarum nationum,

nationum, Gallicæ videlicet, Italicæ, Hispanicæ, & Germanicæ eligant, cum ballotatione cujuslibet ipsorum septem: qui tres, ut præmittitur, electi Linguam Anglicanam repræsentent, illiusque vice, & nomine in illa electione dictorum septem dumtaxat suffragium ferant.

Facta, ut præmittitur, eorundem electione, illi ad locum Conclavis se conferant, in quo electio Magni Magistri necessarîo faciendâ erit, & ad infra scriptos actus deveniant, videlicet.

Primò, eligant prævia dicti juramenti præstatione, Præsidentem electionis per pillulas secretas, juxta antiquam dicti Hospitalis consuetudinem, hæcenus ibi observatam: qui sic electus, loco dicti Locumtenentis, cum prohibitionibus suprascriptis gratias & alia suprascripta faciendi, prædicat, & ea, quæ Præsidentes electionis de jure, privilegio, usu, vel consuetudine facere, & gerere possunt, seu debent, gerat, & faciat.

Secundò, prævia similiter ejusdem juramenti præstatione, procedant ad electionem Triumviratus, nempe unius armorum Servientis Fratrum, qui sint diversarum Linguarum, juxta formam scrutiniî pilularum superiorum descripti, usque ad perfectam electionem hujusmodi.

Tertiò, celebrata electione prædicta, ipsi tres sic electi ad quartam electionem, diversæ tamen Linguae sua, unanimes deveniant: & si infra unius horæ, à primo momento clausuræ Conclavis computandæ, spatium concordēs non fuerint, tunc, & eo casu illorum singuli alium Fratrem Militem eorum cuiuslibet benevoluntatis, qui non sit ex eorum Linguis, nominent, nominatione hujusmodi ad viginti quatuor electores relata, ipsi se in Sacrarium eis loco Conclavis in hoc casu dumtaxat assignatam, recipientes, prævia pariter dicti juramenti præstatione, ad secretum Scrutinium pilularum pro electione unius ex dictis tribus nominatis deveniant, ita ut quilibet horum trium ballotetur, & ille pro quarto electus sit, & esse censetur, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris numeri reportabit, etiam si sit de corpore dictorum viginti quatuor.

Quartò, iste quartus sic electus ad Conclave accedat, & cum aliis tribus ad quinti: quintus vero similiter electus cum aliis quatuor ad sexti electionem procedat per majorem suffragiorum, seu pilularum numerum, sicque successivè usque ad sextidecimi electionem, videlicet duorum ex unaquaque lingua, juxta eorum præminentias, & prærogativas hæcenus observatas, quibus præjudicium inferre non censetur, deveniat.

Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis suffragiorum paritate, aliis præferatur, electusque sit, & esse censetur magis antianus, & in antianitatis æqualitate is, qui diuturniorem in Conventu residentiam fecerit, seu in servitio dicti Hospitalis magis occupatus fuerit, propter quod servitium pro residente in Conventu habeatur ad prædictum effectum; & in residentia paritate is qui plures caravanas fecerit.

Completa tandem sexdecim prædictorum electione, ipsi sexdecim sic electi, odio, amore, & aliis quibuscumque humanis affectibus posthabitis, solumque Deum, illiusque religionis decus, ac propagationem præ oculis habentes, præviaque etiam juramenti suprascripti præstatione, ad electionem Magni Magistri, quem capacem, & pro tanti Ordinis dignitate, & utilitate idoneum judicaverint, sicut hæcenus observatum fuit, deveniant. Omnibus autem innotescat, electionem nullam, & irritam fore eo ipso, nec ullum effectum sortiri debere, si aliter celebrata fuerit, quam in Conclavi. Et prævia electione trium fratrum Militum uniuscujusque Linguae non receptorum ex gratia limitum, modo & forma præmissis, tam respectu scrutiniî, & suffragiorum, quam respectu Linguae Anglicanæ faciendâ. Et non electo prius uno Fratre Milite, uno Fratre Capellano, & alio Fratre Serviente armorum, ut supra qualificatis, qui usque ad electionem decimifexti, duorum videlicet pro qualibet lingua, juxta earundem litterarum tenorem procedant, & à sexdecim electis hujusmodi. Denique de alio quàm uno ex fra-

tribus Militibus ex eadem limite, gratia nequaquam receptis.

§. 2. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac mature deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quodcumque Electionarium, sive Ceremoniale, vel Ritale electionis, seu electionum hujusmodi, à quocumque desuper hæcenus factum, compositum, sive publicatum, etiam typis impressum, in primis, & ante omnia revocantes, & annullantes, omnia, & singula in præsentem Ceremoniali ordinata, & quomodolibet contenta, tenore præsentium perpetuè approbamus & confirmamus, illisque omnibus, & singulis perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjuicimus.

§. 3. Eaque ab omnibus, & singulis dicti Hospitalis Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam delatere Legatos, & Nuntios, quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in literis nostris prædictis volumus non ob stare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. in Arce Gandulphi Albanen. die 21. Octobris 1634. Pontificatus nostri anno 12.

Anno à Nativitate Domini 1635. Indictione tertia, die vero 2. Martii, Pontificatus autem in Christo Patriæ Sanctissimæ D. N. D. divina providentia Papa Urbani VIII, anno eius duodecimo retroscripta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Principis Apostolorum de Urbe, S. Ioan. Lateran. in acie Campi Floræ, ac aliis locis consuetis Urbis per nos Dominicum Mangium, & Hieronymum Vecchiolum Curf. Apost.

Pro D. Mag. Curf. Antonius Bardas dep.

Prohibitio facta Fratribus Discalceatis Reformatis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum, de cætero recipiendi personas sæculares ad habitum Donatorum, & contrafacientibus pœnarum impositio. Ac facultas concedendi habitum, & nomen Laicorum Fratribus, qui nunc existunt in dicta Congregatione sub nomine Donatorum.

Privilegia aliorum Ordinum communicavit his Fratribus S. D. N. Urban VIII. in const. 21. Redemptoris, hic sup. Et de Ministris Generalis vacatione quedam sancivit idem in const. 19. Injuncti, ibid. Indultum quoque petendi ac recipiendi elemosynas, legata, & alia subsidia providimendis Captivis relicta, habes sup. in const. 6. Ex incumbenti. Et in Turcarum partibus celebrandi super Altari portatili, & ante diem, facultatem concessit idem sup. in const. 3. Cum sicut.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1634. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum sicut accepimus, in Congregatione Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, præter Religiosos

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including phrases like "electio", "suffragium", "paritas", and "electio".

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including phrases like "Ceremoniale", "omnia in eo", and "Causa hujus".

ligiosos Clericos orationi, & contemplationi, ac alia Ecclesie ministeria vacantes, ad Chorumque deputatos, duo sint genera Religiosorum, sub nomine videlicet Laicorum, & Donatorum pro elemosynis ad sustentationem Fratrum querendis, & colligendis, necnon pro aliis servis Domorum regularium obcundis, cum habitu regulari ad id eis exhibito, juxta dicti Ordinis statuta (sine tamen Capitulo quoad Fratres Donatos) qui omnes legitimo probationis tempore decurso, tria vota substantialia, Obedientie scilicet, Paupertatis, & Castitatis in manibus Superiorum dictae Congregationis sponte emittunt, perpetuoque Religionis servitio famulantur. Experientia vero dictae Congregatio reperit, ad suum spirituales profectum, necnon ad majorem suae regularis observantiae conservationem magnopere convenire, quod in dicta Congregatione totaliter extinguantur Fratres, qui Donati appellantur, quandoquidem in propria hujus Congregationis Regula a fel. record. Innocentio Papa III. praedecessore nostro confirmata, & a Nobis reformata, nulla fiat mentio de Fratribus Donatis, sed tantum de Clericis, & Laicis.

Prohibio de qua in rubr. & tam contrafaciunt.

§. 2. Idcirco felici, ac prospero dictae Congregationis statui, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, motu proprio, & ex certa scientia nostra, tenore praesentium praecipimus: Quod deinceps perpetuis futuris temporibus in praedicta Congregatione nullo modo aliqua personae, tam regulares, quam saeculares, ad habitum Fratrum Donatorum recipiantur, sub poena privationis officiorum, & perpetuae inhabilitatis Superioribus contrafacientibus: Et quod in dicta Congregatione tantum sint duo genera Religiosorum, unum videlicet Clericorum Ecclesiae ministerii vacantium, & alterum Laicorum, ad elemosynas colligendas, & ad alia Monasteriorum servitia attendentium.

Facultas quod Diffinitorium Congreg. possit conc. de Fratribus Donatis modo existantibus, nomen, & habitum Fratrum Laicorum. Con rariorum derogatio.

§. 3. Praeterea Diffinitorio Generali dictae Congregationis concedimus, ut liberè & licitè possit dare Fratribus Donatis nunc in dicta Congregatione degentibus, tam professis, quam Novitiis, nomen, & habitum, quem deferunt Fratres, qui appellantur Laici, virtute, & meritis uniuscujusque consideratis.

§. 4. Non obstantibus literis pie memoriae Pauli Papae V. similiter praedecessoris nostri, sub die 27. Augusti 1611. motu proprio emanatis, incipientibus Circumspecta Sedis Apostolicae providentia, ac dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 13. die 29. Octob.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 29. Octobris millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Pontificatus nostri anno duodecimo.

cxlviii. Declaratio, quod Clerici Regulares Pauperes Matris Dei Scholarum Piarum, non comprehendantur in Decretis circa Regularium reformationem editis.

Hac Decreta primum edidit Clem. VIII. ut in const. 60. supra, tom. 3. qua postea confirmavit Sanctiss. D. N. Urban. VIII. const. 26. supra tom. 4.

De his Clericis attende indicata ad const. 101. Pauli V. tom. 3. & const. 14. Gregor. XV. ibid. & novissime prohibuit Scholas sub hujusmodi denomina-

tione erigere S. D. N. Urban. VIII. const. 106. supra tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Romanum decet Pontificem, si quae circa Constitutionum, seu decretorum Apostolicorum intelligentiam dubia oriuntur, declarationis suae ministerio de medio remove.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, Nobis expositum fuit, à nonnullis in dubium revocetur, an dicti exponentes sub decretis de Novitiis non nisi in certis Monasteriis, & locis à Sede Apost. designatis recipiendis, per fel. record. Clem. PP. VII. praedecessorem nostrum editis, & à nobis confirmatis comprehendantur.

§. 2. Nos omnem in praemissis dubitandi materiam de medio tollere, dictosque exponentes spiritualibus favoribus, & gratis profectui volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, dictos Clericos Regulares dictae Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum non comprehendi in decretis praefatis dicti Clementis praedecessoris per Nos approbatis, & innovatis, quemadmodum non comprehenduntur caeteri Clerici Regulares, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus.

§. 3. Sicque observari, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus praemissis, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 17. Novembris 1634. Pont. nostri anno 12.

Super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & aliorum Ecclesiasticis Cathedralibus praefectorum, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cum praefixione termini ad proficiscendum ad eorum residentias, & determinatione poenarum, ac prohibitione ab ipsis non discedendi absque Sedis Apostolicae licentia, ex quibusvis, etiam urgentissimis causis.

Multa super hoc sanciverat Concil. Trident. indicatum in apostolis hujus Const. §§. 1. & 2. & etiam vide Const. Pii IV. 10. De salute, supra tom. 2. ac Const. 91. In suprema, ubi supra cum ibi indicatis.

URBANUS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

§. 1. Sancta Synodus Tridentina sub recolenda memoriae Pauli Papae III. praedecessore nostro, ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam providè statuit: Ut omnes, quacumque dignitate, gradu, & praerogativa fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quovis nomine, & titulo praefecti, apud

Edita A. 1634.

Exordium.

Causa hujusmodi.

Deletio de quibus.

Classificatio.

Classificatio rogata.

CXXXII.

Edita A. 1634.

Concil. Trident.

Multa supra.

de Rescriptis.

cas

eas personaliter residere deberent; aliis, si per sex menses continuos abessent, amissionis quartæ partis fructuum unius anni pœnam ipso jure incurrerent: quod si per alios sex menses in absentia perseverarent, tunc aliam quartam partem fructuum hujusmodi eo ipso amitterent: crescente verò contumacia, Romanus Pontifex summa ejus autoritate in ipsos absentes animadvertere, & Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere possit.

§. 2. Deinde sub sel. rec. Pio IV. etiam prædecessore nostro, eadem Synodus declaravit, omnes eisdem Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præfectos, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales forent, obligari ad personalem residentiam in sua Ecclesia, vel diœcesi faciendam; nec abesse posse, nisi ob legitimas causas in scriptis approbandas. Et in eorundem Concilii decretorum executionem idem Pius IV. prædecessor per suas sub plumbo, sub Dat. 7. Kalend. Decembris 1564. expeditas literas monuit eosdem præfatos Ecclesiis præfectos, in virtute sanctæ obedientiæ, ac ultra pœnas in eodem Concilio contentas, sub privationis eorum à regimine, & administratione ipsarum Ecclesiarum, ac amissionis facultatum testandi, & disponendi, aliisque pœnis, suo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eisdem, ut in Ecclesiis præfatis omnino personaliter residere deberent: Denique certior factus, quod multi eorundem præfatorum erant inobedientes, Motu suo proprio commisit Cameræ Apostolicæ Auditori generali, ut contra illos usque ad sententiam procederet, & sibi deinde referret, ad effectum in eo privationis, & depositionis sententiam in suo Consistorio secreto pronuntiandi.

§. 3. Successivè alii etiam Romani Pontifices contra non residentes diversa edicta publicari fecerunt, ac piz mem. Gregorius XIII. etiam prædecessor noster per suum decretum Consistoriale declaravit, decreta ejusdem Concilii de personali residentia in Ecclesiis prædictis faciendam, etiam in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus locum habere, quocumque titulo illis præessent, ita ut à reatu, & pœnis in dicto Concilio statutis, non excusarentur, nisi absentia causa in scriptis approbata foret, scientiaque, vel tolerantia non excusaret eosdem Cardinales, nec alios Episcopos.

§. 4. Similis quoque mem. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster per simile Consistoriale decretum observantia residentia personalis ab eodem Concilio ordinata addidit pœnam inhabilitatis ad majores dignitates, & Ecclesias obtinendas, prout in præfatis Conciliis, ac literis Apostolicis, Consistorialibusque decretis latius continetur.

§. 5. Cumque etiam Nos edicta contra non residentes sæpius publicari fecerimus, & tamen præteritis mensibus aliqui, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Metropolitanis, seu Cathedralibus Ecclesiis ex concessione Apostolica præfecti, suæ obligationis ad personalem residentiam in eis faciendam immemores, in grave animarum suarum detrimentum, ac ovium sibi creditarum præjudicium, ab eisdem Ecclesiis abesse continuarent, etiam sub prætextu suorum titulorum Cardinalatus, præsertim Episcopali, prope Urbem, seu in Urbis districtu respectivè consistentium, & quod in eadem Urbe in conspectu, & præsentia nostra moram traherent: Nos pro nostro Pastoralis debito, nedum animarum præfatarum, sed etiam Ecclesiarum indemnitati providere volentes, in Consistorio nostro secreto declaravimus, eosdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui aliis Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud eas non resederant, nec residebant, non fecisse, nec facere illarum fructus suos, etiam sub prætextu, quod alicui ex dictis Ecclesiis Episcopali, quibus Cardinales in ordine priores esse solent, præsidant, & ibi in Urbe commorentur, aut cujusvis tolerantia, vel facultatis, præterquam per Breve speciale nostrum, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, sibi concessæ. Ideoque eosdem Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad residentiam hujusmodi statim se conferrent,

sub amissionis fructuum eo ipso incurrenda, & aliis Canonici pœnis, animo etiam procedendi ad ulteriora, si non paruisent, & prout in decreto nostro Consistoriali plenius habetur.

§. 6. Quia verò ab inde citra non omnes, prout tenebantur, nostra mandata executi sunt: Nos ut omnino debitum suum agnoscant, & animabus subiectis, quantum Nobis ex alto conceditur, magis consultum sit, ulterius providere volentes, Concilii Tridentini decretis, & literis Apostolicis, Motu proprio, ac Consistorialibus decretis præfatis inhærentes, illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro plenè insertis, & expressis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præfata Concilii decreta, literasque Apostolicas, ac primodictum Motum proprium, decretaque Consistorialia præfata, & in eis contenta quæcumque hac Nostra Constitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, adversus quemcumque prætentum non usum, vel contrarium usum, innovamus, & plenissimè restituimus.

§. 7. Insuperque omnes, & singulos Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus & Episcopalibus, quocumque nomine, seu titulo præfectos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, à præfatis suis Ecclesiis absentes, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionisque tam fructuum earundem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duraverit, quam facultatum testandi, & disponendi de bonis suis, à Sede Apostolica sibi aliàs concessarum, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, necnon privationis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum hujusmodi, aliisque pœnis, nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, districtè præcipiendo monemus, ut omnibus postpositis, quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes intra unum, extra eam verò in Italia intra duos, extra verò Italiam existentes intra quatuor menses à die publicationis præsentium, in locis infra scriptis faciendæ computandos, quos pro tribus canonicis monitionibus, peremptoriisque dilationibus, & terminis respectivè eis assignamus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seu diœceses suas proficisci, & se personaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere debeant.

§. 8. Eisdemque præfectis, postquam personaliter ad residendum se contulerint, necnon quibuscumque aliis apud suas Ecclesias quandocumque personaliter residentibus, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respectivè incurrendis injungimus, ne ab eorum Ecclesiis discedant, nisi prius obrenta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis per Breve, seu literas missivas, licentia.

§. 9. Illos etiam, qui in posterum per Nos, seu Romanos Pontifices successores nostros, alicui præfatarum Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiscopalium, & Episcopali quovis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales quandocumque fuerint, vel sint, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respectivè incurrendis debeant, & quilibet ipsorum debeat infra præfatum tempus à die eorum promotionis ad aliquam Ecclesiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut præfertur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias, sive diœceses sibi commissas, ad personaliter in eis residendum conferre, & respectivè postquam residere inceperint, ab illis non discedere, nisi obrenta prius à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, licentia præfata.

§. 10. A quarum pœnarum incurfu nolumus posse aliquem se excusare prætextu, & ratione cujuscumque servitii quomodolibet præstiti, & præstandi pro gerendis, & tractandis negotiis quoruncumque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Reipublicarum, Regnorum, ac Provinciarum; nec ratione cujuslibet jussionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocumque facti, vel faciendi,

Tamen quia omnes non obdierunt Conc. Trid. Const. Apost. contra ipsos edicta approbat, & confirmat, ac adversus præsentium non usum innovat, & restituit.

Ac præcipit singulis Episcopis, etiam S. R. E. Card. sub gravissimis pœnis, ut se conferant infra tempus hic assignatum ad residentiam.

A qua non discedat, nisi de licentia Sedis Apost.

Idem servandum à promovenis in nunc declinat.

Quodque non possit se excusare: ex quacumque causa hinc deservit excipiendi nonnulli casus.

faciendi, nec etiam ratione prosecutionis, seu defensionis quarumcumque litium, seu controversiarum, etiam Ecclesiasticarum, vel ineundi foederis, aut cujuscumque alterius negotii, etiam gravissimi, & speciali mentione digni tractandi, vel distantiarum locorum, aut brevitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolicæ licentia præfata, antequam à suis Ecclesiis, & diocæsis discedat, aut ratione cujuscumque alterius causæ, vel occasionis, etiam publicæ, vel aliâs favorabilis, & æquæ pæ, etiam cujuscumque utilitatis, sive necessitatis Ecclesiarum, & personarum, præterquam personalis intercessionis in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ officii, Episcopatus, vel Ecclesiis majoribus præfatis adjuncti, cujus ratione ad certum tempus occupari solent: & tunc pro tempore, quo illæ Synodus, Congregationes, & Assembleæ, exercitiumque muneris, seu officii publici, ipsi Ecclesiis adjuncti, actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias præfatas sibi commissas se conferre dedeant. Nec etiam à prædicta residentia, & pænarum præfatarum incursum volumus excusari S. R. E. Cardin. nunc, & pro tempore existentes, alicui præfatarum Ecclesiarum præfectos, seu præficiendos, etiam si tanquam in ordine priores, aliquem ex dictis titulis Episcopalibus, prope Urbem, vel in ejus districtu consistentibus obtineant, & in posterum obtinuerint, & in prædictis Episcopatus titularibus Urbi proximis residerint, vel in Romana Curia in suis titulis respectivè, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus Nostri, scientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus moram traxerint, ita ut nulla nostra, ac Romanorum Pontificum successorum Nostrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicorum, & solemnium celebrationum receptione & admisione unquam tueri se possint.

Executores depuas & ita tran. gressi, cum facultate procedendi usque ad sententiam excludunt.

§. 11. Et pro præmissorum, & infra scriptorum inviolabili observatione committimus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apostolicæ generali Auditori, nunc, & pro tempore existenti, quatenus contra omnes, & singulos prædictos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum nunc, & pro tempore commorantes, & in suis Ecclesiis, seu diocæsis non residentes, per affixionem ad valvas Basilicæ S. Petri, ac in acie Campi Floræ, & quoad præfentes in Romana Curia ad abundantiorum cautelam, etiam domi dimissa copia, procedat: Et constituto sibi, quantum sufficere videbitur, summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu Regia, de contraventione, & inobedientia præfatis, usque ad sententiam exclusivè procedat; & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti referat, ut Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens, in Consistorio ad sententiam declarationis incursum pænarum, ac respectivè privationis, seu depositionis, aliarumque punitionum præfatarum inobedientium valeamus, & ipse Pontifex Romanus pro tempore existens valeat procedere.

Tempus hinc: Episcopi & Ambrosii pro visitatione in liminibus Apostolorum.

§. 12. Volumus tamen Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas, etiam S. R. E. Cardinales, citra Montes, vel Mare existentes, per quatuor, alios vero ultra Montes, vel Mare degentes, per septem menses continuos à residentia in præfatis Ecclesiis faciendâ, ad eff. cum visitandi limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli, juxta sacros Canones, ac Apostolicas Constitutiones, pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, ut tunc illis durantibus, visitationis hujusmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus se divertant.

A. Cardinalibus in vacatione Sedis Apostolicæ.

§. 13. Cardinalibus vero nunc, & pro tempore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum Conclavis ad hoc designati, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesiis præfatis sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius Sedis Apostolicæ, & extra residentiam in loco, in quo electionem hujusmodi celebrari contingeret, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pontifex coronationis suæ insignia suscepit: quo tempore elapso, præfati

Cardinales, nisi illic, ut præfatur, ad Ecclesias præfatas, quibus præsidere eos contigerit, se contulerint, subiacent pænis supradictis.

Classificatio hujus Causæ præfationis, ut addit.

§. 14. Præfentes quoque literas, omniaque & singula in eis contenta, de subreptionis, obreptionis, ac cujuscumque nullitatis, aut invaliditatis vitio, intentionisque nostræ, ac quocumque alio defectu quantumlibet substantiali, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel prætendentes, & præsertim iidem Ecclesiis prædictis nunc, & pro tempore præfati, etiam eisdem S. R. E. Cardinales præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, solemnitateque, & quævis alia servanda, & adimplenda, nullatenus servata, & adimpleta, & causæ propter quas præfentes emanaverint, adductæ, verificatæ, seu aliâs sufficienter, aut etiam in aliquo justificatæ non fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu, occasione, & causa, etiam in corpore juris clausis, & aliâ quacumque, quantumvis rationabili, iusta, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, à quoquam notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci non posse, nec sub quibuslibet similibus, vel dissimilibus Constitutionum, sive dispositionum, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam Consistorialiter, aut aliâs quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores Nostros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendendi, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firmaque, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Contradictio iudicium libet.

§. 15. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Nuntios, & prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac quoscumque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, interpretandi & diffiniendi facultate, ubique judicari, interpretari, declarari, & definiti debere: ita ut si unquam aliquod dubium, seu hæsitatio super præmissis, seu eorum aliquo oriri, vel suscitari contingat, nullus præter Nos, ac Romanos Pontifices successores Nostros, possit præfentes literas quovis modo interpretari & declarare: ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contradictio iudicium.

§. 16. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis universalibus, generalibus, provincialibus, & synodalibus editis, & edendis, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam primæ, & cujuscumque secundæ editionis, & quatenus foret opus, de non tollendo Jure quæsito, statutis quoque, etiam juratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus Ecclesiarum præfatarum, & cujuscumque earum, & licentiis aliâs quæ ut præfatur, impetratis, ac privilegiis, & indultis, etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiis, earumque Præfatis quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsitan de necessitate exprimenda concessis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam Consistorialiter, ac aliâs quomodolibet emanatis, ac quocumque juramento per eosdem Ecclesiis hujusmodi præfectos, sub quovis prætextu, vel causa præfatis, & præstando: quod fuisse, & fore nullum, ac irritum, & minimè obstare, neminique suffragari, quo minus ab integra observatione præsentium in aliquo excusari possit, declaramus, & quatenus opus sit, decernimus; necnon omnibus, & singulis quæ Prædecessores nostri præfati in suis literis, & decretis præfatis voluerunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium plenissimè, specialiterque & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præfatis hinc quævis quævis residentiam.

§. 17. Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluribus Ecclesiis præfatis, ex earum unione, vel aliâs ex concessione,

cessione, seu dispensatione Apostolica quocumque nomi- ne, vel titulo præfici sunt, vel pro tempore erunt, à resi- dentia, & pœnis hujusmodi excusentur, dummodo in ea- rum altera, in qua de jure residere debent, verè & perso- naliter resideant, exceptis tamen, ut præfertur, Ecclesiis Episcopalibus Urbis proximis, quibus Cardinales in or- dine priores præesse solent: residentia enim, si quæ apud præfatas Ecclesias titulorum Cardinalium fuerit, aliquam excusationem eisdem Cardinalibus, ut præfertur, non præstaret, quo minus ipsi in alia, vel aliis Ecclesiis præ- fatis, quibus eos etiam pro tempore præfici contingerit, residere omnino teneantur.

§. 18. Quòdque ut præfentes, & in eis contenta que- cumque ad omnium notitiam amplius deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætere possit, eadem præ- fentes per aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris, ut præfertur, in valvis Basilicæ S. Petri, in Acie Campi Flo- ræ affigantur, & publicentur, quæ sic affixæ, & publica- tæ omnes, & singulos, quos concernunt, afficiant, & ar- dent, ut præmittitur, perinde ac si unicuique eorum per- sonaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1634. Pont. Nostri anno 12.

Die 18. Decembris 1634. affixa, & publicata fuerunt su- præscripta litera ad valvas Basilicæ S. Petri, & in Acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Au- drem Scalmarum Sanctissimi D. Nostri Pape Curf. Pro Magistro Curforum Dominicus Mang. Curf.

CXL. Confirmatio præfinitionis habitus factæ inter Fratres Discalceatos S. Theresiæ, & Fratres primi Instituti, vulgò de Monte Sancto nuncupatos.

De Fratribus Carmelitis, vide indicata ad const. 8. Honor. III. Ut vivendi, sup. tom. 1. Et de Car- m. l. ius Discalceatis, vide ad const. 64. Greg. XIII. Pia consideratione, sup. tom. 2. Et hic sup. ad const. 15. Romanus.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Inter cæteras Apostolicæ sollicitudinis curas, quibus iugiter premimur, ea Nos potissimum urget, ut perso- næ regulares in pacis amœnitate feliciter regantur, & gubernentur.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Prioris generalis Fratrum Ordini, Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Nobis expositum fuit, quod aliàs cum inter Fratres Discalceatos S. Theresiæ, & Fratres primi Instituti, seu Semiharii de propaganda Fide, vulgò de Monte Sancto nuncupatos, aliqua dubia circa habitum suborta essent, ad removendam omnem controversiæ, & litis materiam, habita ratione eorum, quæ ab utraque parte coram dilecto filio nostro Martio Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinale Ginetto nuncupato, dilecti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectore allegata fuerunt, de eorum consensu à se pro Fratribus primi Instituti decre- tum fuit, ut ipsi Calceati semper incedant, tunicamque deferant ex lana, quæ in Provinciis minori, & viliori pre- tio emi poterit, coloris grisei, nigri, vel ad nigredinem tendentis, cum manicis strictis, scapulari aliquantulum breviori tunicâ, & latitudinis sexdecim digitorum per transversum, necnon cum Capuccio, cujus anterior extre- mitas descendat ad octo digitos super pectus, & posterior usque ad cingulum, & decenter utrumque humerum co- operiat, ipsum verò Capuccio caput ad formam capitis ro- tundum erit, & strictum, & illi iisdem mensuris corres- pondere debet Capucium album Habebunt insuper cap- pam albam lancam ad collum crispam cum plicis, octo digitis tunica brevior, & pallium, de quo fit mentio in Constitutionibus Ordinis, parte prima, c. 16. §. 2. sive in Bullar. Mag. Tom. 1 V.

Convento, sive extra talis erit forma, ut ejus distinctio à Cappa Discalceatorum sit nota, & evidens: utenturque galero nigro, si quando ejus necessitas illis occurrerit. Ut autem prædictis Religiosis impostero ea retractandi vel dissidendi libera tollatur facultas, quin potius, ut in vinculo pacis Domino famulentur, Nobis propterea di- ctus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè, ut infra, providere de benignitate Apostolica dignæmur.

§. 2. Nos igitur dictum Priorem generalem Speciali- bus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibus- vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis- que Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui- bus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præ- sentium dumtaxat consequendum, harum serie absolven- tes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicatio- nibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum con- silio Decretum prædictum Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique in- violabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac om- nes, & singulos, tam juris, quàm facti defectores, si qui de- super quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes Decretum hujusmodi, necnon præ- sentes literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spe- ctabit, Inviolabiliter observari, licet per quoscum- que Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debe- re, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quo- quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti- gerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam jura- mento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmi- tate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in- novatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contra- riis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1635. Pontificatus nostri anno 12.

Declaratio, quod Constitutiones revocatoriæ viva vocis Oraculorum non comprehendant illos Officiales, quibus ratione munerum suo- rum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebat.

Concessionem viva vocis Oraculo factas, exceptis Ora- culis factis S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmatis, revocavit Greg. XV. in const. 27. Roma- nus, sup. tom. 3. Eam postea extenit ad omnes concessionem, etiam factas Cardinalibus, & eorum manu signatas, S. D. N. Urban. VIII. hic sup. in const. 9. Aliàs felicitis rec.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. prædecessor noster, ut subnascentibus iugiter variis difficultatibus, & abusibus, ex privilegiis à Sede Apostolica viva vocis oraculo sæpenumero concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequentis, videlicet, Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memo- riam. Romanus Pontifex in specula Militantis Ecclesiæ, &c. Omititur hæc Const. quia eam habes sup. Const. 37. Greg. XV. tom. 3.

Quod non confirmat

Clasulas præscriptas, ad suble- tam addit.

Contraria remouet.

Dati. P. A. 12. die 3. Apr.

CXLI.

R. d. A. D. 1635.

Ipsam Greg. conf. hic Pat. extendit ad Oracula, et facta S. R. E. Card. & eius manu firmata. Hanc Conf. habet hic sup. num. 9. Aliis scil.

§. 2. Et subinde per Nos accepto, quod experientia rerum magistra compertum erat, concessionis, & gratias vivæ vocis oraculo, etiam à Sanctæ Romana Ecclesiæ Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sæpè ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in discipline Ecclesiasticæ detrimentum executioni demandari: idcirco quantum cum Domino potuimus, his, & aliis malis occurrere volentes, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiusmodi maturè discutendum commisimus, omnia, & singula privilegia, facultates, licentias & gratias quascumque per Summos Pontifices prædecessores nostros, ac per Nos vivæ vocis oraculo, etiam S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, cæterisque Superioribus, & personis cujuscvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, sive secularibus, sive regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Societati Jesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis prædictis, quacumque de causa, etiam de necessitate, exprimenda, occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, & contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut aliis quomodolibet concessa, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, Apostolica auctoritate revocavimus, cassavimus, sustulimus, abrogavimus, & annullavimus, ac de cætero revocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nullique deinceps suffragari posse, nec debere declaravimus, prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc illam declarat non comprehendere istos officiales, quibus ratione mandatorum suorum antea de Sum. Pont. oraculis fides haberi solent.

§. 3. Cum autem pro tempore existentibus nonnullis nostris, & Sedis Apostolicæ Officialibus, seu Ministris, qui eorum officiorum, seu munerum ratione, de gratis, concessionibus, & dispositionibus quibuscumque per Nos faciendis, mandatisque, & jussionibus nostris exequendis, aliisque rebus, & negotiis gerendis, Nobiscum diversa tractant per se, seu de eorum mandato facienda, gerenda, & executioni demandanda, vivæ vocis oraculo commiserimus, & in dies circa ea, quæ ad cujuslibet eorum officium, seu munus, quo funguntur, pertinent, committimus: Nos firmiori gestorum de mandato nostro per eosdem Officiales, seu Ministros validitati, eorumdemque Officialium, seu Ministrorum securitati consulere volentes, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Officiales, seu Ministros prædictos, quibus alia sicut emanatas prædictas Constitutiones ex officiorum suorum auctoritate, & prærogativa, de oraculo per eos à Romanis Pontificibus pro tempore existentibus habito fides haberi solebat, quoad ea quæ ut præfertur, cujuslibet eorum officium, seu munus, quo funguntur, pertinent, in literis etiam nostris prædictis super revocatione Oraculorum huiusmodi emanatis minime comprehensos fuisse, nec esse, nec comprehendi debere declaramus, & decernimus, & ad abundantiorè cautelam eosdem Officiales, seu Ministros adversus easdem Constitutiones, quatenus opus sit, restitimus, & plenariè reintegramus in omnibus, & per omnia, perinde ac si quoad illos prædictæ Constitutiones non emanassent.

Consulas præsentibus apponit.

§. 4. Decernimus præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrario excludit.

§. 5. Non obstantibus Gregorii prædecessoris huiusmodi, nostrisque literis præfatis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anno Pontificatus, die 11. Aprilis 1635. Pont. Nostri anno duodecimo.

Regulares, qui ultra vota solita, etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem, seu habitus privationem, aut dimissionem, à voto huiusmodi nullatenus liberantur.

Diversis Regularium personarum Ordinibus ambitum prohibuerunt Pontifices, & hoc videre poteris in Repertorii Verbis, ad singula eorum nomina.

His addo, quod super professionibus per Regulares emissis, non factis in locis designatis Novitiatu, Constituit hic Sanctiss. Pont. hic sup. num. 9. Religiosos. Qui subjectos declaravit ipsos Regulares, quantumvis exemptos, Constitutionibus Apostolicis in concernentibus Fidem Catholicam, & sanctam Inquisitionis officium, ut hic sup. in const. 8. Cum scis accepimus. Et super missionibus ad Japoniam nonnulla statuit in const. 16. Ex debito, hic sup.

URBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum, sicut accepimus, diversorum Ordinum, Congregationum, & Institutorum, ac etiam Societatis Jesu personæ Regulares, ultra alia vota, etiam votum, promissionem, sive juramentum solemniter, sive simpliciter emittant, aut præstent de non petenda, nec procuranda, minusve acceptanda aliqua dignitate, neque aliqua superioritate extra eorum Religionem.

Quia Regularium ultra vota, etiam votum, promissionem, sive juramentum, nec procuranda, minusve acceptanda, neque aliqua superioritate extra eorum Religionem.

§. 2. Quoniam verò propter infirmitatem, seu aliam legitimam causam, Sedes Apostolica aliquibus personis Regularibus licentiam aliquando impartitur, se de una ad aliam Religionem, etiam speciali nota, & expressione dignam, etiam laxioris observantiae transferendi, necnon aliqui etiam Religionum supra expressarum, & cujuslibet earum Generales, aut alii Superiores vigore, ut asserunt, facultatum sibi per Sedem eandem concessarum, translationem de una ad aliam Religionem, aut strictiorem, vel laxiorem Regularibus suis, sive per viam expulsionis, sive alio quovis modo concedunt, vel aliis Regularibus suis huiusmodi, ut se transferant, occasionem præbent, vel etiam ipsi Regulares ex aliquibus causis licentiam mandandi extra Claustra, etiam in habitu Clerici, vel Sacerdotis secularis, aliquando obtinere solent.

Idcirco declaramus, quatenus ob rem translationem, habitum, nullatenus modo licentiam obtineant.

§. 3. Ideo, ne per præfatas, & quascumque alias translationes, expulsiones, & dimissiones habitus Regularis eorumdem Regularium, quavis auctoritate, licentia, occasione, ratione, & causa, quantumlibet rationabili, favorabili, pia, & publica, etiam in corpore juris clausa, sive ratione majoris boni, ac aliis quomodolibet hætenus, & pro tempore factas, & faciendas, possint Regulares huiusmodi quandocumque, ut præfertur, translati, expulsi, etiam post habitum Religionis dimissum, prætere se à dicto voto, promissionem, sive juramento de non petendo, nec obtinendo aliquam dignitatem, & de illam etiam Motu proprio collatam non acceptando, fuisse, vel esse liberatos, quantum cum Domino possumus, opportunè providere volentes, necnon voti, promissionis, seu juramenti, ac facultatum, licentiarum, expulsionum, & causarum, aliorumque etiam de necessitate exprimentorum veriores, & totos tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione declaramus, & decernimus, quoscumque Regulares prædictos cujuscvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam quomodolibet exempti, etiam Societatis Jesu, per quamcumque translationem hætenus, & in posterum quando

quandocumque de sua ad aliam Religionem, vel Ordinem, ut præfertur, seu aliàs quomodolibet, etiam pluries, & per quamcumque expulsiõnem, habitusque Regularis dimissionem pro tempore factas, non esse, nec fore, minusve dici, aut censeri posse, seu debere à præfato voto, promissione, seu juramento liberatos: sed eos hæcenus, & pro tempore, ut præfertur, translatos, expulsos, ac à delatione habitus Regularis absolutos, vel privatos, quarumcumque dignitatum hujusmodi proinde incapaces, & ad illas petendas, acceptandas, & obtinendas inhabiles remanere in omnibus, & per omnia, perinde ac si translati, expulsi, seu à delatione habitus liberati, seu privati non fuissent.

§.4. Præfentes verd literas, omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi, minusque causa propter quas eadem præfentes emanaverint, adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à Jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariè exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apertitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, & faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, in violabiliter observari.

§.5. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere: ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Cancellariæ nostræ Regalis, & quatenus opus fuerit, etiam illa de Jure quæsito non tollendo, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc fer-

Bullar. Mag. Tom. IV.

vanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præfentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad prædictum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Ut autem præfentes, & in eis contenta quæcumque, ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætereat possit: Volumus pariter, & mandamus, quod eadem præfentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§.8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, nunitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus nbiq; fides adhibeatur, quæ adhiberetur præfentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 21. Maii 1635. Pontificatus nostri anno 12.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die vero 20. mensis Novembris, retroscripta litera Apostolica affixa, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium Bivardum, & Julium Marzistellum Sanctiss. D. N. Papæ Cursores. Hieronymus Vecchione Mag. Curs.

Quod assertiones, & enuntiationes scriptorum, CXLIII. & aliorum quorumcumque non faciant fidem, nisi servata forma in hac Constitutione præscripta.

URBANUS PAPA VIII. Edit. An. D. 1635. Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo justitiæ solio, & Apostolicæ potestatis plenitudine à Domino constituti, inter cæteras pastoralis officii nostri curas, in eadem boni patrisfamilias exemplo libenter incumbimus, ut non modò unicuique quod suum est, æqua lance tribuatur, verùm etiam Camera Apostolicæ, Ecclesiarumque omnium, & personarum eis in divinis intervientium jura, facta tactaque opportunis rationibus præserventur, nec literarum ab hac sancta Sede emanatarum, ob sinistram & malitiosam quorundam interpretationem, sive enuntiationem, effectus eludantur.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, ocularique inspectione cognovimus, nonnulli scriptores, glossatores, expositores, interpretes, & Commentatores, tam historicarum etiam antiquarum, repetitionum, tractatum, & allegationum, seu consiliorum, glossarum, & annotationum, collectaneorum, seu quæstionum, vel ut vocant, decisionum, ac resolutionum, disceptationum, expositionum, declarationum, controversiarum, & aliarum quovis nomine nuncupatarum scripturarum, etiam typis impressarum, ac compositionum, & librorum etiam impressorum, etiam super interpretatione sacre Scripturæ, sacrorum Canonum, & Conciliorum, ac Legum etiam Imperialium, & Pragmaticarum, sive Decretorum, & Statutorum etiam Regnorum, & Provinciarum, quàm quarumcumque aliarum materialium, etiam pactionum, etiam mutuarum, concordatorum, compactorum, capitulationum, articulorum, seu conditionum, etiam pacis, seu fœderis, etiam generalis, seu treguæ, ac quorumcumque contractuum, conventionum, donationum, dationum, emphyte-

§ 2 titatio

dicationum, infudationum, investiturarum, etiam de Ter-
 ris, Castris, Civitatibus, Regnis, seu Provinciis, ac facul-
 tatum, licentiarum, indultorum, privilegiorum, gratia-
 rum, commissionum, delegationum, constitutionum, fan-
 ctionum, ac dispositionum quarumcumque, ac cujusque
 generis, & speciei, etiam speciali nota, seu expressione di-
 gnarum, quascumque artes liberales, & alias quascumque
 materias, tam profanas, quam Ecclesiasticas, spirituales
 tractantium, seu continentium, & quae quomodolibet
 praerogativas, dignitates, jurisdictiones, superioritates,
 confinia ditionum, resque, & jura etiam Sedis Apostoli-
 cae, & quorumcumque Principum, cujuscumque qualita-
 tis, conditionis, status, dignitatis, etiam Ecclesiasticae, &
 cujuslibet alterius praerogativae, & praerogativae, etiam
 speciali nota dignorum, ac etiam quarumcumque Re-
 rumpublicarum, Universitatum, Civitatum, Communita-
 tum, nationum, & quorumcumque aliorum aliis praesi-
 dentium, etiam Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, etiam
 cujuslibet ordinis, & militiae Regularium concernunt,
 & aliis quomodolibet interesse Sanctae Romanae Eccle-
 siae & Sedis praedictae, ac Ecclesiarum, & Ecclesiastico-
 rum tangunt, aut fuerint, & audeant asserere, & affir-
 mare, seu enuntiare à Nobis, Romanisque Pontificibus
 praedecessoribus nostris emanasse diversas concessionem,
 gratias, indulgentias, privilegia, aliasque diversas dispositio-
 nes, cum tales, & talia non emanaverint, vel saltem aliter,
 quam ipsi, sive malitiose, sive erroneè, suis commentis,
 sive compositionibus, tam calamo exaratis, quam typis
 impressis haecenus etiam antiquitus dixerint, & publica-
 verint, dicantque, & publicent, etiam ratione monumentorum,
 ac aliorum quomodolibet in publico exposito-
 rum; imò, quod peius est, etiam non erubuerint, nec
 erubescant in suis scriptis, ac tractatibus, etiam impressis,
 ponere assertos tenores praetensarum Literarum Aposto-
 licarum, tam sub plumbo, quam sub annulo Piscatoris,
 ut dicunt, ab hac Sede expeditarum, & illos vel fal-
 sos, vel valde diminutos, ac truncos inserere, omittendo
 restrictiones, seu limitationes temporum, & alias sub-
 stantiales, ac diversas, & plura alterata inferendo, ponendo,
 referendo, seu enuntiando, & ita fingendo concessio-
 nes, quae factae non fuerint, vel concessionem esse perpetuam,
 & unius tenoris, cum fuerint ad certum, etiam modicum
 tempus, seu etiam alterius tenoris, ac aliter multis
 modis unum pro alio asserere, affirmare, vel enuntiare
 voluerint, & velint, suasque assertiones & scripta edi-
 derint, & impresserint, edantque, & imprimant, publi-
 centque in praerogativam Ecclesiarum, & locorum pio-
 rum, Cameraeque, & Sedis Apostolicae.

*Declarat
 hujusmodi
 assertiones,
 enuntiationes,
 &c. scriptas
 vel impressas
 nullam fidem
 facere in ju-
 dicio, nec ex-
 tra, in prae-
 dictione Sedis
 Apostolicae, seu
 aliorum locorum,
 & per-
 sonarum, etiam
 in favorem
 aliorum Be-
 neficiorum, &
 ceteris, nisi prius
 fuerint de
 ipsorum ori-
 ginalibus re-
 cognitis, seu
 extractis à
 Datario, Se-
 cretario Bre-
/>
 vium, Prae-
 fectis Archi-
 viorum, vel
 aliis Sedis
 Apostolicae
 officiariis.*

§. 2. Quapropter Nos his fraudibus, & malitiis, ac
 etiam erroribus, & praerogativis, quae etiam defectu im-
 primientium multoties occurrunt, quantum nobis ex alto
 conceditur, obviare volentes, ipsarumque historiarum,
 tractatum, repetitionum, allegationum, compositionum,
 interpretationum, & assertionum, ac insertionum, &
 enuntiationum quarumcumque, aliorumque praefato-
 rum, cujuscumque generis, & speciei sint, ac super quali-
 bet re, & ex quacumque occasione, vel causa, & à quibus-
 cumque personis facta fuerint, etiam si speciali mentio-
 ne, & expressione, imò etiam de verbo ad verbum inser-
 tione, vel relatione indigerent, tenores etiam majores, &
 veriores, pro insertis, & expressis habentes, Motu pro-
 prio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris,
 deque Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra per-
 petuè valitura Constitutione declaramus, & decerni-
 mus, omnes, & singulas praefatas assertiones, narrativas,
 insertiones, relationes, expositiones, declarationes, &
 enuntiationes, ac quascumque expressiones quarumcum-
 que gratiarum, concessionum, indultorum, privilegio-
 rum, ac dispositionum Apostolicarum, & quorumcum-
 que aliorum, ut praerogativae, ac aliis quomodolibet à
 praefatis, & aliis quibuscumque scriptoribus, & auctori-
 bus, etiam quoad alia receptis forsan, & approbatis, etiam
 antiquis, antiquioribus, & antiquissimis factas, scripti-
 que exaratas, & typis impressas, nullam fidem, nec indi-
 cium, aut probationis speciem, seu adminiculum fecisse,
 nec facere in iudicio, nec extra iudicium, in damnum,
 laesionem, seu praerogativam Sedis Apostolicae, Ecclesia-

rum, & locorum piorum, eaque obtinentium, ejusque, &
 eorum jurium quorumcumque, ac dignitatum, & jurif-
 dictionum, etiam in favorem cujuscumque alterius Ec-
 clesiae, loci pii, & Ecclesiasticae personae, nisi si, & post-
 quam constiterit de originalibus literarum Apostolica-
 rum, etiam in forma Brevis, Chirographorum, supplica-
 tionum, vel Motuum propriorum, seu in defectum origi-
 narium, nisi prius ipsae gratiae, indulgentiae, concessiones, pri-
 vilegia, & quaecumque aliae dispositiones, quae ut praer-
 fertur, per Nos, ac Romanos Pontifices asseruntur factae,
 fuerint recognitae, seu extractae à Datario, Secretario Bre-
 vium, & Praefectis Archiviorum, ac Magistris Registro-
 rum, aliisque ejusdem Sedis Apostolicae officialibus res-
 pective, & per eosdem officiales, eum earum originalibus
 auctoritate, collatae, & concordare inventae, seu respec-
 tive recognitae, ita ut quibuscumque scriptorum, aliorum-
 que praefatorum assertionibus, narrativis, insertionibus,
 relationibus, enuntiationibus, & expressionibus gestorum,
 concessionum, & dispositionum, ut dicunt, per Nos, seu
 Romanos Pontifices praedecessores, & successores nos-
 tros, nulla fides unquam adhibeatur, nec adhiberi pos-
 sit, nisi constituto prius de narrato, relato, inserto, & enun-
 tiato autentico, videlicet per originale exhibendum,
 vel per sumptum, ut praerogativae, extrahendum, & respec-
 tive recognoscendum.

§. 3. Et quoad ea, in quibus agitur quomodolibet de
 aliquo interesse, vel praerogativa Camerae, & Sedis Aposto-
 licae, nisi ultra praefata etiam concurrat, quod praedicta
 extractio, collatio, & auctoritas, ac respective recognitio
 factae fuerint citato, & audito Camerae Apostolicae
 Commissario pro tempore existente; & nisi officiales hu-
 jusmodi in eorum, & earum extractione, & subscriptione
 attestentur de citatione, auctoritate, collatione, &
 concordia, ac respective recognitione praedictis. Et idem
 statuimus, & decernimus esse observandum respectu gra-
 tiarum, concessionum, indultorum, privilegiorum, ac qua-
 rumcumque aliarum dispositionum, quae in posterum à
 Nobis, seu à Romanis Pontificibus successoribus nostris
 canonicè intrantibus, emanasse assererentur, ut illarum
 assertiones, insertiones, & enuntiationes, aliaeque praerogativae,
 & quodlibet eorum à quibuscumque scriptoribus, & au-
 thoribus, ut praerogativae, pro tempore faciendae, & faciendae,
 nullam fidem, indicium, vel probationem faciant in praer-
 iudicium Sedis Apostolicae, & aliorum praefatorum in
 iudicio, & extra iudicium, nisi si, & postquam auctori-
 tate, & respective citatio, aliaeque praerogativae omnia, & sin-
 gula pariter intervenerint.

§. 4. Praesentes quoque literas, omniaque & singula in
 eis contenta, etiam ex eo quod quicumque in praerogativis
 interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes,
 ad ea vocati, & auditi, & causae propter quas eadem
 praesentes emanarint, adductae, verificatae, seu aliis suffi-
 cienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo un-
 quam tempore de subreptionis, nullitatis, aut invalidita-
 tis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu,
 etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali,
 sive etiam ex eo, quod in praerogativis, seu eorum aliquo so-
 lemmitates, & quavis alia servanda, & adimpleta non fue-
 rint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut statuto,
 vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam praerogativa
 enormis, enormissimae, & totalis laesionis, aut alia quacum-
 que causa, etiam in corpore juris clausa, etiam quantum-
 vis rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum
 validitatis praerogativarum necessaridè exprimenda foret, nota-
 tari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel contro-
 versiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adver-
 sus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, redu-
 ctionis ad viam & terminos juris, aut aliud quodcumque
 juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu
 quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio-
 nempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, ne-
 que sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum
 revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis
 contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet
 faciendis comprehendi; sed semper ab illis exceptas,
 perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, &
 fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri,

*Pulli
 quod
 esse
 Appo-
 Camer-
 dicit
 eto
 Com
 Com
 in
 prae
 tionem
 mentum
 iudicium
 tione.*

*Classi
 praerog
 um app*

*161
 mil*

& obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque, & non aliter præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, judicari, & definiti debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus foret, nostra de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & in dividua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad prædictum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem præsentibus, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem præsentibus per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensem, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Junii 1635. Pont. Nostri Anno 12.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die verò 20. mensis Novemb. retroscripta litera Apostolice affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium Bardam, & Iulium Marzium, & Iulium Sanctiss. D. N. Pape Curf. Hieronymus Vecchionus Mag. Curf.

XLIV. Quod in Provinciis Hispaniarum, & Indiarum Fratrum S. Francisci de Observantia Discalceatorum, amplius non sint, neque habeantur tituli Lectorum Jubilatorum: neque exemptione Patris gaudeat, nisi qui Minister Provincialis fuerit.

De Fratribus S. Francisci notavi satis ad Const. 49. S. D. N. Urbani VIII. Sacrosanctum, sup. tom. 4. & Const. 23. Inter gravissimas, hic sup.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Religiosos viros, qui abjectis hujus seculi vanitatibus, humilitati, & paupertati sub arctioris vite Insti-

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

1635.

tuto se per omnia tradiderunt, & abnegantes semetipsos, ut facerent voluntatem Domini, suam frugerunt, sicut peculiaribus hujus Sanctæ Sedis favoribus, & gratiis dignos existimamus, ita ad circumspectam illius providentiam pertinere dignoscimus ea sedulo statuere, atque ordinare, quibus Religiosi ipsi in ea, quam singulari divina benedictionis præsidio ingressi sunt, via de cætero ambulent, & vota sua reddant Domino in sanctitate, & justitia coram ipso.

§. 1. Hinc est quod Nos dilectis filiis Fratribus Ordinibus Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatis nuncupatis Hispaniarum, & Indiarum, quos in visceribus gerimus charitatis, omnem ambitionis, honorumque & titulorum consequendorum viam præcludere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus, atque ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in ulla eorundem Fratrum Provincia, tam Hispaniarum, quam Indiarum, tituli Lectoris Jubilati nullatenus sint, neque habeantur.

§. 2. Quodque nullus eorundem Fratrum Discalceatorum, qui Minister Provincialis non fuerit, titulo, ac exemptione Patris gaudeat, etiam si fuerit, vel pro tempore sit Vicarius Provincialis.

§. 3. Nos enim ex nunc quoscumque titulos Lectorum Jubilatorum, qui ad præsens in eisdem Provinciis reperiantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium revocamus, cassamus, & abrogamus, ac pro revocatis, cassis, & abrogatis haberi volumus: Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub arbitrio N. stri pœnis, omnibus, & singulis dictarum Provinciarum Fratribus, ad quos spectat, ne tituli Jubilatorum sibi aliis quomodolibet concessis, seu per eos quavis occasione, vel causa obtentis, de cætero uti, seu se illis juvare audeant, vel præsumant, ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, ac privationis officii pœnis ipso facto incurrendis, dilectis filiis eorundem Fratrum Ministro, & Commissario generalibus respectivè præcipimus, & mandamus, ut statim receptis præsentibus literis, illis pareant, & obediant, deque illis Ministros Provinciales, Vicarios prædictos, & Fratres in numerum Lectorum Jubilatorum relatos certiores faciant, ac Ministri Provinciales Vicarii prædicti, & Lectores Jubilati hujusmodi omnia, & singula in eisdem literis contenta sub eisdem pœnis, ut præfertur, incurrendis adimpleant.

§. 4. Decernentes, præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus regula nostra de Jure quæsito non tollendo, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provinciarum prædictarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1635. Pont. Nostri Anno 13.

Exemptio Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Congregationis Hispaniarum, à Jurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis præfati.

Lege de hac Congregatione indicata à me supra in Const. 3. Cum sicut.

S 3 VRBANVS

Prohibetur de cætero haberi titulos Lect. vni Jubilatorum.

Neque pagandi exemptione Patris nisi fuerit Minister Provincialis. Titulorum hujusmodi abrogati, ac pœnarum impositio contra faciemus.

Decretum irritum.

Constatuimus derogatio.

Transumptum fides.

Dat. P. A. 13. die 3. Dec.

CXLV.

URBANVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX quo regimen Universalis Ecclesie Nobis à Domino commissum, meritis licet imparibus, suscepimus, primas esse officii nostri partes semper reputavimus, si pro multiplicibus ministeriis, quæ in Ecclesia Militanti ab illius fidelibus sedulo convenit exerceri, singulos operarios susceptis oneribus insistentes opportunis confoveremus præsidis, & auxiliis. Proindeque curæ Nobis semper fuit viros Religiosos, eosque præcipue, qui remoti à turbis, divinæ vacantes contemplationi, in altum primævi Institutii montem juxta normam à Sede Apostolica peculiariter illis præscriptam: & non solum privatæ, sed publicæ animarum saluti invigilantes, dura servitute apud Barbaros detentorum libertati, & spiritualibus periculis fructuosè insudant, & consulunt, pro Pastoralis officii nostri sollicitudine firmis munire præsidis. Quod ut plenius Nobis eveniat, illos pleni sui juris efficiamus, ac ab omnimoda subordinatione, & subjectione libenter emancipamus, atque etiam sub inviolabili Sedis Apostolicæ protectione paterna benevolentia recipimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Inno. III. approbavit Ordinem Fratrum Sancti Trinitatis Redemptoris Captivorum sub propria Regula, nutu divino Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici illius Fundatoribus tradita, & ab eodem prædecessore confirmata instituit.

§. 1. Cum pridem felix recordationis Innocentius Papa Tertius prædecessor noster, Ordinem Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum sub propria Regula, nutu divino Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici illius Fundatoribus tradita, & ab eodem prædecessore confirmata instituit.

§. 2. Postmodum verò, vel temporum injuria, aut fervore remisso, vel certè hominum tepiditate, antiqua inolevisset observantia, laxiori modo vivendi paulatim invalescente, piz memorie Clemens Papa Octavus prædecessor noster, Motu suo proprio in Regnis Hispaniarum unam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Discalceatorum ejusdem Ordinis, in qua primitiva Regula cum antiquo, & pristino illo rigore in spiritus fervore observaretur, & quæ per unum Ministrum Provinciale ex eisdem Discalceatis eligendum regeatur, erexerit, & instituerit, ipsamque Congregationem, ac Provinciam Discalceatorum hujusmodi ab aliis Provinciis prædicti Ordinis Fratrum Calceatorum, seu modificatæ Regulæ perpetuò sejunxerit, & dismembraverit, ipsosque Fratres Reformatos, & eorum Monasteria, tam erecta, quàm impostera erigenda, ab omni, & quacumque jurisdictione, vilitatione, & superioritate, tam Commissarii generalis, quàm aliorum Ministrorum Provincialium, & aliorum quorumcumque Superiorum Calceatorum, seu modificatæ Regulæ ejusdem Ordinis (excepto Ministro Gen. totius Ordinis præfati, sub cujus obedientia, & superioritate Provincia ipsa, illiusque Domus, & Monasteria præsentia, & futura semper manerent) perpetuò exemerit, & liberaverit.

Paul. V. Congregationem Reformatam in sua Provincia dicitur in 1539. cum facultate eligendi ex ipsis Discalceatis unum Prælatum, Vicarium Generalem nuncupandum, cujus officium, & potestas per sex annos duraret: quique Congregationis prædictæ, illiusque Provincialium, & Ministrorum, tam Provincialium, quàm Conventualium Superior existeret, atque plenam potestatem gubernandi dictam Congregationem, dicto durante tempore haberet, Ministroque Generali totius Ordinis subesset, & confirmationem suæ electionis ab ipso obtineret.

§. 3. Et postmodum recolendæ memorie Paulus Papa Quintus, similiter prædecessor noster, considerans ipsam Congregationem Fratrum Discalceatorum, non mediocriter, benedicente Domino, in diversis dictorum Regnorum partibus jam tunc esse propagatam cum bonæ famæ odore, necnon spiritualium operum incremento, eique plurima illius Monasteria, per unum Ministrum Provinciale commode regi, & gubernari non posse innotescens, etiam Motu suo proprio ex omnibus Monasteriis, & Regularibus Domibus dictæ Congregationis duas Provincias separatas, quarum quælibet per unum Ministrum Provinciale, ex prædictis Fratribus Discalceatis eligendum gubernaretur, instituit. Et deinde idem Paulus prædecessor facultatem concessit eligendi ex ipsis Discalceatis unum Prælatum, Vicarium Generalem nuncupandum, cujus officium, & potestas per sex annos duraret: quique Congregationis prædictæ, illiusque Provincialium, & Ministrorum, tam Provincialium, quàm Conventualium Superior existeret, atque plenam potestatem gubernandi dictam Congregationem, dicto durante tempore haberet, Ministroque Generali totius Ordinis subesset, & confirmationem suæ electionis ab ipso obtineret.

§. 4. Subinde, cum rationi consentaneum non esset, ut qui arctioris Regulæ sectantur observantiam, Superioribus, qui in laxiori degunt, subjacant, sed Superiores habeant proprii sui Institutii: Nos propterea Motu nostro proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Congregationi Fratrum Discalceatorum hujusmodi concessimus facultatem eligendi unum Ministrum generalem ex ipsis Discalceatis, statuentes inter alia, quod electio hujusmodi Majoris, ac Generalis Ministri, de sexennio in sexennium, in Capitulo generali per secreta suffragia juxta Concilium Tridentinum fieret.

§. 5. Cumque post concessionem nostram hujusmodi Minister Generalis ex ipsis Reformatis noviter electus confirmationem suæ canonicæ electionis, tanquam Prælati dicti Ordinis à Sede Apostolica immediatè dependens, à Nobis obtinisset: Postremò etiam Nos eidem Congregationi, ut Capitulum Generale Discalceatorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi pro illius Ministri Generalis electione faciendæ legitimè congregatum, de cætero perpetuis futuris temporibus electionem Ministri Generalis in dicto Capitulo generali factam confirmare liberè, & licitè posset, & valeret, ita quod Minister Generalis Discalceatorum hujusmodi noviter electus, & à Capitulo generali confirmatus, nulla alia confirmatione unquam indigeret, Apostolica auctoritate concessimus, prout in diversis literis Apostolicis desuper expeditis plenius continetur.

§. 6. Cum autem, sicut accepimus, quamvis prædicta Discalceatorum Congregatio vigore literarum nostrarum hujusmodi facultatem habeat eligendi suum Generalem Ministrum totius Congregationis prædictæ: Et jam cessante nomine Vicarii Generalis, satis appareat, cessasse illam subordinatam Vicarii Generalis Ministro Generali totius Ordinis, cujus vices gerebat, & ad quem illius confirmatio pertinebat, nec par in parem habeat imperium: Nihilominus pro majori quiete, & spirituali progressu ejusdem Congregationis Reformatorum hujusmodi, Nos dilectum filium Fratrem Joannem de Annuntiatione, Procuratorem Generalem dictæ Congregationis amplioris gratiæ favore prosequi volentes, ipsumque Joannem, necnon singulares personas Congregationis, prædictæ à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon singularum literarum præfatarum tenores, etiam veriores, ac Datas præsentibus pro expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, non ad alicujus Nobis desuper factæ petitionis instantiam, sed de mera nostra liberalitate, ex voto tamen Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum: quod de cætero prædicta Congregatio, aut illius Religiosi, vel Minister Generalis, aliique Prælati, Superiores, Officiales, & personæ, perpetuis futuris temporibus Ministro generali Fratrum Calceatorum totius Ordinis prædicti, nunc, & pro tempore existenti, in spiritualibus, vel temporalibus minime subiaceant, aut subjecti, & suppositi esse minime debeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Ipsosque Fratres Discalceatos, illiusque Ministrum Generalem, ipsosque Personas, Conventus, Domos, Collegia, Provincias, tam præsentia, quàm futura, res, & bona, ab omni, & quacumque jurisdictione, superioritate, subordinatione, obedientia, correctione, vilitatione, gubernio, aut alia quavis jurisdictione, tam Ministri Generalis Fratrum Calceatorum hujusmodi, quàm aliorum Prælatorum, & Superiorum quacumque auctoritate fungentium, & sanctorum, & quantumvis amplissimis privilegiis, & facultatibus utentium, & usutorum, etiam quancumque Reformatorum, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuò eximimus, liberamus, & dismembramus. Illosque sic exemptos, liberatos & dismembratos, uti

Marginal notes on the right side of the page, including references to 'Hic ius', 'Pont. lib.', 'concessio', 'discalceatorum', 'congregatio', 'minister generalis', 'electio', 'confirmatio', 'auctoritas', 'potestas', 'plenitudo', 'facultas', 'liberatio', 'exemptio', 'dismembratio', 'perpetuum', 'futura', 'presentia', 'bona', 'res', 'omni', 'jurisdictione', 'superioritate', 'subordinatione', 'obedientia', 'correctio', 'vilitatione', 'gubernio', 'auctoritate', 'tenore', 'privilegiis', 'facultatibus', 'usutorum', 'reformatorum', 'minister generalis', 'fratrum calceatorum', 'totius ordinis', 'nunc', 'pro tempore', 'existenti', 'spiritualibus', 'temporalibus', 'minime', 'subiaceant', 'subjecti', 'suppositi', 'esse', 'minime', 'debeant', 'auctoritate', 'concedimus', 'indulgemus', 'ipsosque', 'fratres', 'discalceatos', 'illiusque', 'minister', 'generalem', 'ipsosque', 'personas', 'conventus', 'domos', 'collegia', 'provincias', 'tam', 'presentia', 'quàm', 'futura', 'res', '&', 'bona', 'ab', 'omni', '&', 'quacumque', 'jurisdictione', 'superioritate', 'subordinatione', 'obedientia', 'correctio', 'vilitatione', 'gubernio', 'aut', 'alia', 'quavis', 'jurisdictione', 'tam', 'minister', 'generalis', 'fratrum', 'calceatorum', 'hujusmodi', 'quàm', 'aliorum', 'prælatorum', '&', 'superiorum', 'quacumque', 'auctoritate', 'fungentium', '&', 'sanctorum', '&', 'quantumvis', 'amplissimis', 'privilegiis', '&', 'facultatibus', 'utentium', '&', 'usutorum', 'etiam', 'quancumque', 'reformatorum', 'auctoritate', '&', 'tenore', 'prædictis', 'etiam', 'perpetuò', 'eximimus', 'liberamus', '&', 'dismembramus', 'illosque', 'sic', 'exemptos', 'liberatos', '&', 'dismembratos', 'uti

URBANUS OCTAVUS.

uti Sedi Apostolicæ immediatè subjectos, sub nostra, & Sedis Apostolicæ tutela, & protectione recipimus, & admittimus.

§.7. Omniaque & singula privilegia eidem Congregationi Reformatorum, circa exemptionem hujusmodi, aut aliàs per Sedem Apostolicam concessa, eadem auctoritate, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, eisque perpetuè, & inviolabilis firmitatis robur adjuicimus. Omnesque, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, quantumvis substantiales; si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus.

§.8. Decernentes præfentes, etiam ex eo, quod inter esse habentes ad hoc vocati non fuerint, aut præmissis non consenserint, sub quibusvis similibus, vel dissimiliis gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, aut Sedem Apostolicam, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, nullatenus comprehendendi, sed semper, & perpetuò validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere. Et quoties illæ emanabunt, toties in præfinitum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori Data per Superiores Congregationis Reformatorum hujusmodi quodcumque eligenda, concessas esse, & fore.

§.9. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: irritumque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10. Non obstantibus præmissis, ac præfatis literis Clementis, & Pauli prædecessorum nostrorum hujusmodi, necnon in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Ministro Generali Fratrum non Reformatorum hujusmodi, illiusque Provincialibus Ministris, aliisque Officialibus, & Superioribus, ac personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alià in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hæc servanda foret, eorum tenores pro plenè, & integrè expressis habentes, Motu pari, de eadem potestatis plenitudine harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Volumus autem, quod præsentium transumptis, vel earum copiis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Generalis, vel Procuratoris generalis hujusmodi, vel alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent publicatæ, vel ostensæ.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, exemptionis, liberationis, dismembrationis, receptionis, admisionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac

Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se novarè incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini. MDCXVI. pridie Kal. Martii, Pont. nostri anno 14.

Declaratio quoad facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus, ac translationes, & novas reservationes pensionum, aut fructuum antea translatorum.

Quoad pensiones obtinendas, seu transferendas, ut de indicata ad const. 73. Pii V. Sacrosanctum, sup. tom. 2.

URBANUS PAPA VIII. Edictum. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas, quibus jugiter premimur, illa etiam est, ne Ecclesiæ & beneficia Ecclesiastica indebitè contra, aut præter mentem Romani Pontificis prægræventur.

§.1. An igitur ex translatione pensionum onus illarum prorogetur, seu extendatur de persona ad personam, & sæpè de infirmo ad sanum, & de senè ad juvenem, in non modicum præjudicium Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, ac illa pro tempore obtinentium, & propterea difficiliùs concedatur facultas transferendi illas pensiones, quæ aliàs translata fuerunt.

§.2. Idcirco Ecclesiarum, ac beneficiorum, & illa obtinentium prædictorum detrimentis, & incommodis, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione declaramus, omnes, & singulas per Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per Nos ex quacumque causa, etiam onerosa, etiam ratione quorumcumque officiorum, etiam Motu, & scientia, potestatisque plenitudine similibus, ac consistorialiter, etiam iteratis vicibus, & cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis decretis concessas, & concedendas facultates transferendi quascumque pensiones, seu fructus Ecclesiasticos earum loco, pro tempore reservatas, & reservatos, aut mediante earundem Pensionum antiquarum cassatione, de novo illas reservandi, necnon pensionum, & fructuum hujusmodi translationes, seu novas reservationes super quibuscumque Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & majoribus, ac Monasteriis, etiam Consistorialibus, cæterisque beneficiis, tam secularibus, quàm quorumvis Ordinum regularibus, & hospitalibus quomodolibet qualificatis, etiam cujuscumque Jurispatronatus, etiam Laicorum, etiam quorumcumque Regum, & Principum, illorumque fructibus, etiam incertis, & distributionibus, etiam quotidianis, nunc, & pro tempore factis, & concessas quibuscumque personis, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, etiam si super facultatibus, translationibus, seu novis reservationibus hujusmodi, seu lites in quocumque gradu, instantia, vel Tribunali pendeant indecisæ, non potuisse, nec posse cuiquam suffragari, quoad pensiones seu fructus aliàs translatos, nisi in eis consensus pensiones, aut fructus hujusmodi solvere debentium accesserit, aut quod aliàs pensiones, seu fructus hujusmodi translati, seu de novo reservati fuerint, expressum sit, seu exprimat, vel clausula, etiam si pensiones, seu fructus hujusmodi forsitan aliàs translata, seu translati, vel de novo reservata, vel reservati fuerint, apposta sit, vel apponatur.

§.3. Non intendimus autem præfenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & novas reservationes hujusmodi, pro quarum validitate hætenus lata esset sententia, quæ in rem judicatam transivit, vel pro quarum executione mandatum relaxatum, & executioni demandatum fuerit.

Clausula finalis cum decessu oratione.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam Camera Apostolicæ Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curia ejusdem Camerae generales Auditores, ac S.R.E. Camerarium & alios Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiti, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam discernimus.

Constitutio derogatoria.

§. 5. Non obstantibus indultis, privilegiis, & facultatibus, aliisque præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, etiam individuum mentionem requiruntibus, cæterisque contrariis quibuscumque, illorum omnium; & singulorum tenores præ plene expressis, & insertis habentes.

Dat. P. A. 13. die 8. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Martii 1636. Pont. nostri anno 13.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die vero decima quarta mensis Maii, supradicta Bulla, sive declaratio affixa, & publicata fuit ad vultus Basilica Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Paulum Barrocinum, & Franciscum de Paulis S. D. N. Papa Coadiutores.

Antonius Bardus Mag. Curf.

CXLVII. Extensio Const. Greg. XIII. ne Subcollectorum, & Commissariorum crimina possent cognosci nisi à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, ac excessus, & crimina patrata in aliis Regnis, & Provinciis, etiam expletis eorum officiis.

Greg. XIII. edidit sanctionem solum pro Regno Neapolis, quæ habet insertæ ipsius const. 25. Cupientes, tom. 2.

Edictum An. D. V R B A N V S P A P A VIII. 1636. Ad perpetuam rei memoriam.

Greg. XIII. const. 25. sup. tom. 2. f. 101. v. quod Subcollectoris, & Commissarii Nuntii Apostolici in Regno Neapolitano, tam generales, quàm particulares, in quibuslibet Provinciis, Civitatibus, & Diocæsiibus Regni Neapolitani per tunc, & pro tempore existentem Nuntium Apostolicum, & Collectorem generalem deputatos commissorum, à tunc, & pro tempore existente Nuntio Apostolico in eodem Regno commorante solum, non autem à quibusvis aliis iudicibus, etiam locorum Ordinariis, non modò durante eorum officio, sed etiam post ipsam dimissionem, donec viverent, audiri, cognosci & decidi possent, & deberent, statuit, & ordinavit, prædictisque iudicibus, & locorum Ordinariis, ne in illis sese quovis prætextu, seu quævis colore intromittere quoquo modo ullatenus auderent, vel præsumerent, districtè inhibuit, prout in suis literis in simili forma Brevis, sub datum die quarta Januarii 1573. Pontificatus sui anno tertio expeditis plenè continetur.

Aliis rec. mem. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster indemnitati Ministrorum Camera Apostolicæ, ne ullis molestiis, litibus, vel incommodis fatigaretur, opportunè providere cupiens, quod omnes, & singulæ causæ tunc motæ, & pro tempore movendæ quorumvis prætenforum excessuum, criminum, & delictorum, per quoscumque Subcollectores, & Commissarios, tam generales, quàm particulares, in quibuslibet Provinciis, Civitatibus, & Diocæsiibus Regni Neapolitani per tunc, & pro tempore existentem Nuntium Apostolicum, & Collectorem generalem deputatos commissorum, à tunc, & pro tempore existente Nuntio Apostolico in eodem Regno commorante solum, non autem à quibusvis aliis iudicibus, etiam locorum Ordinariis, non modò durante eorum officio, sed etiam post ipsam dimissionem, donec viverent, audiri, cognosci & decidi possent, & deberent, statuit, & ordinavit, prædictisque iudicibus, & locorum Ordinariis, ne in illis sese quovis prætextu, seu quævis colore intromittere quoquo modo ullatenus auderent, vel præsumerent, districtè inhibuit, prout in suis literis in simili forma Brevis, sub datum die quarta Januarii 1573. Pontificatus sui anno tertio expeditis plenè continetur.

Postea fuit dubitatum, an privilegium prædicti decessu oratione expiis, & effectus.

§. 1. Cumque postea, ut accepimus, fuerit à nonnullis pluries dubitatum, an prædictæ literæ Gregorii prædecessoris prædicti de prætenforum excessibus, criminibus, & delictis, durante officio duntaxat, an verò etiam de aliis post finitum eorum officium, ut præmittitur, donec viverent, commissis intelligi deberent, & de super diversas resolutiones etiam ad invicem contrarias emanasse assideratur.

Pont. volens huius dubitationem.

§. 2. Nos volentes finem huic dubitationi imponere,

& attendentes, quod iidem Subcollectores, & Commissarii in concernentibus servitium Camerae, & Sedis Apostolicæ, timidiores, ac negligentiores fierent, si sub prædictorum iudicum, & Ordinariorum jurisdictione post finitum eorum officium se reliquum iri timerent, & propterea iusto metu retraherentur à gerendo, ut debent, eorum officio, dubitantes ne illo finito, prædicti iudices, & locorum Ordinarii in illos, etiam ex causis mendicatis faverent, quod in non modicum præjudicium Camerae, & Sedis Apostolicæ redundaret.

si non imponere.

§. 3. Idcirco Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra Constitutione perpetuò valitura cognitionem, & decisionem causarum prætenforum excessuum, criminum, & delictorum per prædictos Subcollectores, & Commissarios à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis, tam in Regno Neapolitano, quàm in aliis Provinciis, Regnis, & locis, etiam speciali nota dignis, & ubique terrarum, & locorum per Nuntios, sive Collectores Apostolicos hætenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocumque, etiam post finitum officium commissorum, ut prætenditur, & patrorum spectasse, & spectare ad Nuntios, & Collectores Apostolicos pro tempore existentes, privativè quoad quoscumque alios Judices, etiam locorum Ordinarios prædictos, declaramus, & quatenus opus foret, discernimus, statuimusque & ordinamus.

Declaratio huiusmodi privativè manere possit.

§. 4. Ne autem inde major libertas delinquendi, & excessus committendi eidem Subcollectoribus, & Commissariis nascatur, & ne eorum delicta, si quæ patrata essent, vel patrarentur in posterum, impunita remaneant: Volumus, quod Collectores Camerae Apostolicæ nunc, & pro tempore existentes, inter Statuta per eorum Subcollectores, & Commissarios observanda, tanquam ab ipsis Collectoribus jam edita, etiam impressa, addant comminationem de eisdem Subcollectoribus, & Commissariis privando huiusmodi privilegio, & illos ordinariæ jurisdictioni submitiendo, quatenus post diuissimum officium ab excessibus, & delictis committendis non se absteineant, quòdque prædicta statuta in Cancellariis Episcoporum, & aliorum Ordinariorum retineantur, & stent affixa.

Manere eorum huiusmodi comminationem admittent, & minima in huiusmodi legitimitate servari iurisdictione Ordinariis.

§. 5. Decernentes, præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, vocati, & auditi non fuerint, aut præmissis non consenserint, seu casu propter quas præsentis emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliis justificatæ non fuerint, aut alia quavis de causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionem in integrum, aperiitionem oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel iustitiæ remediunt impetrari, seu eo impetrato quæcumque uti, seu se juvare in iudicio, vel extra nullatenus posse, sed eas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore.

Clausula præferenda, & non supra dicitur.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ita, & aliter iudicari decernitur.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de jure quæsito non tollendo, ac quibusvis aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac alià quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua,

Constitutio derogatoria.

URBANUS OCTAVUS.

279

Individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1636. Pont. Nostri anno 13.

Annus à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die vero 13. mensis Septembris, tempore Pont. S. D. N. Urbani divina providentia Papa Octavi anno ejus 13. supradicta Bulla publicata fuit per Urbem in locis solitis, & consuetis, per nos Silverium Pontivolum S. D. N. Papa Curf.

Io. Baptista Riccius Mag. Curf.

De electione, ac confirmatione Ministri Generalis Fratrum Reformatorem Discalceatorum Congregationis Hispaniarum, Ordinis Sancti Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Circa vacationem non expleto sexennio Ministri Generalis horum Fratrum Constitutionem edidit hic S. D. N. Urban. VIII. quam habes hic sup. num. 19 Injuncti. Alia verò indicavi ad eisdem const. 3. Cùm sicut.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione Fratrum Ordinis Sancti Trinitatis Redemptionis Captivorum, Discalceatorum nuncupatorum, Congregationis Hispaniarum Procurator Generalis, quod aliis postquam Nos per nostras sub plumbo de anno 1631. expeditas literas, incipientes, Salutibus Apostoli monitis, Fratribus Discalceatis iustitiam facultatem eligendi ex ipsis Fratribus Discalceatis in suo generali Capitulo unum Ministri Generalis, juxta formam in dictis literis prescriptam, à Superioritate Ministri Generalis Fratrum ejusdem Ordinis Calceatorum penitus, & omnino exemptum concessimus, ipse Minister Generalis Congregationis hujusmodi in dicto Capitulo noviter electus confirmationem suæ canonicæ electionis à nobis, tanquam Prælati à Summo Pontifice immediatè dependentis obtinuit. Sed ne impostum dicta Congregatio in illius regimine interim, dum litteræ confirmationis sui Ministri Generalis à Sede Apostolica impetrantur, detrimentum aliquod patiatur, Nobis propterea dictus Joannes Procurator Generalis hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur prospero, felicique dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, dictumque Joannem Procuratorem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdictionis, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis Regularium præpositotum consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale Fratrum Discalceatorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi, pro illius Ministri Generalis electione faciendâ legitimè congregatum, electionem Ministri Generalis hujusmodi in dicto Capitulo generali factam, juxta formam in dictis literis prescriptam confirmare liberè & licitè possit, & valeat, ita quod Minister Generalis hujusmodi noviter electus, & à Capitulo generali confirmatus, nulla alia con-

firmatione unquam indigeat, sed statim possit exercere officium Ministri Generalis totius Congregationis Fratrum Discalceatorum hujusmodi, cum ipsismet auctoritate, facultatibus, & præminentis aliis Superioribus Generalibus aliorum Ordinum ex privilegio Apostolico, vel aliis quomodolibet competentibus, & concessis, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter & inconcussè observari debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1638. Pont. Nostri anno 14.

Contra eos qui mentito nomine, vel cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas nuptias transeunt.

Anathematis pœnam dicentibus, quod Christianis plures habere uxores liceat, imp. just. Concl. Trid. de sacros. matrim. sess. 24. can. 2. Idemque prohibitum asserit Innoc. III. cap. gaudemus, §. nec ulli, de divortis.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

MAGnum in Christo, & in Ecclesiâ Matrimonii Sacramentum, ut vitæ est legitima inter Virum & Fœminam indissolubilis societas, in qua ex pari consensu semetipsum alter alteri debet: ita gravibus, & debitisque pœnis corripiendi sunt ii, qui mandatorum Domini immemores, & posthabita propriæ salutis ratione, sacrosanctas hujusmodi Sacramenti leges violare non vententur.

Cum itaque, sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, si iniquitatis filii reperiantur, qui sub mentito nomine, seu cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas Nuptias transire audent.

Nos nefariam improborum hominum hujusmodi temeritatem, juxta creditum Nobis desuper Apostolicæ servitutis officium, quantum cum Domino possumus, reprimere volentes, habita priùs super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus ab hac Sancta Sede deputatis, deliberatione matura, hac nostra perpetuè valitura Constitutione decernimus, ut hujusmodi sic delinquentes, ultra pœnas, quibus ipsi ordinariè puniri soleant, damnentur ad Trêmes in perpetuum: quod si inhabiles reperti fuerint, publicè sustinentur, & damnentur ad carceres in perpetuum. Si verò pro qualitate, & enormitate delicti graviores pœnas meruerint, etiam Curie seculari arbitrio eorundem præfatæ Congregationis Cardinalium puniendi tradantur.

Decernentes presentes literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi, minusque causæ propter quas eadem presentes

Vertical text on the left margin, including 'An. D.', '1636', 'Pont.', '13. mensis Septembris', 'die vero 13.', 'mensis Septembris', 'tempore Pont. S. D. N. Urbani', 'divina providentia Papa Octavi anno ejus 13.', 'supradicta Bulla publicata fuit per Urbem in locis solitis, & consuetis, per nos Silverium Pontivolum S. D. N. Papa Curf.', 'Io. Baptista Riccius Mag. Curf.', 'De electione, ac confirmatione Ministri Generalis Fratrum Reformatorem Discalceatorum Congregationis Hispaniarum, Ordinis Sancti Trinitatis Redemptionis Captivorum.', 'Circa vacationem non expleto sexennio Ministri Generalis horum Fratrum Constitutionem edidit hic S. D. N. Urban. VIII. quam habes hic sup. num. 19 Injuncti. Alia verò indicavi ad eisdem const. 3. Cùm sicut.', 'VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.', 'EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione Fratrum Ordinis Sancti Trinitatis Redemptionis Captivorum, Discalceatorum nuncupatorum, Congregationis Hispaniarum Procurator Generalis, quod aliis postquam Nos per nostras sub plumbo de anno 1631. expeditas literas, incipientes, Salutibus Apostoli monitis, Fratribus Discalceatis iustitiam facultatem eligendi ex ipsis Fratribus Discalceatis in suo generali Capitulo unum Ministri Generalis, juxta formam in dictis literis prescriptam, à Superioritate Ministri Generalis Fratrum ejusdem Ordinis Calceatorum penitus, & omnino exemptum concessimus, ipse Minister Generalis Congregationis hujusmodi in dicto Capitulo noviter electus confirmationem suæ canonicæ electionis à nobis, tanquam Prælati à Summo Pontifice immediatè dependentis obtinuit. Sed ne impostum dicta Congregatio in illius regimine interim, dum litteræ confirmationis sui Ministri Generalis à Sede Apostolica impetrantur, detrimentum aliquod patiatur, Nobis propterea dictus Joannes Procurator Generalis hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.', 'Nos igitur prospero, felicique dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, dictumque Joannem Procuratorem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdictionis, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis Regularium præpositotum consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale Fratrum Discalceatorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi, pro illius Ministri Generalis electione faciendâ legitimè congregatum, electionem Ministri Generalis hujusmodi in dicto Capitulo generali factam, juxta formam in dictis literis prescriptam confirmare liberè & licitè possit, & valeat, ita quod Minister Generalis hujusmodi noviter electus, & à Capitulo generali confirmatus, nulla alia con-

Vertical text on the right margin, including 'Clausulas præferenti-vas addit.', 'Contraria illi.', 'Dat. P. A. 14. die 3. Dec.', 'Exordium.', 'Nonnulli mbr-ito nomine, seu cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas nuptias transire audent.', 'Ad quod se 3. dulum magis arcuam pœ- niam, etiam ad Trêmes, sustinentur, & aliis pœ- nis damnentur hujusmodi inef- far os homi- nos decernit.', 'Clausulas præferenti-vas addit.'

emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliâs sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, injus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apositionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis & faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

*In judiciis
præcipi, ut
omnibus de
v. 11.*

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

*Mandata hæc
conf. publi-
cari in V. 11.
et publicari
omnibus l. 11.*

§. 5. Ut autem præsentis, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam præterdere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem præsentis per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, ac cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

*Ad ejus trans-
missionem
dati.*

§. 6. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem proliis fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Dat. Romæ apud S. Mariam
die 20. Junii.*

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Junii 1637. Pont. Nostri anno 14.

*Publicatio
in V. 11.*

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigésimo septimo, die vero 20. mensis Junii, supradicta Constitutiones affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut mos est, per me Antonium Bardum Apost. Curs.

Julius Marzittellius Mag. Curs.

CL. Confirmatio Decreti Consistorialis super vacatione Officiorum Romanæ Curie, & Locorum montium vacabilium, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium.

Decreta Sixti V. super vacatione locorum montium, & Romana Curie officiorum per assumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel superiores Ecclesias, revocavit Innocentius Papa IX. quam revocationem hic Pontifex approbat, & confirmat. Idcirco hujusmodi Decreta non sunt inserta in hoc Bullario.

URBANUS PAPA VIII. *Edictum An. 1639.*
Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem in his vigilantia, & auctoritatis suæ partes libenter interponere, ut constitutiones & decreta ab eo, præsertim in Consistorio suo secreto edita, semotis quibuslibet dubiis, suum plenarium sortiantur effectum.

*Decreta Sixti
V. super va-
catione Ro-
manæ Curie
officiorum.*

§. 1. Cum itaque aliâs fel. rec. Innocentius Papa Novus prædecessor noster decreta piæ mem. Sixti Papæ V. etiam prædecessoris nostri, super vacatione Locorum montium, & Romanæ Curie officiorum per assumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel superiores Ecclesias facta revocaverit: Nosque insuper in Consistorio nostro secreto sub die 13. Novembris anni proxime præteriti eandem revocationem confirmaverimus, declaraverimus, & ampliaverimus, prout plenius continetur in decreto nostro desuper emanato tenoris subsequentis, videlicet: In provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Patriarchalium, necnon in Monasteriorum Commendis consuevimus dispensare cum præficiendis prædictis Ecclesiis, ac eis, quibus Monasteria commendantur, ut possint compatiblea retinere, sed quoniam contingit dubitari à quibusdam, an officia Romanæ Curie, & Loca montium sub nomine compatibleum comprehendantur: Nos ut ambigendi ansam tollamus, decrevimus desuper providere per nostram specificam, & peculiarem declarationem. Hæc præfati, hujusmodi decretum protulimus.

*Innocentius
IX. revocavit
decreta Sixti
V. quoniam
causationem
Pontificis
probat.*

§. 2. Cum aliâs fel. record. Sixtus Papa Quintus prædecessor noster in uno sub die 23. Septembris omnia & singula Loca montium, ac Romanæ Curie officia per assumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel superiores Ecclesias vacare, & alio sub die 21. Octobris 1585. celebrato Consistorio illud intelligi debere de officiis, & Locis montium vacabilibus per obitum resp. & revocaverit, & declaraverit. Nos piæ mem. Innocentii PP. Noni etiam prædecessoris nostri, qui decretum hujusmodi revocavit, vestigiis inhærentes, ac revocationem hujusmodi confirmantes, declarantes & ampliantes, Loca montium vacabilia, & officia hujusmodi per promotionem ad Ecclesias Cathedrales, etiam Metropolitanas, aut Patriarchales, seu etiam Commendas Monasteriorum nullatenus, sed per solam promotionem ad Cardinalatum facien. etiam si aliâs officia per Cardinales obtineri, vel retineri possent, de cætero vacare decernimus, & declaramus. Non obstantibus erectione officiorum Locorum montium hujusmodi, Indultis Apostolicis, & aliis quibuscumque, illorum tenores, & latissime extenden. &c. Ita ut in expeditione literarum Apostolicarum super promotione ad Ecclesias prædictas, seu Commendas Monasteriorum ex officio possit dari retentio officiorum, & Locorum montium prædictorum, perinde ac si specialiter in singulis provisionibus, & Commendis hujusmodi à Nobis faciendis eadem retentio concessa esset, & ut magis, ac facilius innotescat, volumus, & mandamus, ut nostra decreti hujusmodi confirmatio, declaratio, & ampliatio in Cancellaria nostra Apostolica publicetur, & in illius quaternio describatur. Placet, publicetur, & describatur. M.

Et confirmat.

§. 3. Quod quidem decretum fuit deinde in Cancellaria Apostolica sub die 30. Decembris ejusdem anni publicatum: Nos clausulam latissimè extenden. in eodem Decreto appositam declarare, & firmiori præmissorum observationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, ac uberius mentem nostram explicare volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuè valitura Constitutione, præinsertum Decretum nostrum, omniaque, & singula in eo contenta tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

*Clancti
servati.*

§. 4. Decernentes præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesset habentes, seu habere quomodolibet præcedentes, ad id minimè vocati, &

URBANUS OCTAVUS.

215

& auditi, minusque causæ propter quas eadem præsen- tes emanarint adductæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ratione enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio prætextu, aut jure, etiam in corpore juris clauso, seu etiam occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariè exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari posse, neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, ac alii contrariis ordinationibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendî, sed semper ab illis exceptas, perpetuèque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios & integros effectus obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Cameræ Apostolicæ Clericos, Præsidentes, Palatiique nostri Apostolici Auditores, at S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac nostra de non tollendo jure quaesito, aliisque Cancellariæ prædictæ regulis, necnon erectionibus officiorum, & Locorum montium hujusmodi, ac illorum concessionibus, acquisitionibus, gratiis, privilegiis, facultatibus, & indulgiis quibuscumque, etiam non vacationis, sive extensionis illorum ad plures vitas, vel ad certum tempus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, aut etiam consistorialiter, ac aliis quomodolibet per Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per Nos hætenus, & pro tempore quibusvis personis, cujuscumque qualitatis, conditionis, status, gradus, & dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque alia mundana dignitate fulgentibus, ac aliis speciali notâ dignis, etiam ex causa remunerationis meritorum, laborum, resignationis, emptionis, ac cuiuslibet alterius acquisitionis officiorum, & Locorum montium prædictorum, vel alia quantumlibet favorabili, privilegiata, seu onerosa causa concessis, etiam si præfate concessionibus, Indulta, aliisque prædicta quibuscumque clausulis, etiam insolitis, ac derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis munita fuerint, ac etiam si in illis caveatur expressè, resignationarium, vel alium, in cujus capite posita sunt officia, aut montium loca, non posse in illis, nec eorum fructibus quovis modo se intromittere, nisi consentiente resignante, vel alio, de cujus pecuniis empta, vel aliis acquisita forent officia, & montium loca prædicta, quinimodò resignantem, vel alium de cujus pecuniis empta, vel aliis quomodolibet acquisita fuerunt, ejusque successorem, vel successores, aut hæredes posse quandocumque sibi, vel ipsis placuerit, officium, vel officia, aut montium loca resignare, alienare, ac de eo vel eis, eorumque fructibus disponere, etiam contradicente resignatario, vel quolibet alio, in cujus capite posita essent officia, vel Loca montium prædicta, præterquam in casu infirmitatis ipsius resignatarii, vel alterius, in cujus capite essent posita ipsa officia, vel montium loca, ac etiam cum clausula, dummodo per obitum, vel privationem ejusdem resignatarii, vel alterius personæ vacent.

§. 7. Quibus omnibus, & singulis, cæterisque contrariis quibuscumque, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, per præinsertum nostrum Consistoriale decretum sufficienter, ac plenè derogatum fuisse & esse declaramus, & decernimus, ac tenore præsentium ple-

nissime derogamus. Volumus autem, quod præsentia omnes, & singulos, etiam ignomnes ex nunc ligent, efficiant, & ardeant, ac si publicatæ, & unicuique personæ intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 2. Januarii 1629. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo trigésimo nono, die vero 13. mensis Augusti, super prædicta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ S. Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Fulvium Marzettinum, & Carolum Pelossum S. D. N. Papa Curf. Pro D. Mag. Curf. Antonius Bardus dep.

Constitutio super præstatione alimentorum Hebræis pauperibus ad instantiam Christianorum creditorum carceratis.

De Hebræis, sive Judæis habes Pauli IV. Constit. 3. Cum nimis, tom. 1. circa Judæorum vivendū mundum, quam postea confirmavit Pius V. sua const. 6. Romanus, tom. 2.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, licet aliàs Congregatio Visitationis Carcerum Urbis nostræ, tempore sel. rec. Pauli Papæ V. prædecessoris nostri, visis literis reformationis tam ab eodem Paulo prædecessore, quam rec. mem. Pio Papa V. similiter prædecessore nostro emanatis, decreverit, alimenta, sive victualia Hebræis pauperibus ad instantiam creditorum Christianorum carceratis, per eosdem creditores Christianos non esse subministranda, decretumque hujusmodi idem Paulus prædecessor approbaverit, & ab omnibus ejusdem Urbis Tribunalibus servari mandaverit: quoniam tamen in Rotæ Auditorio, proponente bonæ memoriæ Alphonso Patriarcha Hierosolymitano, ejusdem Rotæ Locumtenente, decisum fuit, & judicatum, Hebræis pauperibus carceratis alimenta, sive victualia, attenda juris communis dispositione, esse à creditoribus etiam Christianis præstanda, Decretum vero Visitationis prædictorum locum dumtaxat habere, quando alimenta prædicta coram Visitationibus carcerum hujusmodi petuntur.

Idcirco ad contentiones inter diversa ejusdem Urbis Tribunalia evitandas, atque ut pauperibus Hebræis hujusmodi aliquo modo, ne pereant, subveniatur, provide- re volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, onus solvendi prædicta alimenta pauperibus Hebræis ad Christianorum instantiam carceratis, Communitati eorundem Hebræorum de Urbe, Apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus, ipsamque Communitatem ad præstanda realiter, & cum effectu alimenta, sive victualia pauperibus Hebræis carceratis hujusmodi, per eosdem Visitatores, aliorum quorumcumque ipsius Urbis Tribunalium Judices, via executiva, & manu regia cogi posse volumus, reservato tamen jure eidem Communitati Hebræorum pro alimentorum, sive victualium prædictorum recuperatione, contra eorundem Hebræorum carceratorum bona, res, & jura agendi.

Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit,

Dar. P. An. Di. die 2. Jan. 1629.

CLII.

1629.

Exordium

Hebræis ad instantiam Christianorum carceratis alimenta præstanda per ipsam Communitatem

Clausula sublatæ

Contrarium derogat.

fit, regula nostra de jure quanto non tollendo, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 18. Octobris 1635. Pontificatus nostri anno 13.

CLII. Declaratio super facultatibus transferendi pensiones, seu illarum loco fructus, ac translationibus, novisque reservationibus pensionum, seu fructuum antea translatorum.

Pensiones transferendi facultates revocavit Pius V. Const. 73. Sacrosanctum, tom. 2. Reservationes autem pensionum perpetuarum super beneficiis Ecclesiasticis, & Indulta imponendi pensiones etiam temporales revocavit S.D.N. Urbanus VIII. Const. 69. Sanctissimus, hoc tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter gravissimas, multiplicisque Apostolicis servitutis curas, quibus jugiter premimur, illa etiam est, ne Ecclesiae & beneficia Ecclesiastica indebitè contra, aut praeter mentem Romani Pontificis pergraventur.

1. Cum igitur ex translatione pensionum onus illarum prorogetur, seu extendatur de persona ad personam, & saepe de infirmo ad sanum, & de senè ad juvenem, in non modicum praerudicium Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, ac illa pro tempore obtinentium, & propterea difficilius concedatur facultas transferendi illas pensiones, quae aliàs translatae fuerunt, idcirco Ecclesiarum, ac beneficiorum, & illa obtinentium praedictorum detrimentis, & incommodis, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes.

2. Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione declaramus omnes, & singulas per Romanos Pontifices praedecessores, & successores nostros, ac etiam per nos ex quacumque causa, etiam onerosa, etiam ratione quorumcumque officiorum, etiam Motu, & scientia, potestatisque plenitudine similibus, ac consistorialiter, etiam iteratis vicibus, & cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis decretis concessas, & concedendas facultates transferendi quascumque pensiones, seu fructus Ecclesiasticos eorum loco pro tempore reservatas, & reservatos, aut mediante earundem pensionum antiquarum cassatione, de novo illas reservandi, necnon pensionum, & fructuum hujusmodi translationes, seu novas reservationes, super quibuscumque Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & majoribus, ac Monasteriis, etiam Consistorialibus, ceterisque beneficiis, tam secularibus, quam quorumvis ordinum regularibus, & hospitalibus quomodolibet qualificatis, etiam cujuscumque Jurisdictionis, etiam Laicorum, etiam quorumcumque Regum, & Principum, illorumque fructibus, etiam incertis, & distributionibus, etiam quotidianis, nunc & pro tempore factas, & concessas quibuscumque personis, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, etiam si Cardinalatus honore praefulgeant, etiam si super facultatibus, translationibus, seu novis reservationibus hujusmodi lis, seu lites in quocumque gradu, instantia, vel Tribunali pendeant indecisæ, non potuisse, nec posse cuiquam suffragari, quoad pensiones, seu fructus aliàs translatos, nisi in eis consensus, pensiones, aut fructus hujusmodi solvere debentium accesserit, aut quod aliàs pensiones, seu fructus hujusmodi translati, seu de novo reservati fuerint, expressum sit, seu exprimat, vel clausula etiam pensiones, seu fructus hujusmodi forsitan aliàs translatae, seu translati, vel de novo reservatae vel reservati fuerint, apposta sit, vel apponatur. Non intendi-

Declara- fa- cultates trans- ferendi quascumque pen- siones, & no- posse, nec- suffragari.

Causa huius- modi.

Ordinum.

mos autem praesenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & novas reservationes hujusmodi, pro quarum validitate haecenus lata esset sententia, quae in rem judicatam transiit, vel pro quarum executione mandatum relaxatum, & executioni demandatum fuerit.

3. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam Camerae Apostolicæ Clericos Praesidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curiae ejusdem Camerae generalem Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, & definiti, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

4. Non obstantibus indultis, privilegiis, & facultatibus, aliisque praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariae Apostolicæ regulis, etiam individuum mentionem requirentibus, ceterisque contrariis quibuscumque, illorum omnium, & singulorum tenores pro plenè expressis, & insertis habentes.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Martii 1636. Pont. nostri anno 13.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die vero decima quarta mensis Maii, supradicta Bulla, seu declaratio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, in aëre Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Paulum Bartoccium, & Franciscum de Paulis S.D.N. Papa Curiores.

Antonius Bardus Mag. Curf.

Confirmatio, extensio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum, prohibentium Civitates, Castra, & alia tam Jurisdictionalia, quam non jurisdictionalia, stabilia tamen, in statu Ecclesiastico consistentia, alienari in Forenses ex quacumque causa, absque Sedis Apostolicæ licentia, & Revocatio quarumcumque licentiarum, & facultatum adversus praedictas Constitutiones concessarum.

Alienationem bonorum Status Ecclesiastici in non subditos & forenses prohibuit Sixtus V. sua Const. 3. Sollicitudo, quam postea approbavit Clemens VIII. in sua const. 78. Romanum, & ampliavit Paul. V. const. 108. Pastorale, tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Lim felicitis recordationis Sixtus V. praedecessor. Noster, ut tunc suorum, & Sedis Apostolicæ subditorum conservationi prospiceret, Civitates, Castra, Oppida, Jurisdictiones, Feuda, & bona quaecumque stabilia, seu immobilia, in dicto Statu Ecclesiastico consistentia, per quemcumque cujusvis status, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis existeret, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis auctoritate, ac dignitate, etiam Ecclesiastica, quae specialem, & individuum mentionem requireret, praeditus esset, vendi, permutari, ultra triennium locari, in emphyteusim, feudum, livellum, pignus, seu precarium concedi sine sua, & Sedis Apostolicæ licentia in aliquam Communitatem, Universitatem, Collegium, vel personam extraneam, seu forenses, etiam ut praemittitur, quomodolibet qualificatam, quae dictae Sedi in temporalibus subdita, & supposita non esset, vel quae in dicto Statu domicilium legitime non contraxisset; praedictas vero Civitates, Castra, Oppida, Fortalitia, & alia quaecumque Jurisdictionalia, praesertim Feudalia, tam in forenses, quam in subditos

Clasific. sublat.

Curia. derog.

Publica. vide.

CLIII.

Edict.

Extr. Si. cur. subdit. in. mat. in. forenses. de quib. rub.

ditos quoscumque quomodolibet qualificados vendi, permutari ac donari, nisi præcedente præfata licentia Apost. prohibuit sub pœna nullitatis contractuum, aliorumque gestorum: In præfata tamen prohibitione neque census, neque officia, neque portiones, seu montium loca, nec mulierum dotes, nec Almam Urbem, uti communem Patriam, cum ejus circuitu ad decem millia passuum voluit comprehendere, filios tamen, & hæredes prædictarum mulierum, soluto matrimonio, si exteri forent, adstrictos esse infra triennium venire ad habitandum in eodem Statu, vel bona prædicta in alium, seu alios habitatores, ac subditos transferre statuit.

§. 2. Deinde recol. mem. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster, eandem Sixti prohibitionem, ac statum, nedum confirmavit, sed etiam ad Principes extraneos, Universitates, Communitates, & Collegia, non tamen Ecclesiastica, respectu quorumcumque bonorum stabilium, tam in confinibus ejusdem Status Ecclesiastici, quam in quacumque alia ipsius Status parte, & in ipsa Urbe consistentium, ac etiam censuum, aliorumque bonorum, & jurium, quæ pro stabilibus habentur, non tamen officiorum Romanæ Curie, nec portionum, seu locorum montium comprehendere declaravit, ac etiam ad quoscumque genera contractuum, præterquam, ut præfertur, ex causa dotis, & ad quascumque dispositiones inter vivos, & causa mortis, ac ultimas voluntates extendit.

§. 3. Et successivè præ mem. Paulus V. etiam prædecessor noster, prædictas Sixti, & Clementis Constitutiones declaravit, ac extendit, statuens quoque licentiam Apostolicam prædictam esse in scriptis obtinendam, & in actu celebrationis instrumentorum exhibendam sub diversis pœnis, etiam quoad Notarios ipso jure incurrendis. Ac denique Nos prioribus nostris literis easdem Constitutiones confirmavimus, ac in eis bona in confinibus territorii Baronalis existentia, & Castra diruta, ac tenetas Jurisdictionales, censuumque super eisdem bonis impositos comprehendere declaravimus. Et successivè per alias nostras literas terminum illis, qui præmissis contraveniant, ut contractus, & gesta quæcumque, ut præfertur, prohibita retractarent, præfiximus, & aliàs, prout latius, & plenius in prædictis Sixti, Clementis, & Pauli prædecessorum nostrorum, ac nostris literis continetur. Cum autem postmodum longiori experientia compertum sit, etiam ex dotibus, seu ex contractibus, ac dispositionibus causa dotium, posse Sedi Apost. suisque subditis non modicum fieri præjudicium, & sæpè ex occultis assignationibus, etiam per scripturas privatas fieri solitis, ipsas dotes, ac bona, & jura dotalia, in venditiones ab eisdem Constitutionibus prohibitas, clam transire posse, si Civitates, Castra, Oppida, Fortalitia, A. ces, aliæque jura & bona Jurisdictionalia, ac bona stabilia, seu immobilia quæcumque, præsertim in confinibus ejusdem Status Ecclesiastici, etiam pro aliqua parte contigui existentia, certo pretio æstimanda, per quoscumque sive forenses, sive subditos, quomodolibet qualificados, etiam Imperiali, Regali, Ducali, & quavis alia auctoritate, ac dignitate, etiam Ecclesiastica, & aliàs individuum mentionem requirentem præditos, in puellarum, seu mulierum, etiam subditarum dotibus, & accenciis, sive causa vel prætextu dotium, donationumque propter nuptias, vel pro archis, ac aliàs quomodolibet in dotes, seu pro dotium solutione, vel asscuracione constituerent, & assignaretur, vel aliàs, etiam absque æstimacione, qualibet alia palliatione darentur, seu traderentur quibuslibet forensibus quomodolibet, ut præmittitur, qualificatis, etiam Principibus majoris potentie quibuscumque, eorumque patribus, matribus, avibus, & aviis, tam paternis, quam maternis, ac fratribus, filiisque, & nepotibus, etiam ex fratre, vel sorore nunc natis, & quocumque nascituris.

§. 4. Idem Nos volentes, prout ex debito nostro Pastoraliter tenemur, oranibus præjudiciis prædictis, & aliis quibuscumque obviam ire, Motu proprio, certa scientia ac matura deliberacione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua Constitutione easdem Sixti, Clementis, & Pauli, ac nostras literas, omniaque, & singula in eis, & earum qualibet expressa, & prohibita, pœnasque tam nullitatis contractuum, ac dispositionum, quam alias quascumque ab eis, & singulis earum, etiam

contra Notarios, & alios quoscumque infideliter approbamus, confirmamus, & innovamus; Necnon illas ampliando, ac declarando, easdem Constitutiones, ac omnia, & singula in eis, & earum qualibet contenta, ad quoscumque contractus, causa vel prætextu dotium quomodolibet in posterum incedendos, ac ad quascumque dotes cujuscumque qualitates, quantitatis, ac valoris, & quantumlibet privilegiatas, & favorabiles, etiam ratione educationis infantium, pupillorum, & personarum quarumcumque, & cujuslibet alterius necessitatis, & aliis quomodolibet per quoscumque, sive subditos, sive forenses utriusque sexus, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præminentie, etiam Imperialis, Regalis, Ducalis, nunc & pro tempore existentes, & quacumque auctoritate, ac dignitate, etiam Ecclesiastica, & individuum expressionem requirentem præditos, de quibuscumque bonis & juribus, sive Jurisdictionalibus, sive non Jurisdictionalibus, stabilibus tamen, seu immobilibus, aliisve bonis, & juribus, quæ pro stabilibus habentur, ubilibet in eodem Statu Ecclesiastico, præsertim in confinibus ejusdem Status, pro aliqua ejus parte contigui sitis, tam conjunctim, quam divisim, absque nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia prædicta in posterum etiam absque aliqua palliatione assignandas, & quomodolibet dandas cuicumque puellæ, seu mulieri, etiam viduæ, etiam subditæ, & quovis modo, ut præmittitur, qualificatæ, in favorem tamen cujuslibet forensis, quantumlibet, ut præmittitur, qualificati, etiam Principis majoris potentie, vel ejus patris, matris, avi, aviv, sive paterni, sive materni, aut fratris, vel filii, aut nepotis, etiam ex ejus fratre, vel sorore nunc nati, & quocumque nascitur ex tendimus, & ampliamus, perinde ac si dotes, & contractus ex causa dotium hujusmodi non fuissent in prædictis Constitutionibus exceptæ, nec excepti.

§. 5. Quinimò ultra pœnas in prædictis Constitutionibus infideliter addimus pœnam privationis, & confiscacionis ipsorum bonorum, & jurium quorumcumque, eo ipso absque alia declaratione incurrendam, in favorem Cam. Apost. sive Ecclesiarum inferiorum, à quibus contrahentes, vel disponentes illa recognoverunt, vel recognoscunt.

§. 6. Quam quidem confirmationem, & extensionem ita declaramus, ut quoad jurisdictionalia respectu dotium, & contractuum, ac dispositionum præfatarum, de cætero incedendorum, assignandarum, & faciendarum sine licentia Apostolica prædicta, tam Principes majoris potentie, & sui præfati, quam quicumque alii quomodolibet qualificati subiaceant eisdem pœnis, etiam privationis, & confiscacionis, etiam si ipsi ita contrahentes, ac disponentes Nobis, & Sedi Apostolicæ ratione feudi essent subditi, ac etiam alia Castra, vel alia jurisdictionalia quæcumque, aut stabilia, aut Palatia, vel domos apertas habent in eodem Statu, vel etiam in Urbe in quibus ipsi continè cum eorum familiis, & laribus verè, & personaliter habitare non consueverint. Quo verò ad non Jurisdictionalia, stabilia tamen, seu immobilia, ac census, & alia quæ pro stabilibus habentur, non tamen Romanæ Curie officia, nec portiones, seu montium loca, iidem Principes majoris potentie, & sui prædicti eisdem pœnis subiaceant. Reliqui verò forenses pariter easdem pœnas, etiam privationis, & confiscacionis præfatarum stabilium, & aliorum quæ pro stabilibus habentur ubilibet in præfato Statu Ecclesiastico, non tamen in Urbe, nec etiam in ejus districtu consistentium, à Mari tamen ultra duo millia distantia, nec Romanæ Curie officiorum, nec portionum, seu locorum montium incurrant, nisi ultimo dicti forenses infra annum à die constitutæ dotis, vel à die initi contractus, vel factæ dispositionis incipiendum, veniant cum eorum familiis & laribus verè, & personaliter ad habitandum in Statu Ecclesiastico, inde non recessuri, vel infra eundem annum eadem stabilia, & quæ pro stabilibus habentur, realiter, & cum effectu in alium, vel alios Sedi Apostolicæ in temporalibus subditos, & in eodem Statu habitantes, transferant, & idem pariter observari volumus quoad dotes hæcenus promissas, assignatas, datas, seu traditas, ubi non fuerit hæcenus celebratum, & consummatum matrimonium, nisi respectu Principum majoris potentie, & cujuslibet suorum præfatorum, sponsum per annum immediatè præcedentem

Et alia sub peraddit.

Declaratio ejus confirmacionis, & extensionis.

precedentem ante celebratum matrimonium cepisset ad habitandum personaliter in Statu Ecclesiastico, se, ejusque familiam & lares transferendo, inde non recessurus. Quibus nullitatibus, & penis locum esse volumus, non obstante quod sponsa, vel uxor, aut quicumque promittentes, dantes, vel relinquentes dotem, eorumque heredes in eorum possessione continuaverint, ac non obstante quocumque fideicommissio, primogenitura, majoratu, alienandi prohibitione, & quolibet alio vinculo, investitura, nominatione, vocatione, & quavis alia concessione ac dispositione, etiam feudali, ac emphyteutica, à Sede Apostolica, & à quocumque alio, etiam in favorem, & pro consecratione cujuscumque familie, quantumlibet nobilis, & alijs quomodolibet privilegiata factis, ac semel, & pluries per Romanos Pontifices predecessores nostros, ac etiam per Nos approbatis, ac effectum sortitis, quibus omnibus, & singulis plenissime derogamus quoad ipsos contrahentes, vel disponentes adversus premissa, & eorum singula, ac eisdem contractibus, & dispositionibus consentientes, eorum tamen vita durante tantum.

Emendat. ac quirendi. Et revocari.

§. 7. Insuperque omnia, & singula indulta, & licentias emendi, & acquirendi, ac non veniendi ad habitandum in Statu Ecclesiastico, & bona quocumque in subditos non transferendi, & alijs quomodolibet contra prædictas Constitutiones, etiam præscriptis per Nos extensas, ac declaratas, à Romanis Pontificibus predecessoribus nostris, ac etiam à Nobis, etiam motu, scientia, deliberatione, ac potestate paribus, & ex quibuscumque causis quantumlibet favorabilibus, & onerosis, quibuscumque personis, etiam Principibus majoris potentie, suisque prædictis, & eorum cuilibet, ac familijs quantumlibet, ut præmittitur, qualificatis, ac alijs quomodolibet concessis, & concessis, etiam effectum sortitis, & sortitis, non tamen in eo, in quo usque huc realiter exequuta sunt, revocamus respectu Jurisdictionalium quorumcumque prædictorum, & illis annexorum dumtaxat, ac pro revocatis haberi volumus, & esse revocata declaramus, ita ut in posterum nemini suffragentur, nisi cum infra scripto onere veniendi ad habitandum in dicto Statu Ecclesiastico, exceptis tamen illis, qui desuper cum Sede Apostolica transactiones, & pactiones hinc inde obligatorias habent, quoad tamen que sunt specialiter expressa in ipsis transactionibus, & pactionibus respective, quibus præjudicare non intendimus, ac etiam exceptis quoad prædictum onus habitandi in Statu Ecclesiastico eisdem Principibus majoris potentie, suisque prædictis, ac alijs Principibus, qui forsitan præcedentes esse Principes majoris potentie propter insignes jurisdictiones, quas habuerunt, & habent, vel in posterum habebunt, in suis ditionibus extra prædictum Statum Ecclesiasticum consistentibus, non tamen eidem Statu Ecclesiastico contigujs, seu conterminis, residentiam continuam sibi constituerunt, vel in futurum constituent, ac etiam exceptis illis, qui, seu quorum majores prius in exteris ditionibus, quam in Statu Ecclesiastico habuerunt, & habent, vel habebunt possessionem æqualem Jurisdictionalium.

§. 8. Uterius volumus, quod exceptis prædictis, reliqui omnes & singuli, etiam indulta, & licentias hujusmodi habentes, & Jurisdictionalia prædicta Sedis Apostolicæ, seu Ecclesiarum inferiorum, in eodem Statu Ecclesiastico sita, nunc, & pro tempore possidentes, vel illa ubilibet in eodem Statu Ecclesiastico consistentia, præcedente tamen licentia Apostolica eorumque heredes, aut alijs quovis titulo, etiam dotis acquirentes, eorumque hæredes, & successores teneantur venire ad habitandum verè, & personaliter cum eorum familijs, & laribus in eodem Statu Ecclesiastico infra annum proximum, à die datæ præsentium, & respectivè à die acquisitionis, seu adeptæ possessionis ipsorum Jurisdictionalium decurrendum, inde non recessuri, vel infra eundem annum eadem Jurisdictionalia præcedente præfata licentia Apostolica in alium, vel alios subditos, & habitatores transferre, alijs in eventum contraventionis, seu inobedientie, in eisdem penas, etiam privationis & confiscationis eorundem Jurisdictionalium, eo ipso pariter ad favorem Camere Apostolicæ, & respectivè Ecclesiarum inferiorum

præfatarum incidant. Forenses verò, sive Exteros ad effectum præsentis, aliarumque Constitutionum prædictarum, illos in posterum non esse, nec fore declaramus, qui Nobis, ac dictæ Sedi ratione temporalis Jurisdictionis Status nostri Ecclesiastici subditi, & suppositi sint, vel qui domicilium in eo legitime contraxerint: quod domicilium requiratur etiam quoad possidentes in eodem Statu Ecclesiastico aliquam Jurisdictionem, vel qui in prædicto Statu Ecclesiastico, etiam Avenionensi, Bononiensi, & Beneventano, & intra ejus limites, non tamen in locis eorundem Principum majoris potentie, vel suorum prædictorum, nati sint. Qui autem nunc, & pro tempore sint, vel fuerint Principes majoris potentie, etiam si ipsi à ritualibus, & diarijs Sedis Apostolicæ indicentur, declarationem tamen illorum ad effectum præsentis, aliarumque Constitutionum prædictarum Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris reservamus, prout etiam reservamus declarationem Jurisdictionum insignium, in quibus fuerit hæcenus constituta, vel in posterum constituetur per Principes habitatio prædicta.

§. 9. Præsentis quoque literas, omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet præcedentes, ad ea minime vocati, & auditi, minusque causæ, propter quas eadem præsentis emanarint, justificatæ fuerint, nullu unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari posse, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 10. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Clericos Camere Apostolicæ Præsidentes, Cardinalem Camerarium, & quoscumque alios, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Nuncios, & alios quavis potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 11. Non obstantibus præmissis, necnon prædictis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam Cancellariæ nostræ regulis, etiam illa de non tollendo jure quæsito, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegijs quoque, indultis ac literis Apostolicis quibusvis, sub quibuscumque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ac etiam illis, quæ iidem Prædecessores nostri voluerunt, ac Nos etiam volumus in prædictis Constitutionibus non obstat, illorum omnium, & singulorum tenores, etiam ampliores, præscriptibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanfuris, ad prædictum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Et ut ad omnium notitiam præsentis, & in eis contenta quocumque deveniant, volumus quod eadem per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris in valvis Basilicarum S. Jo. Lateranæ & S. Petri, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, quæ sic affixæ, & publicatæ omnes & singulos afficiant, & ardeant perinde ac si unicuique eorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 3. Novembris 1637. Pont. nostri anno 15.
 Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1637. Indictione quinta, Pontificatus sanctiss. D. N. D. Urbani Divini Provisoria Papa Octavi Anno ejus 15. die verò prima Decembris,

Clau. Præf. ubi alia

Clau. f. ubi

Com. derog.

Forma. casu.

Dat. P. die 3. N. Public. in Urb.

URBANUS OCTAVUS.

219

Decembris, supradicta littera affixa, & publicae fuerunt in Valvis Basilicarum S. Iohannis Lateranen: & S. Petri, atque in acie Campi Flora, per nos Iosephum Massium, & Antonium Bardum Apostolicos Curf.

URBANVS PAPA VIII. Edita An. D. 1639. Ad perpetuam rei memoriam.

Dominicus Varesius Mag. Curf.

CLIV. Decretum Sacrae Rituum Congreg. de non jejunando in Vigilia S. Iohannis Baptistae, quando cōtingit in die Solemnitatis Corporis Christi. Die 24. Septembris 1638.

Um anno proximo venturo 1639. Vigilia S. Iohannis Baptistae incidat in diem Solemnitatis Corporis Christi, fuit à pluribus locorum Ordinariis supplicatum Sanctissimo pro declaratione, quid agendum de jejuniis eo die praescripto. Et supplicatione per Sanctitatem Suam ad Sacram Rituum Congregationem remissa, eadem S. Congregatio re mature discussa censuit, Non esse jejunandum, neque abstinendum à carnibus in festo Solemnitatis Corporis Christi. Sed anticipandum jejuniis die antecedenti, nempe feria quarta, prout jejunaretur in ipsa Vigilia: Et videri etiam S. Congregationi, quod Sanctitas Sua, si ita placuerit, praecepisset super hoc: expediri Breve pro perpetuis futuris temporibus, quando idem casus contigerit: Et facta per nos Secretarium relatione de praemissis Sanctitati Sua, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis laudavit, & Breve pro toto Orbe expediri mandavit, prout expeditum fuit, Tenoris ut infra.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Loco sigilli.

Declaratio quod non sit jejunandum in vigilia S. Iohannis Baptistae, quando concingit in die Solemnitatis Corporis Christi.

Circa hoc habes immediatè supra Decretum Sacrae Rituum Congregationis.

URBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Um evenire quandoque possit, ut vigilia S. Iohannis Baptistae in diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi incidat.

§. 1. Nos attendentes diem festum huiusmodi, quo tanti Sacramenti institutio summa totius populi Christiani laetitia recolitur, è principalibus anni festivitibus existere, propterea de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum consilio deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties Vigiliam praedictam in dictum diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi incidere contigerit, non esse jejunandum, neque à carnibus abstinendum in die festo huiusmodi, sed antecedenti, nempe feria quarta, prout jejunaretur in ipsa Vigilia, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus & ordinamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadè prorsus fides ubique adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur eisdem litteris, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem. sub annulo Piscatoris, die 13. Octobris 1638. Pont. nostri anno 16.

CLV. Declaratio quod per alienationem quoruncumque locorum in Statu Ecclesiastico existentium non censetur translatus in acquirentem titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus locis huiusmodi annexus, vel in eis erectus, vel illum transferendi data facultas, nisi in licentia alienandi id expressè concessum fuerit.

Ne jam indicata obiosè repetam, te remitto ad ea, quae nuper notavi ad Const. 153. S. D. N. Urbani VIII. qua incipit, Olim felicitis.

Bullar. Mag. Tom. I V.

Um rationi minus consentaneum sit, ut translato in alios dominio Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico existentium, ac honoris, & dignitatis titulis plenitudine, non tam sibi, quam illa possidentium, vel majorum ipsorum intuitu, & contemplatione, ob praecleara eorum erga Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, Christianamque Rempublicam merita decoratorum, ipsi quoque tituli huiusmodi quasi accessoriè translati censentur.

§. 1. Hinc est, quod nos Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione declaramus, & decernimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus per quancumque Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico mediato, vel immediato existentium venditionem, & quamvis alienationem, etiam alienationis latissime sumpto vocabulo, non censetur in emptorem, & quemlibet alium quocumque titulo lucrativo, vel oneroso, & aliis quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum huiusmodi transferendi data facultas, etiam si titulus huiusmodi Civitatis, Oppido, Castro, Terra, vel loco venditae, seu vendito, & alienatae, seu alienato annexus, seu in ea, vel eo erectus esset, nisi in licentia Apostolica vendendi, & alienandi iuxta constitutiones felic. record. Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum praedecessorum, ac nostras omninò priùs obtinenda specificè, & verbis expressis translatio tituli huiusmodi concessa fuerit.

§. 2. Praesentes quoque litteras quovis praetextu, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, plenamque roboris firmitatem obtinere.

§. 3. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. & Curiae Camerae Apost. generalem Auditores, & dictae Camerae Praesidentes, ac S. R. E. Card. etiam de latere Legatos, ac ejusdem S. R. E. Camerarios, Civitatumque, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, & locorum huiusmodi Gubernatores, & Magistratus quomodolibet nuncupatos, nunc & pro tempore existentes, ac quovis alios quancumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de jure quaesito non tollendo, ac aliis Cancellariae Apostolicae regulis, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac quorumvis locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis locis, & personis quomodocumque nuncupatis, ac qualitercumque qualificatis, etiam speciali nota, & mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus

T a pro

pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad prædictum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub anno Piscatoris, die 17. Maii 1639. Pont. nostri anno 18.

Publicatione. Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, millesimo sexcentesimo trigésimo nono, die vero 13. mensis Augusti supra dicta litera affixa, & publicata fuerunt ad vultus Basilicæ S. Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Fulvium Marzianellum, & Carolum Pelosium Sanctiss. D. N. Papa Curios. Pro D. Mag. Curs. Antonius Bardus dep.

CLVI. Declaratio quod quæcumque pactiones particularium personarum super montibus, vel locis montium quoruncumque factæ absque S. Sedis, vel Protektorum, aut Officialium ad id, & ad conficiendum literas patentes deputatorum licentia, non attendantur, nec afficiant montes & loca huiusmodi.

Circa materiam Pactionum, vide in Indice, verbo Pacta. Item & de locis Montium habes multa verbo, Mons pietatis.

Edita A. D. V R B A N V S P A P A V I I I. 1639. Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Nos ex pastoralis officii nostri debito providere, ne privatorum pactionibus utilitati publicæ quoquo modo officiantur.

§. 1. Quapropter cum, ut accepimus, in Camera Apostolica, & forsitan aliis Urbis nostræ Tribunalibus fuerit præsumptum, ac etiam inter partes diversas controversum super articulo, an pacta, & obligationes particularium personarum afficiant loca Montium, sive vacabilia, sive non vacabilia.

§. 2. Nos ad tollendam omnem præsentem ambiguitatem & litium, quantum cum Domino possumus, occasionem, Motu proprio & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque attributæ Nobis potestatis plenitudine, quasilibet dispositiones, & pactiones inter particulares personas, tam quoad hypothecas, & obligationes, quam quæcumque alia onera, seu vincula realia, vel in rem scripta, aut rei persecutoria, super montibus, vel eorum locis, cuiuscumque generis, tam vacabilibus, quam non vacabilibus, sive sint Camerales, sive Communitatum, vel Baronum, aut aliorum quoruncumque, etiam Ducum, & Principum, factas absque nostra, vel Protektorum, aut officialium ad id, & ad conficiendum literas patentes deputatorum licentia in eisdem literis patentibus exprimenda, non esse attendendas, ac dispositiones, pactiones, & obligationes privatorum huiusmodi afficere dumtaxat personas, ac quoad ipsas sustineri ad effectum, ut quando promissa, & conventa servare nollent, vel non possent, ad damna, & interesse teneantur, non autem ut jus, vel onus aliquod reale adjectum, seu impositum ipsis locis montium censeatur, neque illis vinculis, obligationibus, pactionibus, & oneribus ullatenus loca montium prædicta sint obnoxia ad instar Romanæ Curie officiorum, in quibus similibus pactionum nulla ratio habetur, sed solum nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis decreti tenore præsentium declaramus, & ita in posterum, etiam quoad præterita non decisa per rem iudicatam, servari, interpretari, & definiti debere volumus, & mandamus.

§. 3. Decernentes præsentem literas etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, illis minimè consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi, ac causæ propter quas eadem præsentem emanarunt, adductæ, vel iustificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quocumque alio defectu notari, impugnati, redargui, in jus vel controversiam revocari,

aut aliter quomodolibet infringi, vel limitari, & adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel sic impetrato, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quæpiam uti, vel se juvare in iudicio, vel extra posse, sed semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

§. 4. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Palatii Apostolici, & Curie Cameræ Apostolicæ generales Auditores, ipsiusque Cameræ Præsidentes, Clericos, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos nunc, & pro tempore existentes, ac quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de iure quæsito non tollendo, ac aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis, & aliarum Urbis nostræ, ac Cameræ prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis eidem Cameræ, illiusque officialibus, & ministris, ac Montium prædictorum, & generaliter quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, ac quoruncumque litium, & eorum statum, aliorumque hinc exprimendorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 28. Julii 1639. Pont. nostri anno 18.

Publicatione. Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1639. die vero 13. mensis Augusti, supra dicta litera affixa, & publicata fuerunt in vultibus Basilicæ S. Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Fulvium Marzianellum, & Carolum Pelosium Sanctiss. D. N. Papa Curios. Pro D. Mag. Curs. Antonius Bardus dep.

Declaratio mentis circa reductionem onerum quorundam beneficiorum.

Multa alia securitatem conscientiarum beneficia obtinentium concernentia annotari possunt ex Reportorio materialium, in verbo Beneficium.

V R B A N V S P A P A V I I I. Edita A. D. 1640. Ad futuram rei memoriam.

Aliis non ex certis rationabilibus causis adductis, ex diversis legatis piis, seu bonis, diversis Domibus regularibus fratrum, tam non reformatorum, quam etiam forsitan reformatorum Ordinis S. Francisci Minorum de observantia nuncupatorum, similibus legatorum incapacium, in diversis Civitatibus, & locis Regni Neapolitani, ac in Civitate, seu Dioc. Florentin. ac alibi etiam forsitan in statu nostro Ecclesiastico existentibus, per Christi fideles per viam testamentorum, seu Codicillorum, aut Donationum tam inter vivos, quam causa mortis, aut aliis etiam sub celebrationis missarum, & seu anniversariorum, aliorumve divinarum officiorum, & suffragiorum, &

& forsam aliis oneribus, ac etiam sine oneribus respecti-
ve relicta, diversa perpetua simplicia beneficia Ecclesia-
stica in diversis Ecclesiis, & diversis temporibus, tam no-
stro motu proprio, quam ad diversorum supplicationem
Apostolica auctoritate perpetuo ereximus, & instituímus,
illisque sic erectis, & institutis, pro eorum dote, & illa pro
tempore obtinentium sustentatione, onerumque eis in-
cumbentium supportatione, tam in actu ipsarum erectio-
num, & applicationum plurimarum, quam etiam deinde in plu-
ribus vicibus diversa alia legata, seu bona similia, cum si-
milibus oneribus, ac etiam forsam sine illis, eisdem, seu aliis
domibus regularibus eorundem fratrum etiam ut præfer-
tur relicta, etiam forsam cum eorum fructibus eatenus res-
pectivè decursis, etiam forsam pro supplemento, seu aug-
mento dotis hujusmodi, etiam perpetuo applicavimus,
& appropriavimus, oneraque eisdem legatis, seu bonis, ut
præferatur incumbentia, ad certum missarum numerum per
unumquemque ex obtinentibus unumquodque ex bene-
ficiis hujusmodi, vel per alium ejus nomine respectivè
celebran. etiam perpetuo reduximus, ac obtinentes bene-
ficia hujusmodi ad aliquod aliud quam dictarum missa-
rum onus non teneri voluimus, ipsaque beneficia à pri-
mæva illorum erectione, & institutione hujusmodi vacan-
tes, diversis clericis, seu presbyteris contulimus, & de
illis etiam providimus, prout in diversis nostris desuper
confectis literis plenius respectivè continetur.

§. 1. Cùm autem, sicut accepimus, nonnulla ex dictis
legatis, seu bonis sic ut præferatur applicatis, & approp-
riatis, cum onere dotationis alicujus puellæ, seu aliqua-
rum puellarum, inter cetera eisdem fratribus relicta
fuerint, ab aliquibus verò revocetur in dubium, an sub
reductionibus onerum sic in confuso expressorum per
nos, ut præferatur factis, dotationes puellæ, seu puellarum
hujusmodi comprehendere extiterint, nos ne ulterius cir-
ca præmissa à quoquam hæsitari contingat, providere, ac
securitati conscientiarum dicta beneficia obtinentium
consulere volentes, ac omnium, & singularum literarum
super erectionibus, & institutionibus, ac applicationibus
& appropriationibus, necnon reductionibus, & provi-
sionibus hujusmodi respectivè confectarum totos, & in-
tegras tenores, perinde ac si de verbo ad verbum, nihil
penitus omissis infererentur, & exprimerentur, ac datas,
necnon nomina, & cognomina illorum, qui dicta benefi-
cia ad præsens obtinent, seu aliàs obtinuerunt, etiam si fa-
miliatæ, ac continui Commensales, ac Prælati domestici
nostri, aut aliàs speciali nota, & expressione digni sint, ac
etiam legatorum, seu honorum prædictorum veros an-
nuos valores, eorumque, ac dictorum onerum qualitates,
& quantitates præsentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis, & insertis habentes, motu simili, & ex certa scien-
tia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, mentis,
& intentionis nostræ fuisse, & esse decernimus, & declara-
mus, sub reductionibus onerum, sicut supra in confuso, &
in genere absque aliqua specificatione dotationis, seu do-
tationum puellæ, seu puellarum expressarum, & narrato-
rum per nos factis hujusmodi, noluisse comprehendere
illa onera dotationum, quæ fuerunt relicta pro aliqua
puella, vel aliquibus puellis nominatim, vel de aliqua par-
ticulari familia, aut descendentiâ, seu agnatione in specie,
quæ nullo modo reducta intelligantur, sed juxta volunta-
tem legantium, tam quoad tempus decursum, quam de-
currendum semper, & perpetuo adimpleri debeant, sed
tantùm eas dotationes, quæ fuerunt relicte pro aliqua
puella, seu aliquibus puellis, etiam ex certo loco oriun-
dis, aut aliàs quomodolibet qualificatis, in genere, & in
confuso, absque ulla speciali expressione personarum, seu
particularis familiæ, aut descendentiæ, vel agnationis.

§. 2. Sicque, & non aliàs, literas nostras prædictas etiam
ab illarum dat. intelligi, & per modernos, ac pro tempore
obtinentes beneficia hujusmodi, & eorum quemlibet, tam
quoad tempus præteritum, quam futurum, semper, & per-
petuo observari debere, præsentisque literas de subre-
ptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentio-
nis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugna-
ri unquam posse. Sicque, & non aliter per quoscumque
Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fun-
gentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
Bullar. Mag. Tom. IV.

S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicele-
gatos, ac Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eo-
rum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-
cultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: irri-
tumque, & inane, si quid secus super his à quoquam
quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Per præsentem autem non intendimus aliquid
innovare seu immutare circa eas dotationes dictarum
puellarum, quæ à nobis in eisdem literis, seu earum ali-
quibus in specie præservatæ extiterunt.

§. 3. Non obstantibus literis nostris præfatis, & earum
singulis, quatenus in aliquo obstant, aut obtare dici pos-
sent, ac eorundem legantium voluntatibus, necnon re-
gula nostra de jure quæsito non tollendo, quatenus opus
sit, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis,
earumque singulis voluimus non obtare, cæterisque
contractis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium literarum tran-
sumptis, etiam impressis, & manu nostri, & pro tempore
existentis Romani Pontificis Datarii subscriptis, ejusque
sigillo munitis eadem profusus, tam in judicio, quam ex-
tra illud ubique in Romana Curia, & extra eam fides ad-
hibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus literis, si
forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 6. Martii 1640. Pont. Nostri anno 17.

Confirmatio Declarationis Constitutionis Cle-
mentis Papæ VIII. de Largitione munerum
Regularibus utriusque sexus interdicta. CLVIII.

Hanc Constitutionem Clementis VIII. de Largitione
Munerum, &c. habes tom. 3. num. 28. incip. Re-
ligiosæ Congregationes.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1640.

Nuper à Congregatione nonnullorum Romanæ Curiæ
Prælatorum, coram dilecto filio nostro Antonio
tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onu-
phrii nuncupato, majori Pœnitentiario, ac nostro in alma
Urbe Provicario in spiritualibus generali, & nostro se-
cundùm carnem fratre germano à Nobis deputato, ema-
navit declaratio tenoris subsequenti, videlicet.

§. 1. Cùm circa interpretationem Constitutionis sol-
rec. Clementis VIII. sub dat. 13. Kal. Jul. Pontificatus sui
anno 3. de Largitione munerum Regularibus utriusque
sexus interdicta, nonnullæ difficultates, & ambiguitates
sint exortæ, Congregatio specialiter à Sanctiss. D. N. Ur-
bano Divina Providentiâ Papa VIII. coram Eminentis-
simo Cardinali S. Onuphrii majori Pœnitentiario, ac
Urbi Provicario deputata, auctoritate sibi attributa de-
claravit, & declarat, munera à Religiosis utriusque sexus
tribui posse ex causis gratitudinis, conciliationis, benevo-
lentis, ejusque conservationis erga ipsam Religionem,
vel Conventum, aliisve causis ex sui natura actum virtuti-
tis, & meriti continentibus, modestè tamen, ac discretè,
& dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium
licentia, ac etiam cum consensu majoris partis conven-
tus, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus,
seu consuetudinibus cujusque Religionis respectivè, in
hujusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conven-
tus in §. 3. ejusdem Constitutionis ad leviora esculen-
ta, aut poculenta, seu ad devotionem, & religiosita-
tem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum,
intelligi debere de consensu aliàs de jure requisito, &
ubi concurrat ambitionis suspicio, qua cessante, nec
in his requiri licentiam Superiorum in scriptis, in §. 4.
ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam, etiam
oretenus eisdem concessam, declarat. Comestiones au-
tem, comotationes, & convivia in excipiendis præfer-
tim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis hono-
rificè & lautè, de quibus in §. 5. & 6. ejusdem Constitue-
tionis, censeri tantummodò prohibita, si decentis status
regularis

regularis adveniant. Restitutionem vero receptorum Conventibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum est intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conventui ejusdem Religionis viciniore loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate tibi tributa, omnes qui huc usque adversus supra dictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibuscumque in eadem Constitutione inflatis, & incurtis posse, & debere à propriis Confessariis absolvi in foro conscientie, etiam non facta priùs hujusmodi rerum donatarum, seu datarum restitutione. Quoad eos vero, qui præter modum prædictum graviore Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit majori Pœnitentiario, ut de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientie absolvat, dispense, & condonet, seu absolvi, dispensari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit. Et ne prædictæ Clem. VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cujuscumque Monasterii, Conventus, Domus, & Collegii Regularis, sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso jure incurrenda efficere teneantur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solum prædicta Constitutio (quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, & quatenus opus sit, innovat, quemcumque præsentium non usum, aut præteritum usum, seu præteritam consuetudinem, damnando, & irritando) verum etiam hoc decretum in aliqua publica Congregatione, vel saltem in publica mensa pelegatur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis, etiam Regularibus, quam Laicis cujuscumque sint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehenderentur, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri Breve datum Romæ die decimo quinto Septembris, 1640.

Præsentium declarationem consuetudine hic Pœnitentiarii.

Constitutio sublata, &c.

Constitutio derogata.

Dat. P. A. 18. die 15. Octob.

Punctum.

§. 2. Quapropter ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes: Moru proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, declarationem præteritam cum omnibus, & singulis in ea contentis tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari decernimus.

§. 3. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quovis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus quoad ea que declarationi prædictæ, & præsentibus sunt contraria, vel diversa, Constitutione fel. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris Nostri, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in Constitutione hujusmodi voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Octobris 1640. Pont. Nostri anno Decimo octavo.

In Nomine, & à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo, Indictione octava, die vero trigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi, anno decimo octavo, retroscripta littera publicata, & affixa fuerunt in aede Cam-

pi Floræ, ac aliis locis publicis & consuetis, per nos Hieronymum Mascellam, & Andream Castrucium, ejusdem S. D. N. Curf. lra est. Hieronymus Mascella S. D. N. P. P. Curfor, pro D. Mag. lra est. Andreas Castrucius S. D. N. Papa Curfor.

Constitutio super præservatione Jurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præjudicialibus.

Consuetudo prohibita Sixti V. Alienationis Civitatum, Castrorum, aliorumque locorum & Bonorum, etiam jurisdictionalium, ad eandem Apostolicam Sedem spectantium, de qua nuper in Rubric. Const. 153. Urbani VIII. hoc eodem tomo.

URBANUS PAPA VIII. *Edita. 1640.*
Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in Sacra Beati Petri Sede à Domino constitutus, non valens curam suæ pastoralis sollicitudinis in gregem sibi commissum personaliter in qualibet mundi parte exercere, Legatos etiam de Latere, ac Nuntios, aliosque ministros Apostolicos ad diversas Provincias, & Regna, prout cognoscit in Domino expedire, constituit destinare, ut vices suas supplendo, facultatesque sibi concessas non excedendo, errata corrigant, & commissis sibi populis justitiæ, & gratiæ incrementa ministrent, juraque Sedis Apostolicæ, jurisdictionem, immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam tueantur, ac de gravioribus Summum Pontificem reddant certiores, remediaque ac mandata opportuna Apostolica expectent, & exequantur.

§. 1. Cum autem, ut accepimus, à nonnullis præteritatur, quosdam ex Legatis, sive natis, sive aliis, etiam de Latere, etiam S. R. E. Cardinalibus, Nuntiisque ac aliis ministris Apostolicis quovis nomine nuncupatis, ac etiam ex Rectoribus, seu Gubernatoribus Provinciarum, Civitatum & locorum ditionis temporalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos missis, cæterisque officialibus Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Curiæ, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Vicecancellariis, & Camerariis, ac feudatariis quantumlibet qualificatis, & individua mentione dignis, ac etiam Baronibus, aliisque jurisdictionem quomodolibet exercentibus, aliqua eidem Sedi, aut jurisdictioni, vel immunitati, seu libertati Ecclesiasticæ, Ecclesiisque & personis Ecclesiasticis præjudicialia præter, aut contra facultates sibi concessas, nedom fecisse, declarasse, concessisse, ac decrevisse, seu aliàs quomodolibet disposuisse, sed etiam prædicta, & quæcumque alia eis præjudicialia à quibuscumque aliis, sive Ecclesiasticis, sive Laicis quomodolibet qualificatis, sufficientem facultatem Apostolicam non habentibus, commissa & facta, oneraque super Ecclesiis, ac earum bonis, & juribus, earumque fructibus absque sufficienti facultate Apostolica imposta, transgressionesque, & excessus contra sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum universalium dispositionem, contra Sedem Apostolicam, jurisdictionem, immunitatem, aut libertatem Ecclesiasticam, seu Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, earumque bona, & jura quæcumque quomodolibet commissos, & perpetratos tolerasse, & approbasse, vel quomodolibet permisisse, seu eisdem præjudicialibus consensisse, immò ex ipsorum Legatorum, Nuntiorum, & ministrorum Apostolicorum, ac etiam respectivè Gubernatorum, Provinciarum, Civitatum, & locorum ditionis temporalis ejusdem Sedis Apostolicæ, & quorumcumque aliorum ipsius Officialium, seu cujuslibet eorum asserta scientia, taciteurnitate, tolerantia, vel consensu, ipsorumque præjudicialium observantia inferri posse, tam in prædictis, quam in cæteris quibuscumque præjudicialibus, nedom

ad præsumptam scientiam, tolerantiam, consensum, seu approbationem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & cuiuslibet eorum, ac nostrum, sed etiam ad præsumendum super eis, & eorum quolibet fuisse concessum beneplacitum Apostolicum, etiam si prædecessores nostri prædicti multoties ea via, qua licebat, se opposuerint, & Nos quoque contradixerimus, concessionem quoque, & gratias quascumque, ac investituras etiam Civitatum, Terrarum, Castrorum, aliorumque locorum, & bonorum, etiam jurisdictionalium, ad eandem Apostolicam Sedem, seu ad Ecclesias inferiores respectivè spectantium, ab aliquibus ex eisdem prædecessoribus nostris, vel à Prælatibus, seu Rectoribus Ecclesiarum inferiorum prædictarum quomodocumque, & quandocumque ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam extractas, vel ad certum tempus jam elapsum, illorumque, ac illarum pignorationes, seu in pignus dationes, ac alienationes cum pacto redimendi factas ex prædicta asserta scientia, & tolerantia Sedis Apostolicæ, nedum longius protrahi, sed etiam perpetuari, aliaque indebita, & injusta prætentantur in prædictæ Sedis Apostolicæ, jurisdictionis, immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ, aliarumque Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum maximum detrimentum, & populorum grave scandalum, animarumque ipsorum prætentantium, transgredientium, vel occupantium, seu usurpantium, ac in censuris eo ipso incurtis infortescentium perniciem.

§. 2. Propterea Nos, sicut ex onere pastoralis tenemur, indemnitati Sedis Apostolicæ, jurisdictioni, & immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ, Ecclesiarumque, & personarum Ecclesiasticarum, quantum Nobis ex alto conceditur, prout iidem prædecessores nostri omnibus præjudiciis obviam ire exoptarunt, consulere volentes, attendentesque quod prædicti Legati, Nuntii, & Cardinales, etiam Vicecancellarii & Camerarii, alique omnes, & singuli prædicti, sine speciali Papæ mandato nulla eidem Sedi, & Ecclesiis, aliisque prædictis præjudicialia unquam tacite, vel expressè tacere potuerunt, vel possunt, quodque ob locorum distantiam, ac negotiorum molem, quibus Sedes Apostolica premitur, huiusmodi præjudicia non fuerunt Summo Pontifici pro tempore existenti, minusque ejus successoribus nota, saltem cum suis circumstantiis præjudicium inferentibus, & aggravantibus, quodque confirmationes, approbationes, & beneplacita Papæ, præsertim ubi actum fuit, vel agitur de præjudicio perpetuo, semper consueverunt in scriptis expediri, præcipue per literas Apostolicas, sive sub plumbo, sive in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, prout etiam in Pontificatu nostro expediuntur, ideo si in registris Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, & asservantur, prædictorum quorumcumque præjudicialium approbationes, confirmationes, vel beneplacita Apostolica non reperiantur descripta, seu registrata, vel non exhibentur originalia literarum Apostolicarum, aut transumpta juxta formam constitutionis nostræ desuper aliàs editæ, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub die 1. Junii 1635. Pontificatus nostri anno duodecimo; inde deducitur, neque Romanos Pontifices prædecessores nostros, nec Nos unquam præjudicialia approbasse, vel confirmasse, beneplacitaque Apostolica super præjudicialibus nunquam concessisse: ac denique quod Romani Pontifices prædecessores nostri pro damnandis, impugnantibus, & evitandis omnibus, & singulis præjudicialibus, illisque & prætentis tolerantibus, conniventibus, consensibus, possessionibus, intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, observantiis, & præscriptionibus quibuscumque impediendis, interruptendis, penitusque avertendis, & excludendis hæcenus consueverunt quolibet anno in die Cænz Domini facere processus generales, Bullas ejusdem Cænz nuncupatas, & publicare contra quoscumque, licet etiam Nos fecimus, & publicavimus, prout in eis; idcirco etiam prædicta omnia, & singula eidem Sedi Apostolicæ, jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, ca-

rumve bonis, juribusque, ac fructibus quomodolibet præjudicialia, per prædictos, & alios quoscumque contra, aut præter facultates eis concessas facta, eo ipso fuerint, & sint nulla, & invalida.

§. 3. Nihilominus abundantiori cautela uti volentes, omniumque & singulorum quomodolibet præjudicialium quandocumque, & à quibusvis, ac ex quacumque causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac inde secutorum quorumcumque, cæterorumque hic de necessitate forsitan exprimendorum, ac inferendorum tenores, etiam majores, & veriores pro plenè expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, motique ex prædictis causis, aut illarum altera, seu ex aliis justis, & rationabilibus animi nostri moventibus, ad quarum omnium, & singularum verificationem Ecclesiam Romanam præfatam, Sedemque Apostolicam, & quemcumque alium nunquam teneri volumus, ultra quascumque revocationes hæcenus factas, quas innovamus, hæc nostra perpetua constitutione declaramus omnia, & singula acta, decreta, statuta, indulta, concessiones, ordinationes, declarationes, concordias, & pacta, etiam nomine ejusdem Sedis Apostolicæ inita, venditionesque, & alienationes officiorum, aliorumque ejusdem Sedis, Ecclesiarumve inferiorum jurium, & quascumque alias dispositiones quocumque nomine nuncupatas, eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, seu quibuscumque aliis Ecclesiis, seu locis piis, ac personis Ecclesiasticis, seu jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ quomodolibet præjudicialia, & præjudicialia, à quibuscumque Legatis etiam de latere, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Nuntiis, seu aliis Ministris Apostolicis, Cameræque Apostolicæ, & Romanæ Curiæ officialibus, & ministris, etiam Cardinalibus, Vicecancellariis, & Camerariis, & respectivè Rectoribus, & Gubernatoribus, Feudatariis, Baronibus, & cæteris jurisdictionem quomodolibet exercentibus, aliisque præfatis quantumlibet qualificatis, & individua expressione dignis, quandocumque, qualitercumque, & quomodocumque, præter, vel contra facultates eis concessas facta, & gesta, factaque, & gestas, aut aliàs quovis modo ab eis emanata, & emanatas hæcenus, etiam per modum edicti, declarationis, constitutionis, pragmaticæ, reformationis, ac aliàs quomodolibet, etiam cum clausula, salvo, vel reservato Sedis Apostolicæ beneplacito, vel fortasse etiam cum intentione data, vel promissione etiam facta illud ab hac sancta Sede, seu à Romano Pontifice, aut etiam à Nobis impetrandi, etiam cum præfata illarum executione, & observantia quantumlibet longissima, ac aliis inde quomodolibet secutis quibuscumque, etiam in favorem, seu intuitu, vel contemplatione Imperatoris, Regum, aliorumque Principum, etiam supremorum, etiam laicorum, Nationum, Reipublicarum, Provinciarum, Regnorum, aliorumque dominorum, & officialium quorumcumque, vel Civitatum, Universitatum, etiam Studiorum generalium, Collegiorum, Religionumve, seu Militiarum, Ecclesiarum, & Monasteriorum quorumcumque Ordinum, vel aliorum quorumvis, etiam speciali nota dignorum, ex quacumque ratione, occasione, vel causa quantumlibet pia, publica, favorabili, seu privilegiata, etiam transactionis, vel concordie, seu belli, reguæ, vel pacis, etiam universalis, & ad majus malum, vel scandalum, ut asseritur, evitandum, seu ex aliis rationibus, & causis, etiam omnibus in simul concurrentibus, ac aliàs individua expressionem requiruntibus.

§. 4. Necnon quascumque tolerantias, taciturnitates, conniventias, permissiones, consensus, declarationes, executiones, approbationes, vel confirmationes expressè, vel tacite dicto, vel facto, ac aliàs quomodolibet præter, aut contra suas facultates, ab iisdem Legatis, Nuntiis, ac Ministris Apostolicis, & respectivè Rectoribus, Gubernatoribus, & Feudatariis, ut asseritur, factas, seu habitas, vel respectivè præstitas in quibuscumque actibus eidem Sedi Apostolicæ, seu jurisdictioni,

Omnia præjudicialia Sedis Apost. Romanæque Ecclesiæ, &c. decreta, statuta, indulta, &c. irrita, & revocata.

Tolerantias, taciturnitates, & conniventias, &c.

tionem, immunitati, seu libertati Ecclesiasticæ, aut Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis quomodolibet præjudicialibus, per quoscumque alios, etiam laicorum, quantumlibet, ut præmittitur, qualificatos, quavis autoritate, & potestate, etiam Imperiali, Regali, aut quacumque alia Individuam expressionem requirente fungentes, etiam sub prætextu quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, aut contrario usu, etiam decenniali, & quantumlibet longissimo, ut prætenditur abrogatæ, vel sub prætextu Constitutionum, literarum, seu dispositionum Apostolicarum, de quarum existentia per canonica documenta Apostolica non constat, seu revocatæ, aut non sufficientes sunt, ac etiam in permittendo editionem seu impressionem librorum eidem Sedi, aliisque præjudicialium, seu continentium opiniones damnatas, vel in admittendo, seu exequendo minus legitimam earundem Constitutionum, literarum, seu dispositionum Apostolicarum interpretationem, vel faciundo, aut approbando ea quibus disciplina Ecclesiastica quomodolibet enervatur, seu læditur, factis, & gestis.

*Impedimenta
de offi. Apost.
liber. 26.*

§. 5. Molestias quoque, vexationes, & impedimenta quæcumque Legatis, Nuntiis, vel aliis Ministris, & Officialibus Apostolicis per quoscumque etiam laicos cuiusvis status, gradus, conditionis, qualitatibus, dignitatis Ecclesiasticæ, ut præmittitur existentes, quomodolibet factas, illatas, factaque, & illata, tam eorum ingressum in provincias sibi commissas denegando, quam ne suas facultates liberè in illis exercerent impediendo, ac eos ab illis expellendo.

*Contributio-
nes, Gabellæ,
et c.*

§. 6. Necnon quascumque contributiones, collectas, gabellas, militum hospitationes, decimas, vel alias fructuum partes, aliaque onera, & gravamina quæcumque super Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis, præsertim vacantibus, personis Ecclesiasticis, earumque vel eorum bonis, seu fructibus, etiam prætextu vel causa facultatis bona stabilia acquirendi, seu retinendi, ac aliis quomodolibet per laicos præfatos, & quoscumque alios quomodolibet qualificatos absque sufficienti facultate Apostolica impositas, exactasque, etiam à sponte dantibus, vel contribuentibus.

*Molestationes
personarum
Ecclesiasticarum.*

§. 7. Item molestiones, perturbationes, acta, carcerationes, & attentata quæcumque à quibusvis laicis, etiam Officialibus quomodolibet qualificatis, contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias, seu cuiuslibet earum bona, sive jura vel fructus, tam civiliter, quam criminaliter, & aliis quomodolibet quantumcumque hæcenus facta, gesta, & commissa, etiam de facto executioni, etiam pluribus vicibus, & quocumque temporis cursu, etiam longævo, & longissimo, ac ut prætenditur, immemorabili, etiam cum fama asserti privilegii quomodolibet demandata.

*Transgressio-
nes, et c.*

§. 8. Necnon quascumque transgressiones, & excessus contra dispositiones sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum universalium, præsertim Lateranen. sub Alexandro III. Generalis nuncupati sub Innocentio III. Viennensis sub Clemente V. Lateranen. ultimi sub Leone X. f. l. rec. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, seu Tridentini à quibuscumque, & ex quibusvis causis quomodolibet, & quomodocumque factas in præjudicium Sedis Apostolicæ, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, earumque bonorum, seu fructuum, etiam effectum, ut præmittitur, de facto fortitas, & inde secuta quæcumque.

*Transgressio-
nes, et c.*

§. 9. Item quascumque prorogationes, extensiones, protractiones, seu perpetuationes quarumcumque gratiarum, concessionum, & investiturarum à Sede Apostolica, vel à Prælatibus, seu Rectoribus Ecclesiarum inferiorum quomodocumque hæcenus factarum, ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam finitas, vel extinguitas, sive ad certum tempus jam elapsum, pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac dispositionum quarumcumque de Civitatibus, Terris, Dominis, Curtiis, locis & bonis, etiam feudalibus, vel jurisdictionibus, ac juribus ejusdem Sedis Apostolicæ, vel Ec-

clesiarum inferiorum à quibuscumque quantumlibet, ut præmittitur qualificatis, quomodocumque præsentis, etiam executioni demandatas, & quocumque temporis cursu continuatas. Necnon reliqua omnia quæcumque, & qualiacumque eidem Sedi Apostolicæ, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, earumve juribus, bonis, & fructibus quomodolibet præjudicialia, per quoscumque sufficienti, & legitima facultate Apostolica non munitos facta, gesta, & respectivè perpetrata, cum omnibus, & singulis quomodocumque, & quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore longissimo executioni demandatis, ac observatis, fuisse, & esse ipso jure nullas, & invalidas, ac nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti, indebitaque, & illicita, ac de facto præsumptas, & præsumpta, nullumque præjudicium eidem intulisse, nec inferre unquam posse, illasque, & illa ex quocumque temporis cursu, nec etiam ex quacumque præsentia observantia, quantumlibet diuturna, longæva, longissima, seu immemorabili, etiam cum fama præsentis privilegii Apostolici, ac etiam juncta quavis scientia, conniventia, tolerantia, taciturnitate, facultate, & permissione, etiam ex actibus positivis non legitimis resultantibus, Prælatorum Ecclesiarum inferiorum, Legatorum, Nuntiorum, & aliorum quoruncumque Ministrorum Apostolicorum, ac etiam respectivè quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque prædictorum, etiam Feudatariorum, etiam Sedis Apostolicæ, ac Baronum, cæterorumque jurisdictionem quomodolibet exercitum, ac factam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostra, nequaquam fuisse hæcenus, nec in postum fore approbata, convalidata, neque respectivè prorogata, extensa, protracta, vel perpetua, minusque inde aliquam approbationem, vel præsumptionem alicujus benelaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut præscriptionem in aliquo etiam impediendo, imponente, exigente, attentante, vel respectivè occupante, usurpante, vel transgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quocumque alio potuisse, nec unquam posse resultare, vel induci respectivè in Sede Apostolicæ, jurisdictionis, immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, earumve jurium, ac bonorum & fructuum præjudicium, talemque præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prædictorum, ac respectivè nostram fuisse, & esse quovis modo prædicta, & quæcumque alia præjudicialia nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi de præsentia approbatione, vel confirmatione Apostolica constiterit ex prædictis registris Apostolicis, vel aliis juxta formam prædictæ alterius constitutionis nostræ. Quinimò omnia, & singula præjudicialia fuisse à sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Conciliis, etiam universalibus, præsertimque à prædicta Bulla in Cæna Domini legi solita respectivè reprobata, ac damnata, pro ut etiam ad abundantiorum cautelam tenore præsentium reprobamus, & damnamus, benelacitateque Apostolica per prædecessores nostros, & per Nos hæcenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam harum vigore denegamus, & quatenus foret opus, omnia, & singula præjudicialia prædicta, omniaque alia, si quæ sint, irritamus, & annullamus, ac respectivè revocamus, cum inde secutis quibuscumque, præsertim intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, & observantiis, ac usibus, & consuetudinibus quantumvis longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apostolici, quas, & quæ illicita, ac irrationalia declaramus, ac pro reprobatis, illicitis, irrationalibus, irritis, & annullatis perpetud haberi volumus, decernimusque & damnamus, ita quod in posterum illa, & illæ non possint unquam in judicio, nec extrajudicium à quoquam quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quemcumque effectum, & quatenus opus foret, adversus illos, & illa, ac alia quæcumque quomodolibet præjudicialia harum serie eandem Sedem Apostolicam, Romanamque Ecclesiam, & Ecclesias inferiores, ac personas Ecclesiasticas quascumque

quascumque plenarie, & plenissime ex justis causis Nobis benefisis, ac si talia nunquam existissent, in integrum, & pristinum, in quo antea erant statum restitimus, reponimusque, ac reintegramus, præjudicialiaque hujusmodi, ne impostero perpetuis futuris temporibus fiant, etiam interdiciamus, & prohibemus.

*innotuit
iam ab
terris pro
veneris Re
rum Ca
strorum
in curia
palatium
Apost.*

§. 10. Insuperque, cum etiam Nobis innotuerit, quod aliquando in provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primatialium, & Patriarchalium, aliisque gratis, & dispositionibus Apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis Apostolicæ, seu Romanæ Curie Officialium inadvertenter in præjudicium liberæ provisionis earum narrata, vel etiam forsitan de facto admissa præsentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, ut præmittitur, qualificati, absque eo, quod de ejus jure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquando prædicta, seu alia eidem Sedis Apostolicæ narrativa præjudicialia fortasse in præsentio Ecclesiarum ultimo statu fundata existit, etiam de contrario statu, aut aliis de liberâ provisione, etiam per literas erectionis, aut alio modo apparet, seu constare possit. Aliquando etiam in provisionibus Ecclesiarum pro cultu divino, & ipsarum Ecclesiarum felici gubernio apponuntur diversa decreta, quæ per obitum provisorum, vel alias assentur expirasse, cum nihilominus perdurare debeant, donec fuerint adimpleta.

*in circa
vires &
Regi-
vini-
et.*

§. 11. Quandoque etiam in concedendis facultatibus, indultis, seu aliis gratis, per Sedem Apostolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebus publicis, seu dominiis, ac feudariis quomodolibet qualificatis, ac speciali expressione dignis concedi solitis, in quibus juxta antiquum stylum erant prius habendæ literæ declarationis, & promissionis, per privilegiatos scribendæ Papæ concedenti, quibus ipsi petentes facultates, & privilegia, se è converso obligare debent pro observatione, & conservatione quarumcumque immunitatum, libertatum, & jurium Sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, ac bonorum Ecclesiasticorum quorumcumque; & tamen illis literis non receptis, fuerint concessæ facultates, indulta, & gratiæ Apostolicæ præfatæ, etiam absque aliquo onere aliis intra aliquod tempus scribendi, & eidem Sedi præsentandi, immò etiam aliquando Officiales Cameræ Apostolicæ, sive notitiam jurium, & scripturarum Cameræ non habentes, seu memoria non retinentes, vel aliis expediverunt, sive expediri à Romanis Pontificibus, seu etiam à Nobis fecerunt, vel permiserunt vigore conventionum, concordatorum, transactionum, & compactorum cum Sede Apostolica initorum, quosdam gratias, facultates, seu concessiones, & privilegia, uti debitas, ac debitas, cum tamen conventiones, concordatæ, & pacta tunc per obitum personarum, vel alias quomodolibet, etiam ex lapsu temporum, saltem in ea parte cessassent, seu expirassent, quæ omnia, eorumque singula etiam prætendantur in magnum ipsius sanctæ Sedis redundare detrimentum.

*in circa
vires &
Regi-
vini-
et.*

§. 12. Idcirco motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, præsentium literarum tenore præfatas narrativas, enuntiativas, seu assertiones quomodolibet eidem Sedi præjudiciales factas, seu admissas, ac respectivè eisdem facultatum, indultorum, & gratiarum Apostolicarum concessiones, ac literarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis literis ipsorum privilegiatorum, seu privilegiandorum, concessiones quoque in vim conventionum, & pactorum quomodolibet expiratorum, fuisse, & esse erroneas, erroneæque respectivè expeditas, nullumque propterea, cum non sit æquum, ut error veritati prævaleat, intulisse, nec inferre potuisse, neque in futurum posse præjudicium Sedi Apostolicæ, ac statui Ecclesiarum, statumque ultimum ipsarum Ecclesiarum, & respectivè Civitatum, Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & locorum jurisdictionalium prædictorum, & quarumcumque facultatum, gratiarum, concessionum, aliorumque jurium Sedis Apostolicæ, & Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec unquam esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu, vel initio constat, modo, & forma præmissis pariter declaramus, ac decernimus, & respectivè omnia præjudicialia tollimus,

& irritamus, ac decreta in provisionibus prædictarum Ecclesiarum apposta, non expirasse, nec expirare, sed donec adimpleta fuerint vigere, & in sequentibus censeri repetita etiam declaramus, sicque impostero perpetuo observari volumus. Et quatenus unquam contingeret, tam super præsentium literarum, quam super quarumcumque concessionum, facultatum, indultorum, gratiarum, ac dispositionum Apostolicarum in favorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerumpublicarum, Dominiorum, Nationum, Provinciarum, seu Regnorum per Romanos Pontifices prædecessores nostros, & per Nos concessarum, seu alias à Sede Apostolica emanatarum interpretatione, vel declaratione hæsitari, vel dubitari, tunc omnibus, & singulis cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, ac dignitatis, etiam Ecclesiasticæ existentibus, etiam quomodolibet, ut præmittitur, qualificatis, etiam regularibus cujuscumque ordinis, instituti, congregationis, ac societatis, de quibus individua expressio faciendæ foret, quamlibet interpretationem, ac declarationem sub majoris excommunicationis, lætæ sententiæ, ac nullitatis omnium gerendorum pœnis eo ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrendis prohibemus, & interdiciamus, & quancumque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desuper quancumque faciendam dumtaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris canonicè intrantibus perpetuo reservamus, & ante factas declarationes hujusmodi volumus præsentibus nostris literas, & quascumque gratias, concessiones, ac dispositiones Apostolicas prædictas intelligendas esse ad literam, prout jacent.

§. 13. Præsentibus quoque literas, ac omnia & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis nullatenus consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi non fuerint, minusque causæ, propter quas eadem præsentibus emanarint, deducæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam nullo modo justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis quantumlibet magno, inexcogitato, & substantiali defectu, aut ex quovis alio capite à Jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine resultante, sive præscripti, tione etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, ac enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, vel prætextu, etiam in corpore juris clauso, seu ex quacumque causa, & occasione, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariè exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu realis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris, aut aliud quodcumque Juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu proprio, & aliis quomodolibet concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud minime posse, sed eandem præsentibus semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari.

§. 14. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Clericosque Præsidentes, ac Cameram, & quosvis Sedis, & Cameræ prædictarum ministros, & officiales, necnon S.R.E. Cardinales, etiam Vicecancellarios, Camerarios, ac etiam de latere Legatos, ejusdemque Sedis Notarios, ac quascumque Congregationes, etiam specialem expressionem requirentes, etiam quorumcumque S.R.E. Cardinalium, & Prælatorum, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, semper & ubique judicari, & definiti debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

§. 15. Non

*Claufula
hujus Com
Præsentibus
vas apponit*

*Claufula
sublatæ, &c.*

Clausula derogatoria.

§. 15. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, tam generalibus, quam specialibus, etiam in Conciliis universalibus editis, & quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quæsito, & s. l. rec. Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri de gratiis qualescumque interesse Cam. Apostolicæ concernentibus, infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, ita ut præsentés nullo unquam tempore in eadem Camera præsentari, seu registrari necesse sit: Necnon quibusvis conventionibus, tolerantiis, consensibus, taciturnitatibus, permissionibus, usibus, consuetudinibus, etiam longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apostolici, ac statutis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque Indulgentiarum, concessionibus, licentiis, & literis Apostolicis quibuscumque personis etiam, ut præmittitur, qualificatis, ac Provinciis, Regnis, Civitatibus, Universitatibus, Ecclesiis, Ordinibus, etiam Militaribus, etiam S. Joan. Hierosolymitani, Congregationibus, Institutis, Societati Jesu, aliisque locis, & personis quibuslibet, etiam speciali nota, & expressione dignis, etiam motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis ten. specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendâ, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Non intendimus autem, per præsentés tollere declarationes, & causarum terminationes, ac alia, quæ etiâ respectu jurisdictionalium, tam allodialium, quam feudaliûm, præsertim in ditione temporali Sedis Apostolicæ consistentium, factæ seu facta fuerint hucusque, vel in futurum sicut judicialiter, vel etiam extrajudicialiter, causa tamen cognita in Romana Curia, per Rotam, vel Camera, aut etiam per specialiter deputatam, seu deputatum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à Nobis, seu à successoribus nostris Congregationem, aut judicem: nec etiam tollere centenariam præscriptionem, concurrentibus de jure requisitis, nec immemorabilem, nisi in casibus, in quibus per sacros Canones, seu Concilia universalia, vel Constitutiones, Ordinationes, aut dispositiones Apostolicas illa reprobatur, seu illi derogatur, aut aliâ de jure illa non suffragatur, firma tamen, & illibata remanente Bulla Cœnæ Domini, tam per Nos, & Romanos Pontifices prædecessores nostros publicata, quam in posterum à Nobis, & successoribus nostris publicanda, quoad omnia, & singula, quæ in ea continentur.

Publicari mandati.

§. 16. Volumus autem, & Apostolica Autoritate decernimus, ut eadem præsentés ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, ardeant, & afficiant, perinde ac si illorum unicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Dat. P. A. 18. die 5. Junii. Publicate.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 5. Junii 1641. Pont. Nostri Anno 18.
 Die 14. Augusti, anno ut supra, Pontificatus 19. supradictæ literæ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis post Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ Urbis per me Dominicum Vareseum, S. D. N. Papa Curf. &c. Pro Magistro Cursorum Dominicus Mangilius Cursor.

C. L. X. Declaratio, & Moderatio facultatum Eminen-

tiſſimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium Archipresbyterorum, ac Protectorum, & Titularium Ecclesiarum, & locorum priorum Urbis.

Aliam habes moderationem Indulgentiarum S. R. E. Cardinalium, Pii V. in Const. 38. tom. 2. Sanctissimus. Item Pauli V. super collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum Const. 58. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Editis ad perpetuum rei memoriam.

Quamvis Romani Pontifices prædecessores nostri eorum motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine concesserint S. R. E. Cardinalibus Archipresbyteris Ecclesiarum, seu Basilicarum S. Joannis de Laterano, S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe facultatem per seipſos, suosque Vicarios, & Judices cognoscendi, & terminandi omnes, & singulas causas, ac lites, tam activè, quam passivè motas, & movendas inter ipsas Basilicas, earumque Capitula, Canonicos, Beneficiarios, Clericos, Capellanos, aliosque eis intervenientes ex una, ne à servitio Basilicarum hujusmodi retrahantur, & quocumque alios ex altera partibus privativè, quoad Vicarium, aliosque Judices Urbis, etiam si ageretur de obligationibus Cameralibus, & aliâs, prout in eorum literis, & motibus propriis uberiùs continetur.

Enunciatio.

§. 1. Nihilominus, ut acceperamus, prætextu prædictarum facultatum, ac privilegiorum in eis contentorum, ipsique Basilicis, ac illis intervenientibus concessorum quidam abusus, etiam tempore prædecessorum nostrorum irreperant, in aliorum Tribunalium, & colligantium præjudicium: Idcirco Congregatio Prælatorum aliâs à Nobis super inhibitionibus, & non gravetur, cursum justitiæ impediendibus deputatorum, ad tollendos, & evitandos eosdem, aliosque abusus, decrevit quod iidem Cardinales prædictarum Basilicarum Archipresbyteri, eorumque Vicarii non concederent inhibitiones generales, sed particulares tantummodò, citata parte, & juxta terminos earundem facultatum, & privilegiorum dumtaxat, & aliâs concessæ non servarentur, libereque eis non obstantibus, fieri posset executio, quodque emphyteutæ, inquilini, coloni, affluantii, & conductores non gaudeant privilegiis prædictis, nisi quando ageretur de interesse Ecclesiæ, & Ecclesiæ esset in causa. Cumque postmodum experientia rerum magistra compertum fuerit, Nobisque etiam pluries occasione Signaturæ Gratix innotuerit, ex observantia facultatum, & privilegiorum prædictorum alia Urbis Tribunalia impediri, ac colligantibus detrimentum fieri, quando non agitur de bonis, juribus, seu redditibus ipsarum Basilicarum, vel quando Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, aut alii eisdem Basilicis intervenientes sunt actores.

Clausula derogatoria.

§. 2. Propterea volentes justitiâ æqua lance omnibus ministrari, motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra Constitutione perpetua, nedum decreta prædictæ Congregationis confirmamus, & approbamus, supplementes omnes, & singulos defectus, etiam substantiales, si qui in eis quomodolibet intervenierint, seu intervenisse dici possint; sed etiam statuimus, & ordinamus, quod quando agitur de bonis, juribus, seu exigendis redditibus ipsarum Basilicarum, sive præbendarum, Capellaniarum, beneficiorum, administrationum, officiorum, seu onerum in prædictis Basilicis existentium, tunc activè agendum sit coram eisdem Cardinalibus, Archipresbyteris, sive eorum Vicariis, vel Judicibus per eisdem Cardinales deputatis, & pro tempore deputandis: quando autem agitur de aliis bonis, rebus, vel juribus quibuscumque, tunc si Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, aliique ipsi Basilicis intervenientes erunt rei, pariter conveniri debeant coram eisdem Cardinalibus Archipresbyteris, seu eorum Vicariis, vel Judicibus prædictis, etiam si convenirentur vigore obligationis Cameralis: si verò fuerint actores, tunc prædictis privilegiis non gaudeant, nec

Declaratio moderatiæ sententiæ Archiepiscoporum, & Clericorum, & Canonice electionibus.

Clausula derogatoria.

Enunciatio.

nec possint reos ad forum Cardinalium Archipresbyterorum quoquo modo trahere. Ac insuper, quia ex facultatibus etiam motu, sciencia, deliberatione, & potestate patribus, quacumque de causa, quantumlibet favorabili, & pia, ac aliis quomodolibet concessis eidem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Monasteriorum Monialium, Ecclesiarum, etiam Collegiarum, Collegiorum, Hospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, seu quorumcumque aliorum locorum piorum de Urbe, illorumque bonorum, rerum, & personarum quarumcumque apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoribus, sive ipsarum Ecclesiarum Tularibus similia impedimenta, damna, & praesudicia nasci, & emergere nedum accepimus, sed etiam comperimus, propterea praefatas ordinationes, & statuta quoad facultates dictorum Cardinalium Archipresbyterorum, ut praemittitur, factas, & facta, in futurum etiam quoad praedictos Cardinales Protectores, & Monasteria Monialium, Ecclesias, etiam Collegias, Collegia, Hospitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, aliaque loca pia de Urbe praedicta, eorumque bona, res, & personas quolibet ipsis Cardinalibus, tam ratione protectionis, quam ratione tituli, ac aliis quovis nomine nunc, & pro tempore per Nos, & Romanos Pontifices, etiam successores nostros commissas, & commissas perpetuo in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

§. 3. Praesentes quoque literas, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam si Cardinales Archipresbyteri, & Protectores, aliaque personae praedictae, & ceteri quicumque in praemissis interesse habentes, aut habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, minusque causae, propter quas praesentes emanarunt, adductae, aut sufficienter, vel etiam nullatenus iustificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quaevis alia servanda & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite, à Jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, & totalis laesione, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, & tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessariam exprimentem foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, appellationis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque Juris, facti, gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac praedictos, aliosque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de jure quaesito non tollendo, & quibusvis

aliis Cancellariae Apostolicae Regulis, ac pia mem. Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri, de gratis qualescumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus infra certum tunc expressum tempus in ea praesentandis, insinuandis, & registrandis, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aut etiam quatenus opus sit, ipsarum Ecclesiarum, seu Basilicarum, Monasteriorum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis ipsis Ecclesiis, seu Basilicis, illarumque Cardinalibus Archipresbyteris, sive eorum Vicariis, ac Monasteriis, Collegiis, Confraternitatibus, Archiconfraternitatibus, Hospitalibus, & aliis locis piis praefatis, nec non eisdem Cardinalibus, Monasteriorum, Ecclesiarum, aliorumque piorum locorum praedictorum Protectoribus, & aliis personis praedictis, sub quibusvis verborum tenore & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores, etiam majores, & veriores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1641. Pontificatus nostri anno decimonono.

In Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem Domini Nostri Iesu Christi 1642. Indictione 10. die vero quinta mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa Octavi, anno ejus 19. supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, nec non in acie Campi Flora, & in aliis locis solitis, & consuevis Urbis, per me Camerarium Frisorum, Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Pro D. Magistro Cursores Joseph Massani.

Prohibitio ne in Ecclesiis sumatur Tabac- CLXI, cum.

Quanto zelo Ecclesiarum reverentiam procurarint Summi Pontifices, apparet ex immunitate iisdem Ecclesiis concessa, quam inviolabiliter observandam jubet Greg. XIV. Can. 7. Cum alias nonnulli, tom. 2. Ad quod habet etiam dispositionem Concilii Trid. sess. 25. cap. 20.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1642. Ad futuram rei memoriam.

Cum Ecclesiae Divino cultui dicatae Domus sint orationis, easque propterea omnis sanctitudo deceat, merito Nos, quibus cunctarum per Orbem universum Ecclesiarum cura à Deo commissa est, advigilare convenit, ut ab eisdem Ecclesiis quicumque actus profani, & indecentes procul arceantur. Itaque cum, sicuti parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Ecclesiae Metropolitanae Hispanensis Nobis nuper expositum fuit, pravus in illis partibus sumendi ore, vel naribus Tabacum vulgò nuncupatum usus aded invaluerit, ut utriusque sexus personae, ac etiam Sacerdotes, & Clerici, tam saeculares, quam regulares, clericalis honestatis immemores, illud passim in Civitatis, & Dioecesis Hispanensis Ecclesiis, ac quod referre pudet, etiam sacrosanctum Missae sacrificium celebrando sumere, lintheaque sacra foedis, quae Tabacum hujusmodi projicit,

excrementis conspurcare, Ecclesiasque prædictas tetro odore inficere, magno cum proborum scandalo, rerumque sacrarum irreverentia non reformident.

Utrum Tabac. et in Ecclesiis prohibet. Penitentia sub excommunicatione lata sententia pœna.

§.1. Hinc est, quod Nos, et abusus iam scandalosus ab Ecclesiis huiusmodi prorsus eliminetur, pro pastoralis nostra sollicitudine providere, ac Decani, & Capitulum præfatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus ipsorum Decani, & Capituli Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus personis, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, etiam cujusvis Ordinis, Instituti, ac Militiarum, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regularibus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet privilegiatis, & exemptis, etiam speciali nota, & expressione dignis, ne de cætero in quibusvis Civitatibus, & Diocesis prædictarum Ecclesiis, earumque atris, & ambitu Tabacum, sive solidum, sive in frusta concisum, aut in pulverem redactum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos & alias quomodolibet fumere audeant, vel præsumant, sub excommunicationis lætæ sententiæ eo ipso absque aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna, auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Executores dep. et.

§.2. Quocirca Venerabili fratri Archiepiscopo Damiatensi, moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio per præfatos committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios præfatos literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, solemniter publicare faciat, illas & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, contradicentes quoslibet, & rebelles, ac prohibitioni huiusmodi non parentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita percipiendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi prædecessoris nostri de una, & in consilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Ecclesiarum prædictarum, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum regularium, ac Militiarum, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus, vel alicui conjunctim, vel divisim sit ab eadem Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptio sub.

§.4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeatur fides quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 19. die 30. Jan.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1641. Pontificatus Nostri anno decimo nono.

Declaratio circa exactionem taxæ Collegio Subdiaconorum Sedis Apostolicæ, assignatæ ratione provisionum Ecclesiarum Pallii insignitarum.

CLXXII

Sixtus P. paulò ante obitum cedula Motus proprii consecravit contra abusus qui irrepserant in exactione huiusmodi taxæ, quæ quidem cedula in literis Gregorii XV. de super consecratis plenius continetur.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita 1641.

§.1. Udum felicis recordationis Sixtus Papa V. prædecessor noster, ex certis tunc rationabilibus causis adductis, & abusus, & scandalis, quæ circa exactionem taxæ emolumentorum ratione Ecclesiarum Pallii insignitarum Collegio Subdiaconorum Apostolicorum de numero participantium debitorum irrepserant, cum interdum emolumenta ipsa iidem Subdiaconi etiam per retentionem Palliorum perciperent, opportunum remedium adhibere volens, sub datum videlicet Nonis Decembris Pontificatus sui anno secundo, Motu suo proprio per eum habita consideratione, quod Romani Pontifices taxas, & emolumenta huiusmodi, tanquam primitias fructuum inferioris Ecclesiæ vacantis pro stipendiis officialium Sedis Apostolicæ, & conservatione universalis Ecclesiæ militantis assignaverant, tunc, & pro tempore existentibus Subdiaconis prædictis, quod de quarumcumque Ecclesiarum Patriarchalium, & Metropolitanarum, vel aliarum de jure, consuetudine, aut privilegio Pallii huiusmodi insignitarum, etiam titularium, etiam in partibus infidelium existentium fructibus in literis super earum provisionibus in posterum faciendis expressis, & taxatis, quinque florenos auri pro quolibet centenario inter ipsos Subdiaconos de numero participantium tantum, juxta eorum constitutiones, seu consuetudines dividendos, & distribuendos, cæteraque jura & emolumenta percipere, & exigere liberè, & licitè possent, plenam, & liberam licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate perpetuè concessit, ac tunc, & pro tempore existentibus plumbi Collectoribus, seu Plumbatoribus Apostolicis, sub ducentorum ducatorum ipsis Subdiaconis pro una, & pro altera medietatibus piis locis arbitrio suo applicandorum pœna commisit, & mandavit, ne postea literas quascumque super huiusmodi Ecclesiis expeditas, vel expediendas plumbarent, aut plumbatas partibus restituerent, nec restitui permitterent, nisi priùs de summa singulorum quinque florenorum pro quolibet centenario huiusmodi eisdem Subdiaconis foret integrè satisfactum, & de satisfactione constaret per chirographum Receptoris dictorum Subdiaconorum, sive eorum Decani, vel Prodecani manu signatum, vel per appositionem manus eju'dem in literis præfatis loco congruo, ad instar cæterorum officialium similes taxas habentium, & exigentium.

Sixtus P. de tollendo suo circumscriptione in rubeo.

§.2. Voluit autem dictus Sixtus prædecessor, & dictis Subdiaconi ultra dictam taxam pro sustentatione, ac dote dictorum Officialium percipi solitam, cæteraque jura, & emolumenta consuetæ prædicta, quæquam aliud pro ipso Pallio, neque ratione consecrationis, benedictionis, sive traditionis ejusdem exigere, aut accipere, sub quingentorum ducatorum ipsis Ecclesiis, à quibus accepissent, pro una, & pro altera medietatibus, locis piis arbitrio pro tempore existentis Romani Pontificis applicandorum pœna auderent, seu præsumerent, & aliis prout in cedula motus proprii ejusdem Sixti prædecessoris, sub Datum nonis Decembris, Pontificatus sui anno secundo, & in literis Apostolicis desuper per præfatum Gregorium XIV. etiam prædecessorem nostrum, cum ipse Sixtus antequam ejus literæ desuper conficerentur, sicut Domino placuit, rebus fuerit humanis exemptus, consecratis plenius continetur.

Prohibuit Subdiaconis in rubeo tra dicta xam quædam aliud ex rone.

§.3. Cum

URBANUS OCTAVUS

229

§. 3. Cum autem, sicut Nobis super Innocentio, etiam post literas hujusmodi antiqui perduraverint, vel novi abusus circa exactionem taxarum prefate Subdiaconorum, & forsan quorundam prioribus irrepserint, & propterea officii nostri pariter existimemus hujusmodi abusibus, ne ulterius etiam cum non modico fidelium scandalo serpent, opportunum remedium adhibere, Motu proprio, non ad alius Nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolica potestate plenitudine, ex voto etiam Congregationis quorundam Praelatorum per nos desuper ad id in specie deputatorum, eisdem cedulam Sixti, & literas Gregorii praedecessorum praedictorum, hac nostra Constitutione perpetua, ut infra declaramus, & ab omnibus deinceps inconcussa observari mandamus, videlicet.

§. 4. Quod Subdiaconi praefati nunc, & pro tempore existentes, non solum sub eisdem poenis inflicis & comminatis, sed etiam sub excommunicationis majoris latae sententiae, & privationis Subdiaconatum, & aliorum per eos obtentorum officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet ipso facto, absque alia declaratione, & citatione incurrendis, & aliis arbitrio Romani Pontificis pro tempore infligendis poenis taxam ad rationem quinque florenorum pro quolibet centenatio eis, ut praefertur assignatam, in tot ducatis auri de Camera, prout alii Officiales Cancellariae, & Camerae Apostolicarum participantes earum ratas respectively recipiunt, & exigunt, & non quidem pro ipso Pallio, seu occasione Pallii, vel ratione consecrationis, benedictionis, propositionis, sive traditionis ejusdem Pallii, sed dumtaxat, ut praefertur, in actu expeditionis literarum Apostolicarum super provisionibus Ecclesiarum Pallii insignitarum, licet ante vel post traditionem ipsius Pallii expediantur, & quoad eas, quae in partibus infidelium consistunt, & nullos redditus habent, nihil omnino: quo vero ad eas, quae in dictis infidelium partibus consistunt, & aliquos redditus habent, ad ratam quantitatis reddituum, & quoad eas, quarum taxae per speciale mandatum Romani Pontificis pro tempore existentis, perpetuo vel ad tempus, ad minorem summam reducuntur, iuxta reductionem, & quoad numeros, qui ad centum non ascendunt, ad ratam numerorum hujusmodi respectively dumtaxat, & nihil ulterius, etiam a sponte dantibus, & offerentibus exigant & recipiant, aut exigere, & recipere praesumant, & ad hunc effectum pro perpetua, & inconcussa praesentium, & contentorum in eis observatione commissionem, & mandatum Plumbi Collectoribus, sive Plumbatoribus, necnon prohibitionem dictis Subdiaconis per dictas cedulam Sixti, & literas Gregorii praedecessorum, ut supra facta, poenasque in eis contentas, ad quarum exactionem manu regia & via executiva, nulla praevia citatione procedi posse volumus, per eandem praesentes innovamus.

§. 5. Decernentes easdem praesentes de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut ad viam, & terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari nunquam posse.

§. 6. Sicque, & non aliis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit nostra regula de non tollendo jure quesito, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Collegii Subdiaconorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam antiquissimis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis,

Bullar. Mag. Tom. I V.

innovatis, necnon aliis, quae idem Sixtus, & Gregorius praedecessores praefati voluerunt non obstat, Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, latissime, ac plenissime ad effectum praemissorum specialiter, & expressè harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die 7. Februarii 1642. Pontificatus nostri anno decimo.

Dis, mensis, & anni quibus supra, supradicta litera affixa, publicatio in & publicata fuerunt ad valvas Camerae Apostolicae, & in Curia Campi Florae, & aliis locis solitis & consuevis Urbis, per me Dominicum Varesium Sanctiss. Domini Nostri Papa Curialem.

Ioan. Baptista Spada Mag. Curf.

Constitutio circa formam & habitum sacrarum CLXIII. Imaginum.

De veneratione Sanctarum Imaginum habes Gregorii XIII. Constit. 33. Sanctissimus. § 15. tom. 2. Circa formam autem & habitum sacrarum Imaginum lege Sacrosanctae Tridentinae Synodi Decretum.

URBANUS PAPA VIII. Edit. An. D. 1642. Ad futuram rei memoriam.

Sacrosancta Tridentina Synodus optime agnoscentes non leve scandalum afferre posse, si quid inordinatum, aut praeposterè accommodatum, vel profanum in Ecclesiis appareat, statuit nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

§. 1. Cum autem, sicut accepimus, ex praedicti Decreti inobservantia varii abusus irrepserint; idcirco Nos abusus hujusmodi tollere pro debito pastoralis officii nostri volentes, re etiam cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Sacris Ritibus Praepositis communicata, & mature considerata, & discussa, inhærendo dictae dispositioni Sacrosanctae Tridentinae Synodi, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, ne quis cujuscumque gradus, qualitatis, ordinis, status, vel conditionis, ac dignitatis, & praeminentiae, etiam ecclesiasticae, etiam individua, ac specialiter expressione dignae existat, Imagines Domini Nostri IESU-CHRISTI, & Deiparae Virginis MARIAE, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quorumcumque audeat sculperè, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut antebae sculptas aut pictas, & aliis quomodolibet effectas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu & forma, quam in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis, tenore praesentium prohibemus: ac ut Imagines aliter pictae, vel sculptae ab Ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveantur, & deleantur, vel reducantur, & reformentur ad habitum, & formam in Ecclesia Catholica, & Apostolica ab antiquo tempore consuetam, ut veneratio, & cultus sic dictis Imaginibus augeatur, & quae oculis fidelium subiciuntur, non inordinata, nec insolita appareant, sed devotionem pariant, & pietatem. Et ne exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum Frontispiciis, & Atriis Imagines profanae, vel aliis indecentiam & inhonestatem praeserentes, cum

Domum

Domum Dei decet sanctitudo, precipimus. Quocirca quibuscumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac nostris & Apostolicæ Sedi Nuntis, & Legatis etiam de Latere, sub obsecratione divini Judicii mandamus, ut prædicta inviolabiliter, & exactè observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, ac Universitatibus etiam Studiorum, Monasteriis, ac Collegiis, & personis quibuscumque, etiam Ecclesiasticis, secularibus & Regularibus cujuscumque Ordinis, etiam Cisterciens. Instituti, Congregationis, & Societatis, etiam Jaso, etiam Militaribus, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, aliarumque Militarum, & cæteris quibuscumque quomodolibet qualificatis, ac eadem individua expressione, & speciali nota dignis, ac Monialibus, etiam Regularium gubernio subjectis, ac etiam Sedi Apostolicæ immediate suppositis, ut in eorum Ecclesiis, & locis omnia & singula præmissa observent, & observari faciant.

Executores d'puit.

§. 2. Quatenus verò ipsi, præsertim Regulares, ac Moniales præsentibus literis, ac omnibus in eis contentis parère neglexerint, possint & debeant Episcopi, & locorum Ordinarii, & Metropolitanis, Primates, & Patriarchæ, Nuntii, & Legati Apostolici de Latere missi, tanquam in hoc à Sede Apostolica specialiter delegati, contra omnes & singulos prædictos, & quoscumque alios quomodolibet inobedientes & transgressores, procedere, & quocumque appellatione, recurso, reclamazione, aliiisque jure & facti remediis ordinariis, & extraordinariis penitus, & omninò remotis, ad omnimodam observantiam illos prævia unica monitione, censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quoad loci Superiores, etiam privationis officii, & vocis activæ & passivæ pœnis compellere.

Clausula per irrationem apponit.

§. 3. Præsentibus quoque literis, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, vel quocumque alio, etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel redargui possent, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Clausula sublatæ.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantèr contigerit attentari, decernimus.

Curatoria remota.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus diebus, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem etiam personarum, atque Ordinum quorumcumque, etiam Cisterciensium, ac tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, ac cujusvis alterius Instituti, etiam necessariorum, & individue exprimen. Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque, tam secularium, quàm regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam mari regno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, Conservatorum deputacionibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi, & alii Ordinarii, & Superiores prædicti deferre minimè teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis,

seu extensionis concessis, & iteratò approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publici mandati.

§. 6. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo præteriti, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, ut præsentibus literis, seu illarum exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ affixæ omnes perinde ardeant atque afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Transmissi credi possunt.

§. 7. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dati. Pont. die 15. Martii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Martii 1642. Pont. nostri anno 19.

Die 26. Junii 1642. supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Dominicum Vareseum, Sanctiss. Domini Nostri Papæ Curf.

Pro Magistro Curforum Dominicus Mangilius Curf.

Pro observacione Festorum.

CLXIII

Festa observari jussit, eorumque diebus mercatus, profanasque negotiationes fieri prohibuit Pius V. Const. 5. Cum primum, tom. 2.

URBANUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Edita 1642.

Universa per Orbem novit Ecclesia Romani Pontificis supremæ incumbere sollicitudini Dominicum gregem ad æternam dirigere salutem, & Apostolica sic explicare præcepta, ut fideles in viam mandatorum currere, & ad beatitudinem valeant feliciter pervenire.

Exordium.

§. 1. Plurimorum siquidem Venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum per varias Regiones constitutorum relatione ad Nos pervenit, festorum multitudinem per singulas eorum Dioceses, atque Provincias adeo crevisse devotione, atque consuetudine nova in dies introducente, ut multi jam dubitare videantur, quænam ex præcepto, quæve ex libera cuiusque voluntate sint servanda, pietatis fervore ob nimiam eorumdem numerositatem tepescente? Quinimò & clamor Pauperum frequens ascendit ad nos eandem multitudinem ob quotidiani victus laboribus suis comparandi necessitatem sibi valde damnosam conquerentium, & quod summopere dolendum est, magno cum animi nostri dolore didicimus, tanta sæpè sæpius machinatum inimicium in Sanctos, ut ipsa multitudine non ad ædificationem, & ad laudandum in Ecclesiis Deum populi utantur, sed ad otia, vanitates, & vitia frequenter abuti non formident, ita ut quæ ad glorificandum Divinum Nomen sunt primitus instituta, temporis decursu inimicus homo corruerit, & in magnam illius offensionem, gravemque jacturam converterit animarum. Quamobrem dicti Ven. fratres Archiepiscopi, & Episcopi Nobis fecerunt humiliter supplicari, ut in prædictis de Apostolicæ potestatis plenitudine congruam aliquam iniremus rationem.

Canonicæ constit.

§. 2. Nos itaque volentes ex debito pastoralis officii providere, & sanctificationis festorum certum deinceps firmare præceptum, antiquam Ecclesiæ in hoc consuetudine sectantes, habitis prius frequentibus per doctos, piosque Viros, quos ad hæc specialiter deputavimus, cõsultationibus, ut rei videtur gravitas postulare, Motu proprio, & ex certa

Res sanctæ ex præcepto colenda statuitur, & quædam recentiorum certa

certa scientia, meraque deliberatione nostris, necnon de prædictæ Apostolicæ plenitudine potestatis, hac perpetuè valitura Constitutione, de voto etiam Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, Apostolica auctoritate decernimus, & declaramus, infra scriptos dumtaxat dies pro Festis ex præcepto colendos esse, quos nempe vel ab initio veneranda sacravit antiquitas, vel universalis Ecclesiæ probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur; Dominicos scilicet dies totius Anni, Nativitatis D. N. Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duabus sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duabus pariter sequentibus feriis, Sanctissimæ Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, & Inventionis Sanctæ Crucis, necnon festivitatum Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis Deiparæ Virginis, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, & Nativitatis S. Joannis Baptistæ, SS. Petri, & Pauli, S. Andree, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, SS. Philippi, & Jacobi, S. Bartholomæi, S. Matthæi, SS. Simonis, & Judæ, & S. Matthei Christi Domini Apostolorum, item S. Stephani Protomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii Martyris, S. Sylvestri Papæ & Confessoris, S. Josephi etiam Confessoris, & S. Annæ, Deiparæ respectivè Sponsæ, ac Genitricis, Solemnitatis omnium SS. atque unius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno, sive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacumque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit.

Utiq; ad
vires
lat.

§. 3. Ad reliquorum verò dierum observantiam, quos hæc. nus sive in universa Ecclesia, sive in quavis Natione, aut Regno, Provincia, Diocesi, aut loco quomodocumque, sive ex præcepto, sive ex consuetudine, sive ex devotione Christi fideles tanquam festivos celebrant, nequaquam ex præcepto ipsos teneri dicta auctoritate tenore præsentium perpetuè etiam decernimus, & declaramus. Ne autem dies festos à locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut Populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, eosdem Ordinarios in Domino monemus, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam æqualitatem de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum festorum stud. aut abstinere. Ut verò ea quæ superius expressa sunt, ferventiori qua decet veneratione, ac devotione colantur, eisdem Ordinariis antiquorum Canonum observantiam ad memoriam revocamus in concedendis licentiis laborandi diebus festis: Quæ quidem licentiæ non aliter quam ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur concedendæ, non nisi gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto, directè, vel indirectè concedantur, sub pœnis etiam gravioribus nostro, successorumque nostrorum arbitrio infligendis. Non intendimus tamen per hanc nostram Constitutionem dies feriatis circa Judicialia in aliquo immutare, quos ad hunc effectum relinquimus in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante eisdem promulgationem.

Utiq; ad
vires
lat.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna, nunc, & pro tempore existenti nostro in Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali, ac universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælati, ac cujuscumque generis locorum Ordinariis, etiam Cardinalatus honore fulgeant, ut has præsentis literas, omniaque & singula in eis contenta, singuli videlicet in eorum respectivè Diocesis publicent, & ab omnibus eorum subditis ad unguem observari faciant.

Utiq; ad
vires
lat.

§. 5. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, & universalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac singularum Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus longissimo tempore præscriptis, ac observatis, etiam immemorialibus, privilegiis quoque, indultis, Decretis, Declarationibus, & literis Apostolicis, aliisque gratiis, tam per ipsos Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos etiam motu simili, etiam Consistorialiter, quam per Ordinarios

Bullar. Mag. Tom. IV.

locorum, cujuscumque qualitatis, etiam Cardinalatus honore, ut præfertur fulgentes, Legatos etiam de latere, & Sedis Apostolicæ Nuntios, ipsi Provincias, Civitatibus, Oppidis, & locis, aliisque quibuscumque, etiam quantumvis privilegiatis, personis etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, Ducum, aut aliorum Principum contemplatione, vel intuitu, ac aliàs in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus harum ferie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
credi jubet.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis etiam impressis, & manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctis
in dis.

§. 7. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationum, Monitionum, Intentionum, Mandati, Derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. P. Anno
10. Idus Sep-
tembr.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ 1642. Idibus Septembris, Pont. nostri anno 20.

De 22. Decembris 1642. supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, ac alus locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Garziam Sanctiss. D. N. Papa Cus. Raymundus Brambilla Magister Curforum.

Confirmatio Decreti Clem. Papæ VIII. prohibentis fieri uniones Beneficiorum dispositionum Sedis Apostolicæ reservatorum, vel affectorum, cum declaratione quod Decretum hujusmodi comprehendit etiam S.R.E. Cardinales, & alios indulta conferendi reservata habentes, quodque illi non potuerunt, nec possunt conferre Beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta.

CLXV.

Beneficiorum omnes uniones effectum non sortita sunt revocata hujus Pontificis Const. 69. Sanctissimus. Beneficiorum, seu Ecclesiarum unionem petentes debent exprimere verum valorem annuum etiam beneficii cui aliud unitur, alioquin unio non valet, Greg. XV. Const. 11. §. 2.

URBANUS PAPA VIII. Edit. An. D. 1642. Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, accepto quod aliqui Ordinarii beneficia Ecclesiastica in suis mensibus vacantia, & aliàs dispositioni Apostolicæ non reservata personis sibi beneficiis conferant, illa verò, quæ reservata erant, Seminariis puerorum sæpè uniebant; ad evitandum hoc Sedis Apostolicæ præjudicium, per ejus decretum prohibuerit, ne uniones beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Sedis Apostolicæ tempore, quo uniantur reservatorum, vel affectorum fieri possent, etiam vigore Decretorum S. Concilii Tridentini in favorem Seminariorum Puerorum ad præscriptum ejusdem Concilii erectorum, sive erigendorum: nihilominus postea pretextu Indultorum Apostolicorum conferendi beneficia reservata, vel affecta

Exordium.

per Romanos Pontifices predecessores nostros, ac etiam per nos aliquibus personis, præsertim S.R.E. Cardinalibus concessorum, executio prædicti Decreti Clementis predecessoris de facto impedita fuit, & impeditur, quoniam Cardines Indulta conferendi, & disponendi de reservatis, vel affectis habentes asserunt se non esse in prædicto Decreto comprehensos, tanquam in eo expressim non nominatos, & ulterius tam ipsi Cardinales, quam alii, qui ex prædictis Indultis Apostolicis habent facultatem conferendi reservata, seu affecta, ac de eis disponendi, nedum præterunt Indulta hujusmodi continere facultatem disponendi de eisdem Beneficiis, etiam per modum Unionis, & extinctionis in præjudicium perpetuum Sedis Apostolicæ, quæ illorum provisione perpetuè privata remaneret, sed etiam ex ipsis Indultis esse sublata, & extinctam reservationem, & affectionem quamcumque, ideo etiam auctoritate ordinaria potuisse, & posse per eos fieri eorumdem Beneficiorum, uti non reservatorum, nec affectionum unionem, Decretaque Concilii eis concedere facultatem uniendo etiam reservata eisdem Seminariis. Quinimo etiam in Pontificatu rec. mem. Pauli V. etiam predecessoris nostri, hætenus ex voto duorum Rotæ Auditorum fuerit in Dataria observatum, & observetur, Beneficia duplici reservatione personali reservata vel affecta non comprehendi in prædictis Indultis, tamen etiam præterunt hanc reservationis duplicitatem non impedire eorum provisionem vigore prædictorum Indultorum faciendam, eisdemque Beneficiorum unionibus non obstat, & propterea diversimodè etiam executio literarum Apostolicarum provisionis eorumdem Beneficiorum indebitis prætensionibus hujusmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diversis Tribunalibus, & Congregationibus, præsertim Rotæ, & Congregationis Concilii Tridentini, in quibus reperiuntur factæ resolutiones etiam inter se discordantes.

Decretum Clementis VIII. prohibens fieri unionem, & observari mandata.

§.1. Volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & nostro oraculo præsentis dubitationes dilucidare, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hæc nostra perpetua constitutione prædictum Decretum Clementis predecessoris prædicti, super executione, seu interpretatione ejusdem Concilii emanatum confirmamus, inviolabiliterque de cætero observari mandamus per quoscumque Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, ac S.R.E. Cardinales, declaramusque prædictum Decretum etiam eisdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscumque alios prædicta Indulta Apostolica conferendi prædicta Beneficia reservata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse hætenus post prædictum Decretum Clementis predecessoris, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilii, aut aliis etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis Indultis extinctæ, & sublata sint reservationes, & affectiones eadem Beneficia quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta unire, etiam Seminariis prædictis Puerorum, nec de eis per viam cujuscumque unionis, suppressionis vel applicationis disponere, nec etiam in vim prædictorum Indultorum reservata & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre Beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta.

Clauſula præservanda, & sublata.

§.2. Præsentis quoque literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vicio, nostræque intentionis defectu, etiam ex eo quod Seminaria, & quibuscumque, & cujuscumque status, conditionis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, etiam Ecclesiasticæ desuper interesse habentes, vel habere prætendentes ad hæc vocati non fuerint, vel præmissis non consenserint, notari, impugnari, redargui, aut in jus, vel controversiam revocari non posse, Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sacri Palatii Apostolici causarum Auditores, ac S.R.E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoscumque alios speciali expressione indigentes judicari, designari, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum & ina-

ne si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.3. Non obstantibus præmissis omnibus, & singulis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, regulis Cancellariæ, & quatenus opus foret, etiam illa de non tollendo jure quæsitto, cæterisque contrariis quibuscumque. Quorum omnium & singulorum tenores, earundemque litium, & causarum etiam hætenus pendentium statum, & merita, ipsorumque Beneficiorum nuncupationes, situationes, & qualitates, partiumque colligantium, necnon judicum nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & congregationum præminentias, & facultates, cæteraque hic forsitan exprimenda, & inferenda, pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 15. Julii 1642. Pont. nostri anno decimonono.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1642. Indict. 10. Pont. vero Sanctissimi D. N. Urbani Divina Providentia Papa VIII. Anno ejus 20. die vero 12. mensis Augusti, supradicta litera Apost. affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicæ Principis Apost. de Urbe, ac Cancell. Apostolica, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Antonium Bersarellum, ejusdem S. D. N. Papæ Curf. Josephi Massens pro D. Mag. Curf.

Constitutio circa utensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium debita.

Clemens VII. prius constituerat, quod omnia ornamenta, quibus Sancta Romana Ecclesia Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Capella Pontificia uterentur, post eorum obitum dicta Capella consignari debeant: cujus Constitutionis hic fit mentio.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Æquum est, ut Nos, qui omnium Christi fidelium commodis pro paterua nostra charitate jugiter invigilamus, Sacristiæ nostræ Pontificiæ, ac Cameræ Apostolicæ jura non negligamus.

§.1. Quamvis enim etiam juxta Constitutionem fel. record. Clementis Papæ VII. predecessoris nostri desuper editam observatum fuerit, quod omnia & singula Mitra, Pluvialia, Planetæ, & alia Altaris ornamenta, & vestimenta, ac vasa aurea, & argentea, præsertim sacra, & benedicta, cujuscumque qualitatis, & pretii fuerint, quibus S. R. E. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Capella Pontificia, in Missarum tam per Romanos Pontifices, quam in eorum præsentia, etiam per dictos Cardinales celebratione, ac in processionibus, & aliis ceremoniis Pontificalibus usi fuerint, post illorum obitum fuerint, & sint applicata, & realiter consignari debeant dictæ Capellæ, & illius Sacristiæ, præfataque applicatio, & consignatio impediri non debeat prætextu quarumcumque facultatum testandi, etiam sub quacumque forma, & verborum tenore pro tempore concessarum, & aliis prout in eadem Clementis predecessoris Constitutione uberius continetur. Nihilominus quia tam Romani Pontifices predecessores nostri concesserunt, quam etiam Nos eorum exempla secuti concessimus S. R. E. Cardinalibus facultatem disponendi de ornamentis, & vestimentis, ac vasibus, & aliis rebus prædictis, illaque relinquendi Ecclesiis, seu Capellis, vel locis piis, aut personis, præsertim Ecclesiasticis, sibi benevisis, in grave Sacristiæ præfate præjudicium, ac etiam Cameræ Apostolicæ detrimentum, quam de suo eidem Sacristiæ de ornamentis, cæterisque rebus hujusmodi ea propter providere oportet.

§.2. Hinc est, quod Nos earundem Sacristiæ, & Cameræ indemnitati in præmissis consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam ipsam Constitutionem Clementis predecessoris hujusmodi

Clauſula rogatoria.

Dat. Romæ die 15. Julii.

Publita.

CLXV

Edict. 1642.

Exordium.

Causa consilii.

Clauſula.

Innovati amplius firmum.

Clementis VIII. Pontificis obitum.

Card. de

modi

modi innovantes, & ampliandos, quod de cetero perpetuis futuris temporibus prefata omnia, & singula, Mitrae, Pluvialis, Tunicellae, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patenae, vasa etiam aurea, & argentea, aliaque res, & utensilia quomodolibet nuncupata, praesertim benedicta, seu consecrata, quibus S.R.E. Cardinales nunc & pro tempore existentes, etiam praefata, aut quaecumque aliam similem vel dissimilem facultatem Apostolicam de illis disponendi, ac ad haereditatem etiam ab intestato transmittendi, ut praemittitur, habentes, non solum in Capella Pontificia, seu Processionibus, caeremoniis, & aliis functionibus Pontificiis praefatis, sed etiam in eorum Capellis privatis haecenus, vel in futurum pro tempore quomodolibet usi fuerint, vel quae detulerint, ad Sacristiam praefatam ipso jure spectent, & pertineant, & ad illam deferri, illique realiter consignari debeant statim post obitum ipsorum Cardinalium, excepta una Tunicella pro quolibet Cardinale Diacono, & una Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac uno Pluviali pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluviis, & Gurturis Bacilli, & Bocali vulgo nuncupatis, etiam aureis vel argenteis, hac perpetuo valitura Constitutione nostra statuimus, & ordinamus, & quaecumque facultates praefatas testandi, ac ab intestato transmittendi, & disponendi de vestimentis, ornamentis, vasibus, & aliis rebus, ac utensilibus praefatis, etiam in favorem quarumvis Ecclesiarum, seu Capellarum, & locorum piorum, ac personarum etiam speciali nota, & individua expressione dignarum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac aliis quomodolibet per praefatos Praedecessores nostros, ac Nos ipsos Cardinalibus praefatis quibuscumque concessas, quae haecenus effectum sortitae non fuerunt ad praesentis nostrae Constitutionis tenorem reducimus, & quatenus fuerit opus, in illis quae praesentibus adversantur, revocamus, abolemus, cassamus, annullamus, & irritamus, ac reductas, revocatas, abolitas, cassas, annullatas, & irritas fore, & esse, & in posterum per quaecumque derogationem per Nos, vel Successores nostros faciendam non censerit praesentis nostrae Constitutioni in aliquo detractum, nec d. Sacristiae praedictae, nisi specialiter, & expressè huic Constitutioni referendo ejus datam, ac aliis sufficienter derogatum fuerit.

§. 3. Praesentes quoque literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod Cardinales, & alii praefati, ac quicumque desuper interesse habentes, seu habere praetendentes illis non consenserint, & ad ea vocati, & auditu causae propter quas praesentes emanarunt, deductae, verificatae, seu aliis insufficienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam substantiali, aut ex quovis alio capite, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata notari, impugnari, invalidari, & retractari posse, sed ipsas praesentes literas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Sacristiae praefatae plenissime suffragari.

§. 4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon diaconos Camerae Praedictae, & Clericos, & alios Officiales nunc, & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi seu interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus quibuscumque testandi, ac ad haereditatem ab intestato transmittendi, ac aliis quomodolibet de bonis, & rebus praefatis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam per Nos ipsos Cardinalibus praedictis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam Constitutorialiter concessis facultatibus, ac fel. record. Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri de gratiis quaecumque in

teresse Camerae Apostolicae concernentibus in eadem Camera praesentandis, & registrandis, ita ut praesentes literas nunquam in eisdem Camerae libris registrari necesse sit, & quibuscumque aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Decretis etiam Constitutorialibus, & quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariae Apostolicae regulis quibuscumque, etiam in favorem praefatorum Cardinalium, etiam per Nos editis, necnon Collegii Cardinalium praedictorum, & quarumvis Ecclesiarum, & locorum piorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam antiquissimis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis Collegio praedicto, Ecclesiis, & locis piis quibuscumque, & quibuscumque personis, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis, etiam Ecclesiasticae, etiam individua expressione dignis, aut aliis quomodolibet qualificatis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 19. Julii 1642. Pont. nostri anno 19.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1642. Indictione Publiciana, 10. Pontificatus vero Sanctiss. D. N. Urbani Divina Providentia Papa VIII. Anno eius 19. die vero 24. mensis Julii supradictae litterae Apostolicae auctoritate, & publicata fuerunt in Valvis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, in aedibus Campi Florae, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me Ioannem Antonium Bartarellum, ejusdem S. D. N. Papae Curiam.

Joseph Massens pro D. Mag. Curiam.

Declaratio circa facultatem dispensandi cum CLXVII. Regularibus super voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate extra Religionem.

Plures Summi Pontifices Regularibus prohibuerunt dignitatum ambitum, us copiosissime habes in Repertorio, V. Ambicus.

URBANUS PAPA VIII. Edita An. D. 1643. Ad perpetuam rei memoriam.

Honorum, dignitatumque vana ambitio adeo quorundam Regularium mentes interdum excecat, ut ab eo, quod abnegantes semetipsos spontè voverunt, postmodum inanis gloriae cupiditate ducti resilire conentur, cum tamen dicat Propheta, Vovete, & reddite vota vestra Deo.

§. 1. Quamvis igitur, ut accepimus, tam Fratres discaleari S. Augustini, & B. M. de Monte Carmelo etiam discaleari Ordinum, quam Clerici Regulares ministrantes infirmis respectivè nuncupati, & nonnulli aliorum Ordinum, seu Congregationum Regulares, etiam Societatis Jesu, & alii Regulares, etiam individua expressionem requirentes, aut in ipsa professione una cum tribus essentialibus votis, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiae, aut ante, vel post professionem praedictam, sive solemne, sive, ut dicunt, simplex votum, in manibus tamen Superioris regularis emittant de non procurando, nec acceptando aliquam dignitatem, seu Praelationem, vel Praelatum extra Religionem, nisi coacti, vel adstricti fuerint precepto ejus, qui sibi iure

Bullar. Mag. Tom. I V.

præcipere potest, & aliqui addant etiam illa verba, videlicet, sub poena peccati, juxta formam suarum Constitutionum à Sede Apostolica confirmatarum, nihilominus aliqui ex ipsis Regularibus, etiam translati ad Ordines Regularium, etiam Mendicantium, qui prædictum, aut simile votum non emittunt, retro aspicientes, emissique à se voti hujusmodi immemores, Prælationes, seu Prælaturas, vel dignitates ambiunt, imò etiam Episcopatus, majorumque dignitatum solum conscendere moliantur, præterea, quod suis Superioribus regularibus, præsertimque Generalibus liceat eis præcipere, ut dignitatem, Prælationem, seu Prælaturam, vel Episcopatum, majoremve dignitatem extra Religionem acceptent, aut ipsorum votum relaxare, & cum ipsis de super dispensare, licet per præcepta, & dispensationes hujusmodi ipsi ab obedientia præcipienti, seu dispensanti debita exinanantur, ac etiam si vota prædicta, tanquam emissa in manibus Superioris regularis dicantur solemnia, vel saltem efficaciam voti solemnitis habeant, regulariumque Ordinum, & Congregationum, ac Societatis hujusmodi Constitutiones sint confirmatae auctoritate Apostolica, & cum decreto irritante, à quo propterea manus quorumcumque inferiorum ligatae existunt.

Quomodo præcipere potest, sub poena peccati, juxta formam suarum Constitutionum.

§. 2. Quapropter Nos ambitum hunc retundere, & præteritionem hujusmodi excludere, ac etiam omnem dubitationem super præmissorum interpretatione à nonnullis excitatam Apostolicæ declarationis auctoritate penitus tollere volentes, Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac perpetua nostra Constitutione declaramus super prædicto voto, etiam per translatos ad Ordinem, seu Congregationem regularem capacem, ante translationem emissio de non procuranda, nec acceptanda extra quemlibet ex ipsis Ordinibus, seu Congregationibus regularibus, aut Societate prædicta respectivè aliqua dignitate, seu Prælatione, vel Prælatura, sive aliquo Episcopatu, aut majori dignitate neminem Superiorem regularem, etiam Generalem, aut Capitulum, seu Congregationem generalem, nec etiam Nuntium Apostolicum, aut prædictorum Ordinum, seu Congregationum Protectorem, etiam S. R. E. Cardinalem, nec etiam Legatum Sedis Apostolicæ, etiam de Laterane, nec quemlibet alium, etiam speciali, & individua mentione dignum, sed tantummodo Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem posse dispensare, taleque votum relaxare, aut adversus illud aliquam licentiam, vel indultum concedere, aut aliud quod præceptum procurandi, seu acceptandi, vel aliud simile ipsi Regularibus votentibus facere, cujus vigore prædicti Religiosi illas, & illos procurare, vel acceptare possint, aut teneantur, ac aliàs quomodolibet votentes prædictos à prædicto voto liberare. Prout pariter declaramus quascumque facultates generales dispensandi super quibuscumque votis, seu illa relaxandi, aut commutandi, vel adversus illa præcipiendi, aut aliàs quomodolibet votentes habitandi, etiam in foro conscientie duntaxat, sive per dictas Constitutiones à Sede Apostolica confirmatas, sive per literas etiam in forma Brevis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, aut nostras vel successorum nostrorum, etiam motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, etiam ad supplicationem, seu contemplationem quorumcumque, etiam Imperatoris, Regum, & Principum, seu Rerumpublicarum, ac prædictorum Ordinum, Congregationum, & Societatis, aut vigore cujuscumque Jubilæi etiam universalis, vel Cruciatæ Sanctæ, aut Sanctæ Inquisitionis, seu missionum, & aliàs quovis modo, & ex quacumque causa quantumlibet pia, favorabili, publica, & privilegiata concessæ, & emanatæ, concedendæque, & emanandæ, nuncque, ac pro tempore competentes ad præmissa omnia, & singula nullatenus se extendere intelligantur, sed esse Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris duntaxat reservata, prout tenore præsentium decernimus & reservamus.

Rom. præfixæ summæ potestatis dispensatione, de quo in rubr.

Classis præterita apponit.

§. 3. Decernentes quoque easdem præsentibus literas, etiam ex eo quod prædicti Regulares, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere præterentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi, cau-

seque propter quas illa emanarunt, sufficere, aut etiam nullatenus adducere, seu probare fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quopiam defectu, vel ex quacumque alia causa, occasione, prætextu, colore, & capite notari, impugnari, rescindi, in jus, vel controversiam revocari nunquam posse, sed easdem præsentibus literis semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & inviolabiliter observari.

Classis sublatæ.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Classis derogatæ.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam conciliaribus, ac quatenus foret opus, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsto non tollendo, nec non quorumvis Ordinum & Congregationum Regularium, dictæque Societatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Societati, illorumque Superioribus, Fratribus, Clericis & personis, ac generaliter quibusvis aliis, etiam individua mentionem requirentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & inferrentur præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 24. Februarii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Publ. Urb.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadagesimo tertio, Indictione 10. Pontificatus vero S. D. N. Urbani divina Providentia Papa Octavi, anno ejus vigesimo, die vero 11. mensis Martii, prædicta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Josephum Massum ejusdem Sanctissimi D. N. Papa Curatorem.

Franciscus Angelicus Magister Curatorum.

Constitutio super recitatione, & decantatione Hymnorum Breviarii Romani Sux Sanctitatis auctoritate recogniti in quibuslibet Ecclesiis.

CLXV.

Circa

Circa Breviarii Romani institutionem, ac formam illud recitandis habes Pii V. Const. 64. tom. 2. ubi etiam Breviarii antiquorum usus interdicitur. Item Breviarius Romanus de novo revisum ac emendatum à Clem. VIII. in Const. 86. tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum alias Hymni Breviarii Romani, paucis exceptis, qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, jussu nostro vel emendationibus adhibitis codicibus, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinitatis leges revocati, nonnulli etiam de integro conditi, dictoque Breviario auctoritate nostra recognito inserti fuerint, & ut accepimus, Breviarius prædictus cum Hymnis hujusmodi à majore parte Christi fidelium, qui ad illius recitationem sunt adstricti, privatim ubi vis terrarum recitetur.

§. 1. Hinc est quod Nos, qui Hymnos prædictos cum notis musicis hac in Alma Urbe nostra elegantius typis, & exacta industria excudi jussimus, ne eorum publica recitatio à privata discrepet, sed ea in re uniformitas ubique, prout decet, servetur, pro pastorali nostra sollicitudine providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, cæterisque tam secularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, & instituti, etiam Societatis Jesu, & Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani, aliarumque Militiarum utriusque sexus regularibus, ac Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus quarumlibet, etiam quantumlibet exemptis, ac speciali nota, & individua expressione dignis Ecclesiis, Basilicis, Capellis, Oratoriis, earumque & eorum Choris in divinarum officiorum celebratione, prædicti Hymni jussu nostro emendati, ac de integro conditi, & typis editi, ut præfertur, non autem amplius antiqui tam in Urbe prædicta, quam in reliquis Orbis Christiani partibus recitentur, ac decantentur, recitarique, & decantari debeant, tenore præsentium præcipimus, & mandamus. Volentes, ut præceptum nostrum hujusmodi in dicta Urbe, & ejus districtu, infra duos, in aliis verò locis citra montes infra octo, ultra montes autem infra duodecim menses respectivè omninò executioni demandetur.

§. 2. Quocirca dilectis filiis nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus generali, ac locorum Ordinarii per præsentem committimus, & mandamus, ut quoad Urbem, & ejus districtum hujusmodi Vicarius prædictus, quo verò ad reliqua loca Ordinarii in suæ jurisdictioni subiectis quidem sua ordinaria, in exemptis autem Apostolica auctoritate tanquam nostri, & Sedis Apostolicæ delegati eisdem præsentem, cum omnibus, & singulis contentis in illis solemniter publicantes, faciant ad unguem illa inviolabiliter observari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis desuper habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 3. Non obstantibus scilicet, rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque, etiam nostris, & in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon quorumvis locorum ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, domorum regularium, Ordinum, Congregationum, & Institutuum regularium, etiam Societatis Jesu, ac Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, aliarumque Militiarum, ac Archiconfraternitatum, & Confraternitatum, & aliis quibuslibet, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis prædictis, & aliis quibuslibet locis, & personis, sub quibuscumque verborum te-

noribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, & derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium nostrorum literarum exemplaribus, etiam in prædictorum Hymnorum libris, ac Breviario impressis, vel manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 27. Aprilis 1643. Pont. Nostri anno 20.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1643. Indi. 11. Pontif. verò Sanctissimi D. N. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. Anno ejus 20. die verò 16. mensis Maii supradicta litera Apost. affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, S. Petri, necnon in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum de Nave Sanctiss. D. N. Papæ Curf.

Joseph Massens pro D. Mag. Curf.

Prohibitio Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ, CLXIX. ac eorum Locatenentibus, & Studii Adjutoribus, &c. ne vota sua vel suorum Coadjutorum, & alia quæ in Rota tractantur, cuiquam patefaciant.

Auditoribus Rota Rom. qua servent in procedendo, & quod præsentem juramentum in ingressu eorum officii, jussu Joann. XXII. Const. 14. Ratio juris. Idem Auditoribus Rota Rom. multa in dicitur Paulus V. in Const. 71. Universi agri.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii causarum Palatii Apostolici Auditores, quod etiam in eorum primo ingressu in Rota præsentem juramentum de conservando secretum super omnibus & singulis, quæ in Rota occasione disputationis causarum dicuntur, tamen eorum vota, sive suffragia in causis, & controversiis, quæ in Rotæ Auditorio discutuntur, & alia, quæ earundem causarum, eorumque Tribunalis ratione inter se tractant, & disputant, partibus litigantibus, seu aliis patefiant, indeque grave eidem Tribunali, Auditoribusque, seu Locatenentibus prædictis oritur, & in dies magis otiri potest præjudicium, Nobis propterea dicti Auditores humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportuno providere remedio de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur, ne metu evulgationis Auditores præfati, seu eorum Locatenentes à proferendis liberè votis, seu suffragiis suis retrahantur, seu retrahi possint, justitiæque administratio inde quoquo modo impediatur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, & singulares dictorum Auditorum personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

clinati. De nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum super hoc negotio à nobis specialiter deputatorum consilio, quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum hac super re editas Constitutiones innovantes, iisdem Rotæ Auditoribus, ac eorum Locatenentibus nunc, & pro tempore in perpetuum existentibus, ne propria cujuslibet ipsorum vota sive suffragia in quibusvis causis, & controversis, quæ in eorum Auditorio pro tempore discutiuntur, ulli omnino personæ utriusque sexus, ac cujuscumque qualitatis, conditionis, status, dignitatis, & præminentie, etiam Ecclesiasticæ, individua mentione dignæ, præterquam suis Coadjutoribus, seu Locatenentibus, suorumque studiorum unicis Adjutoribus, ac alteri dumtaxat personæ, cujus opera quemlibet Auditorem, seu Locumtenentem in studendo uti oportebit, directè, vel indirectè, nutu, scripto, vel verbo, vel aliis quomodolibet sub quovis quantumvis colorato prætextu patefacere, aut ita loqui, ut ex eorum verbis de proprio, vel suorum Coadjutorum, seu Locatenentium suffragiis, seu votorum tenoribus cognitio unquam haberi possit, nec etiam Coadjutorum suorum vota, sive suffragia cuiquam ullo modo patefacere, neque quinam ex ipsis votum, sive suffragium tulerint, necne, significare directè, vel indirectè quoquo modo, nec ea quæ tam in eorum Auditorio, & congressu, quàm extra, & ubique locorum inter ipsos, sive collegialiter, sive non collegialiter dicta, & tractata fuerint, sive causas, aut controversias in eorum Auditorio discussas, sive eorum Tribunal, & Auditorium, sive personas litigantium, seu informantium quomodolibet concernentia cuiquam, ut præmittitur propalare, seu evulgare audeant, vel præsumant sub perjurii, & majoris excommunicationis lætæ sententiæ, à quibus à nemine, etiam majori Pœnitentiariorum, & quocumque alio facultatem absolvendi generalem, etiam vigore Cruciatæ vel Jubilæi, etiam Anni Sancti, etiam in solo foro conscientie habente, sed dumtaxat à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo unquam absolvi possint, eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis Apostolicæ auctoritate hac perpetuò valitura Constitutione nostra directè prohibemus, & interdiciamus. Cæterum iisdem Auditoribus ut dicere, vel significare valeant difficultates, ob quas resolutio in qualibet Rotali discussione dilata, seu quomodolibet impedita, seu rationes, ac motiva ob quæ illa facta fuerint, seu quæ in causæ discussione adducta fuerint, partibus contendentibus, sive colligantibus, tacito tamen illius, seu illorum Auditorum, seu Locatenentium nomine, & cognomine, etiam Correptionum nuncupatorum, à quo, seu quibus difficultates præfatæ excitatæ, vel rationes, ac motiva etiam à partibus contendentibus, seu colligantibus deducta, probata, seu amplexa fuerint, permittimus.

*Erroneè dicitur
a quibuslibet
eisdem injun-
git.*

§. 2. Quia verò valde inconveniens foret ea, quæ per ipsos Auditores, seu Locatenentes secreta teneri debent, ab eorum Studii Adjutoribus publicari, aut aliquo modo patefieri, idcirco singulis Auditorum, & Locatenentium præfatorum studii, ut vocant Auditoribus, necnon alteri personæ, cujus opera quilibet eorundem Auditorum, ac Locatenentium pro tempore in studendo, aliosque labores perferendo uti, ut supradictum est, poterit, ne vota, sive suffragia, tam suorum, quàm aliorum Auditorum, ac Locatenentium, aut si quid ex illis, quæ ut suprà dictum est, in Auditorio, seu congressu dictorum Auditorum tractata, & dicta fuerint, aut quæ resolutionem causarum, & negotiorum, ut præfertur, impederint, vel promoverint, quomodolibet resciverint, etiam minimum, ulli omnino personæ directè, vel indirectè, verbo, vel scripto, aut illa quoquo modo, ut præmittitur, patefacere, indicare, & significare pariter audeant, vel præsumant, sub pœnis præfatis eo ipso incurrendis, modoque & forma præmissis, ita ut etiam in foro conscientie solum à Nobis, & Romano Pontifice, ut præfertur, absolvi possint, similiter ex nunc, prout postquam præsens nostra Constitutio ad eorum notitiam deducta fuerit, perpetuò prohibemus.

*Et si in
quibus, se ob-
servantes
eandem con-
stitutionem.*

§. 3. Insuper ut omnes, & singuli Auditores hujusmodi, præsentis quidem post hujusce nostræ Constitutio-

nis promulgationem, postari verò antequam possessionem officii Auditoris hujusmodi adipiscantur, in manibus pro tempore existentis S. R. E. Cardinalis Vicecancellarii, necnon dicti Auditoris studii, scilicet unus Adjutor suo quolibet Auditore, seu Locumtenente, & altera dumtaxat persona, cujus opera dicti Auditores, & Locatenentes in studendo, ut præfertur, utentur in manibus suorum respectivè Auditorum, seu Locatenentium, sese hanc nostram Constitutionem ad unguem observaturos jurent, & jurare teneantur.

Quam præcipi.

§. 4. Necnon ut quotannis in prima Rota mensis Octobris, quando cæteræ Constitutiones Apostolicæ dictum Tribunal concernentes legi solent, etiam hæc nostra Constitutio cum illis legatur, ac ut ejusdem Constitutionis copia in bibliothecis, seu locis studii ordinarii Auditorum præfatorum, ita ut ab omnibus, quos illa concernere legi, nec illius ignorantia ab eis allegari queat, palam, & loco conspicuo affigi, & continuò affixa remanere debeat, volumus, statimus, & ordinamus.

Classificatio præfatis, uti ad illa.

§. 5. Præsentisque literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, vel redargui, in jus, vel controversiam revocari, vel ad terminos juris reduci posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus, quos illæ concernunt, perpetuò inviolabiliter observari.

Classificatio submissa.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam præfatos Auditores, & Locatenentes, & Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quovis alios quæcumque auctoritate fungentes, etiam Pœnitentiariorum, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari: necnon easdem præsentis literas intelligendas esse prout jacent, decernimus, & ut incursum censurarum, & pœnarum præfatarum aliquo modo non excusetur, ne eadem literæ per quemquam, nisi per Nosmetipsos, & Romanos Pontifices successores nostros declarentur, seu interpretentur, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso incurrendis prohibemus.

Controversia remota.

§. 7. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Tribunalis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Tribunali, & Auditoribus, & aliis præfatis, cæterisque quibuslibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 19. Novembris 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione 11. Pontificatus Urbani Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa Octavi, anno ejus vigesimo primo, die verò 23. Novembris, supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in vasis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Camillum Ersfonum, Sanctiss. D. N. Papa Curialem.

Pro D. Mag. Curiarum Joseph Massaus Curf.